This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Stanford University Libraries
3 6105 120 740 670

281.1
M685

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS, AUCTA ; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE ; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA ;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS ; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE EHIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXIV.

SYMEON METAPHASTES.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES EDITORES, ET J.-P. MIGNE, SUCCESSORES

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE, 208*

1903

2811
MG25

Clichy. — Ex typis PAUL DUPONT, 12, via dicta Bac-d'Asnières. — 109.12.1903

BR60
P4
v. 114

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNUS 963.

ΣΥΜΕΩΝ

ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ,

ΤΟΥ ΜΕΤΑΦΡΑΣΤΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SYMEONIS LOGOTHETÆ,

COGNOMENTO

METAPHRASTÆ,

OPERA OMNIA,

ASCETICA, PARÆNETICA, CANONICA, HISTORICA, HAGIOGRAPHICA, MAGNAM PARTEM EX MSS. PARISIENSIBUS NUNC PRIMUM GRÆCE EDITA;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENDUNT TRIA VOLUMINA 33 FRANCIS GALLICIS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES EDITORES, ET J.-P. MIGNE, SUCCESSORES

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

1903

Clichy. — Ex typis PAUL DUPONT, 12, via dicta Bac-d'Asnières. — 109.12.1903

BR60
P4
v. 114

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNUS 965.

ΣΥΜΕΩΝ

ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ,

ΤΟΥ ΜΕΤΑΦΡΑΣΤΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SYMEONIS LOGOTHETÆ,

COGNOMENTO

METAPHRASTÆ,

OPERA OMNIA,

ASCETICA, PARÆNETICA, CANONICA, HISTORICA, HAGIOGRAPHICA, MAGNAM PARTEM EX MSS. PARISIENSIBUS NUNC PRIMUM GRÆCE EDITA ;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT TRIA VOLUMINA 36 FRANCIS GALLICIS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES EDITORES, ET J.-P. MIGNE, SUCCESSORES

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

1903

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNUS 965.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXIV CONTINENTUR

SYMEON METAPHRASTES.

Patrologiæ Editorum Præfatio. col. 9

Leonis Allatii De Symeonis Metaphrastæ scriptis Diatriba. 19

De auctoritate et testimonio Metaphrastæ, auctore R. P. Honorato a S. Maria, Carmelita discalceato, in « Réflexions sur les règles et sur l'usage de la critique. » 157

Symeonis Metaphrastæ Encomium auctore Michaele Psello. 183

Ejusdem Metaphrastæ Officium eodem auctore. 199

SYMEONIS METAPHRASTÆ OPERUM PARS PRIMA. — ASCETICA ET PARÆNETICA.

Oratio in Lamentationem Deiparæ. 209

Sermones Ethici XXV e scriptis Basilii Magni collecti. 217

Paraphrasis in Sermones S. Macarii Ægyptii. 219

Precationes. 219

OPERUM PARS SECUNDA. — EPISTOLÆ, SCRIPTA CANONICA ET HISTORICA.

Iambici trimetri. 224

Alphabeta moralia quatuor. 224

Epistolæ. 227

Epitome canonum. 235

Annales a regno Leonis Armeni usque ad Nicephorum Phocam, jam editi in tomo CIX, inter Scriptores post Theophanem.

OPERUM PARS TERTIA. — VITÆ SANCTORUM.

Monitum Editorum. 293

Martini Hanckii Catalogus Vitarum quas Symeon Metaphrastes composuit. 293

Danielis de Nessel Catalogus de eodem. 299

Incipiunt Vitæ sanctorum. 305

256420

PATROLOGIÆ EDITORUM

PRÆFATIO.

De vita et scriptis Symeonis Metaphrastæ, Magistri et Logothetæ, ita scribit Leo Allatius in sua *Diatriba de Symeonum scriptis*, quam infra magna ex parte edemus, ut nos ab onere elucidandi doctissimi viri gesta dispenset.

De ætate qua Symeon floruit diu et acriter disputarunt viri periti, inter quos Oudinus, nulla habita ratione documentorum ab Allatio prolatorum, Metaphrasten sæculo XII vixisse contendit. At Joannes Bollandus, in celeberrima et eruditissima Præfatione quam præmisit *Actis Sanctorum*, jam pridem demonstraverat Symeonem Metaphrastem sub Constantini Porphyrogeniti imperio scripsisse, et cum circa an. 914 Vitas sanctorum componere incepisset, vitam saltem usque ad an. 965 protraxisse, quo regnabat Romanus, Constantini Porphyrogeniti filius et successor. Id postea pluribus documentis confirmavit Leo Allatius in laudata Diatriba, adeo ut de vera ætate hujus nulla superesse possit dubitatio.

Symeon Metaphrastes non tantum doctrina et scriptis claruit, sed etiam auctoritate et publicis quæ gessit muneribus. Ad primarias enim Imperii Orientalis dignitates promotus, negotia gravissima perite tractavit, et bono publico sapienter et feliciter consulit.

Sed quod ad rem nostram maxime facit, laudem summam est assecutus dum vires ingenii omnes in colligendis, corrigendis, scribendis et edendis Vitis Sanctorum impendit. Ægre ferebat nempe, Acta martyrum, Vitas SS. Confessorum et Virginum sive ob abjectum quo scripta fuerant stylum, sive ob intermistas narrationes parum credibiles, partim negligi, partim contemni, et sui officii esse putavit eas ad meliorem formam reducere, ut a fidelibus in pretio denuo haberentur et ab omnibus Christianis passim legerentur.

Res ei pro votis cessit; incredibile enim est quantum famam sibi in hoc opere prosequendo comparaverit, quantumque profectum spiritualem populo Christiano hac lectione procuraverit. Ab ætate qua scripsit, codices fere innumeri confecti sunt, in quibus Vitæ Sanctorum ex editione ejus descriptæ sunt, et ubique fuerunt propagatæ. Summas ei laudes tribuunt non tantum Michael Psellus, qui centesimo post ipsum scribebat anno, et eum viris sanstissimis fere æquavit; sed præterea auctores quicunque rerum illius temporis notitiam posteritati transmiserunt.

Fama Symeonis Metaphrastæ primum obscurari cæpit sæculo XVI, cum hæretici, cultui sanctorum infensi, in celeberrimum Græcorum hagiographum ex industria debacchati sunt, ut præcipuum auctorem Vitarum illarum in quibus virtutes sanctorum extolluntur et cultus eorum commendatur, in contemptum adducerent, et sic veterem Ecclesiæ catholicæ doctrinam de veneratione sanctis exhibenda facilius abolerent.

Hæreticorum machinationibus invite favit schola illa hypercriticorum, quæ sæculo XVII in Gallia nata est, et in discernendis genuinis documentis a falsis, suppositis aut corruptis fere totam operam suam utiliter collocavit. Metam autem pertransiit, dum cæco carpendi veteres ardore abrepta, Metaphrasten et alios nonnullos medii ævi scriptores injuriis, conviciis et contemptu ita affecit, ac si in scriptis eorum nihil veri, nihil sani prorsus reperiretur. Si eos audias, Symeon noster in vendendis fabulis totus est; tera monumenta corrupit et perturbavit; mendacia historica innumera congessit; nullam prorsus meretur fidem; libri ejus quasi næniarum farragines a viro docto et perito adjiciendi sunt.

Hæc omnia præter veritatem dicta sunt, et in detrimentum historiæ et doctrinæ sacræ. Quanquam enim Symeon Metaphrastes, quod omnium mortalium sors est, in aliquibus erraverit, et veritatem aut ignoraverit, aut ex parte læserit, tamen indubium est ejus diligentia multa vetera documenta servata fuisse, quæ secus periissent, nec eum mendacia scientem scripsisse aut ex ingenio fabulis indulsisse. E contra ex hoc capite a veteribus laudatur, quod e Vitis Sanctorum oscitanter scriptis, multa miracula incredibilia, narratiunculas futilissimas, et prodigia suspecta aut manifeste ficta resecuerit, et easdem dignioti forma ediderit. Quæ stylo humili vel abjecto compositæ fuerant, ipse stylo amœniori descripsit; quæ prolixitate tædio lectori esse debebant, ad breviorem narrationem contraxit: adeo ut longe plura resecuerit, quam de suo addiderit, quemadmodum jam observavit J. Bollandus; quæ eleganti calamo exaratæ erant intactas servavit et describere fecit. In iis autem perficiendis non famam scriptoris criticorum subsequentis ætatis, sed de propagandis utilibus libris et de christianarum virtutum exercitio, per exemplorum prædicationem confirmando unice cogitabat.

Quod Symeon Metaphrastes ad augendum cultum Sanctorum olim fecisse legitur, id subsequentibus sæculis, non sine piorum applausu fecerunt viri docti et pii, inter quos nominare placet Jacobum de Voragi-

ne, Petrum de Natalibus, Lipomanum, Surium, Ribadeneiram, Rosweydum, Bollandum cum sociis, Gyry, et Albanum Butler, qui omnes, ad usum, vestitia Symeonis Metaphrastæ sæculi, plebi Christianæ plurimum suis scriptis profuerunt.

Cæterum habent et ipsi historici viri critici, unde Symeoni Metaphrastæ gratias agant: nam, ut merito observat R. P. Honoratus a Sancta-Maria in *Observationibus ad regulas critices*, quarum fragmentum infra edemus, ipsi Millemont, Baillet, Launoy, acta a Symeone Metaphraste servata laudare coguntur et laudant; et ne sibimetipsis contradicere aut Metaphrastæ aliquid deferre videantur, ea laudant sub nomine Surii aut Bollandi, qui eadem Acta a Metaphraste accepta suis collectionibus inseruerunt. J. Bollandus autem, hypercriticis istis æquior, Symeonis Metaphrastæ patrocinium aperte suscipit et laudem ejusdem candide proclamat. Postquam enim in Præfatione *Actis Sanctorum* præmissa debita encomia Eusebio Cæsariensi tribuisset, ita de Symeone disserit :

« Laudabile Eusebii studium alii deinceps imitati. Celeberrimus eo in genere Symeon Metaphrastes, qui et Logotheta dictus, ab illustri, quam Constantinopolitano in palatio gessit, dignitate. De cujus viri ætate, vitæ instituto, lucubrationibus, quia multa perperam scripta a viris etiam non indoctis, breviter dicere constitui. Ætatem ipse suam indicat in Vita S. Theoctistes Lesbiæ, quam x Novembris dabimus. Illius Vitæ auctorem esse Metaphrasten, non alium quempiam anonymum scriptorem, probat Leo Allatius testimonio Michaelis Psselli, e cujus ode 5 in Metaphrasten ista recitat : Τὸ πρῶτόν σου σύγγραμμα ἐκ προνοίας θείκης καὶ ὁμιλίας γέγονε τοῦ ἱεροῦ πρεσβύτου καὶ μοναστοῦ, Συμεὼν θεσπέσιε, ὃν ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ τεθεώρηκας. *Prima tua commentatio ex divina providentia et colloquio facta est sacri senis et solitarii. Symeon admirabilis quam in Paro insula vidisti.* Plenius colloquium in Theoctistes virginis Vita refertur. Addit Psellus : Ἀξίως ἐξύμνησας τῆς Λεσβίας τὰ λαμπρὰ καὶ θεῖα ἀγωνίσματα Θεοκτίστης τῆς ὄντως ἀγγελικὸν μικροῦ καὶ ἀσώματον τελεσάσης πανσόφως τὸ πολίτευμα. *Pro dignitate laudasti Lesbiæ illustria et divina certamina vere Theoctistæ* (id est a Deo fabricatæ), *quæ angelicum prope et incorporeum vitæ modum sapienter tenuit.* Qua vero occasione in Parum venerit, et sanctissimæ virginis præclara facinora ex anachoreta didicerit, ipse indicat Metaphrastes : Γενομένῳ μοί ποτε κατὰ τὸν Πάρον· γέγονα δέ, καὶ γὰρ ἐπὶ Κρήτην διέπλεον ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Λέοντος ἐκεῖσε πεμφθείς, Λέοντός φημι τοῦ εὐτυχοῦς ὄντος βασιλέως, καὶ τὴν εὐτυχίαν Ῥωμαίων τῷ τάφῳ ἀναθάψαντος· ἐπεμπόμην καὶ συστρατευόμενος Ἱμερίῳ τῷ πάνυ, τῷ στρατηγικωτάτῳ δηλαδὴ, καὶ ἄρχοντι τοῦ τε δρόμου καὶ τοῦ στόλου παντὸς ἢ τότε ἀληθέστερον καὶ αὐτῶν εἰπεῖν τῶν παθῶν· καὶ ἵνα μὴ τὸ πολλῶν ἐγκωμίων ἄξιον τῆς στρατηγίας ἐκείνου πάρεργον ποιησάμενος, καὶ μικρὰ τούτου μνησθεὶς ἀτιμάσω νὺν ἄνδρα, ἐπὶ τὸν παροῦσαν τέως ὑπόθεσιν εἶμι, ἐκείνου κατὰ καιρὸν μνησθησόμενος· ἐστελλόμην τοιγαροῦν τοῦτο μὲν ἐκείνῳ συστρατευόμενος, καὶ προβιβαζόμενος εἰς πεῖραν στρατηγεκὴν, οἷα πῶλος μητρὶ, πρὸς τὰ γενναιότατα τοῦ στρατηγήματων συγχαίρων· οὕτω γὰρ ἦν μακαρίτου μου βασιλέως σκοπός· τοῦτο καὶ πρεσβευόμενος πρὸς τοὺς τὸν Κρήτην ἔχοντας Ἄραβας. *Cum aliquando in Paro essem insula : fui autem nam in Creta navigabam a Leone beatæ memoriæ eo missus ; Leone inquam illo vere fortunato imperatore, qui ipsam Romanorum felicitatem secum videtur in sepulcrum intulisse. Mittebar autem militaturus cum clarissimo illo Himerio, utpote ducendi exercitus peritissimo, Dromi præfecto* (sive Logotheta), *qui universæ classi imperabat, aut, ut verius dicam, ipsis animi perturbationibus : sed ne multis efferendam laudibus illius peritiam belli administrandi obiter attingens, levi ejus facta mentione, dedecus ei potius videar inussisse, ad propositam interea narrationem redeo, de eo opportunius dicturus alias. Mittebar igitur partim cum eo militaturus, et ad imperatoriæ artis documentum aliquod promovendus, ut equuleus matri solet, ad præclara ejus stratagemata assiliens (id enim præcipue Augustus spectabat) ; partim ut ad Arabas Cretam obtinentes legatione fungerer.* Varias Himerius Logotheta expeditiones navales Leone imperante suscepit, donec tandem ad Samum insulam mense Octobri anno 911 adversus CCC Agarenorum naves infeliciter commisso prælio, propterea ab Alexandro imperatore, Leonis fratre, in Calyporum monasterium relegatus, haud longo post tempore ærumnis confectus obiit. Quam hic Metaphrastes memorat expeditionem, cui et ipse interfuerit, ea videtur quam Curopalates et Cedrenus tradunt confectam decem ante Leonis obitum annis, cum Symeon secretarius (qui idem ipse Metaphrastes videtur fuisse) centum auri libras a Rodophyllo Cubiculario in itinere relictas, Leoni Tripolitæ apostatæ dedit, ne Thessalonicam captam everteret : quod illius factum ita gratum fuit imperatori, ut eum patricium et primum secretarium renuntiarit.

« Non erat tunc admodum natu provectus Metaphrastes, ut qui imperatoriæ virtutis tirocinium ponere sub veterano duce juberetur. Fuerit tunc XX aut XXII annorum ; potuit igitur ad annum Christi 957 aut 960 vitam deinde producere. Atque ita sub Constantino Porphyrogenito, Leonis filio tum Theoctistes vitam, tum alia diversorum acta eum elucubrasse certum videtur; non, ut Allatius scribit, sub Leone et Constantino : nam in hac Vita Leonem diserte τὸν μακαρίτην, *felicis memoriæ*, appellat, qua ratione loqui de mortuis solemus. Si ea prima ejus commentatio fuit, nihil igitur sub Leone scripsit, quod quidem ediderit in lucem. Neque Alexandro rerum potiente ita laudare Himerium ausus esset. Præcipue publicas res tractare sub Leone cœpit. Nam cum, ut Psellus testatur, illustri natus familia, amplissimis opibus affluerat, excelleret eruditionis fama, atque egregium illic prudentiæ specimen dedisset, tanta deinceps in gratia sapientis imperatoris fuit, ut quod Parius ille monachus prædixerat, summos deinceps honores sit consecutus ; quos industria singulari, fide, gravitate, modestia, liberalitate gessit ; quæ omnia prædicat Psellus.

« His ille doctrinæ fortunæque præsidiis ornatus, cum cerneret et gloriosa martyrum certamina, et monachorum præclaras exercitationes, ita imperite et inornate traditas esse litteris, ut multi ne legere

quidem eas vellent,quidam etiam risu exciperent; meliora autem afferre,alios propter animi socordiam nolle, alios quod opus esset immensi studii, *et qui ne tota quidem viri vita suffecerit*, non posse, *juvenile*, ut idem Psellus scribit, *aggreditur facinus, vel felicem potius actionem quam nullus omnium gessit feliciter;per quam ille evasit clarior omnibus qui sunt ubique,eruditis,et Deo consecravit ea quæ sunt omnium pulcherrima, martyrumque certamina et cursus, et monachorum abstinentiam atque patientiam ornavit ac decoravit.* Et multo quidem ille ac magna tantæ rei peragendæ adjumenta habebat ac præsidia. Auctor præclari consilii ipsemet fuerat imperator (Leo fortassis, etsi eo superstite rem serio aggredi non potuerit Symeon, aut ejus filius Constantinus, hujusve socer Romanus), aderant hortatores plurimi ; librorum egregius apparatus, amanuensium scribarumque copia:una defuisse videtur, propter assidua, quibus præerat,reipublicæ negotia,quæ collegisset ac distasset recognoscendi facultas. Tandem mortem vitæ consentaneam consecutus, *Ad Deum ascendit*, inquit idem auctor, *et apud illos ducit choros, quorum mores et vitam hic circumscripsit. Nam vel in fine ostendit, qualem vitam egisset. Non enim cum veluti abscissum aut divisum fuisse dicunt ii qui viderunt : sed videbatur veluti a quodam vinculo liberari et hilari nutu se extendere ad ducentes angelos, et quodammodo seipsum tradere illorum manibus, ut cito emigraret e corpore.* »

Cum,favente jam preli fecunditate,de colligendis et propagandis Vitis Sanctorum primum cogitatum est, doctissimus Aloysius Lipomanus, episcopus Veronensis,translationem Latinam Vitarum a Symeone Metaphraste editarum sibi procuravit Ingentis Collectionis suæ tomum primum an.1551 in publicam lucem misit.Tomo autem V,qui an. 1556 prodiit, Vitas Sanctorum quorum festa in Novembri, Decembri, Januario et Februario celebrantur,a Metaphraste olim Græce scriptas,et nuper a Gentiano Herveto Latinas factas inseruit.Tomus VI,qui anno 1558 editus est, Vitas Sanctorum Maii, Junii, Julii,Augusti,Septembris et Octobris a Metaphraste collectas continet. In tomo VII habentur Vitæ Sanctorum Martii et Aprilis a Metaphraste mutuatæ et a F. Zino Veronensi in Latinam linguam interpretatæ, præter Vitas quas e codicibus monasterii Græci Cryptæ-Ferratæ, prope Romam,in Latinum transtulerat D. Sirletus, Hujus collectionis tomus VIII et ultimus, mortuo jam Aloysio Lipomano, anno 1560 editus est.

Tanto autem omnium applausu collectio illa excepta est, ut Laurentius Surius, Carthusianus Coloniensis, jam multis libris editis notus, A. Lipomani vestigia premens, novam collectionem Vitarum Sanctorum composuit in qua Vitas Symeone Metaphraste editas Vitis Sanctorum Ecclesiæ Occidentalis immiscuit, quam sex tomis in folio comprehensam ab anno 1570 ad an. 1575 edidit.

Porro nec ipse Surius Vitas illas, prout in codicibus habebantur, clausis oculis imprimendas esse censuit ; sed in gratiam lectorum, ut ipse declarat, nonnullas emendavit, correxit, contraxit, ne prolixitate nimia tædium afferrent,aut insulsis narrationibus quandoque intermixtis veræ historiæ, fideles offenderent.

Primæ Surii editioni mox secunda successit, quæ cum ad finem mensis Junii an. 1578 pervenisset, pius editor Surius e vita migravit. Aliorum et præsertim Jacobi Mosandri Carthus Colon. cura deinde perfecta est, addito volumine VII, quo Vitæ Sanctorum omissæ, Martyrologium Adonis et indices copiosi continentur. Hoc volumen prodiit an. 1586.

Mox recusa est Venetiis an. 1581, duodecim tomis, sex voluminibus in folio.

Etsi diligentia Surii in corrigendis et contrahendis Vitis Sanctorum a multis laudata fuisset, nonnulli tamen viri graves et docti ipsi vitio verterant quod stylum genuinum auctorum, ut in incultorum, ex arbitrio mutasset, ac proinde originalem veritatem alterasset. Propterea quando collectio Suriana quarto jam prelo commissa est, editores stylum primigenium auctorum ubique restituerunt, et nonnullas Vitas, a Suria omissas, collectioni addiderunt. Hæc quarta editio, quam J. Bollandus tertiam appellat, prodiit Coloniæ an. 1618, XII vol. in folio.

Longum esset recensere auctores qui ex collectione Surii,ac proinde Symeonis Metaphrastæ, Vitas Sanctorum vel alicujus regionis vel alicujus status peculiaris excerpserunt, et in usum fidelium typis commiserunt.Fuit enim hæc collectio veluti communis aurifodina ex qua unusquisque pro commodo suo thesauros effodit. Nunquam tamen contigit ut Vitæ Sanctorum Ecclesiæ Orientalis lingua sua originali omnes simul ederentur.Editæ sunt quidem nonnullæ Vitæ Græce Venetiis, sed plerumque translatæ in linguam Græcam vernaculam. Cotelerius et Montfaucon unam et alteram Græce et Latine e codicibus mss. ediderunt.Plures debemus sociis Bollandianis,qui de edendis Græce et Latine Vitis a Metaphraste collectis consilium conceperant, sed illud ad exitum nunquam perduxerunt. Nondum exstat igitur collectio Vitarum Græce scriptarum quæ cum Latinis ulla ratione conferri possit.

Dolet J. Bollandus quod tam paucæ Vitæ SS. Græcorum hactenus editæ sint, Ita enim scribit :

«Sed de Metaphrastæ ætate ad hoc propositum nostrum jam satis ac fortasse nimium. Illius operi additas esse a posterioribus Vitas recentiorum Sanctorum monet Baronius. At quod in antiquiorum apud eum Vitis sæpenumero declaret scriptor se eadem, qua illi, vixisse ætate, causam idem sapientissimus cardinalis tradit, quod *vitæ sanctorum non fuerint ut plurimum a Metaphraste conscriptæ, sed collectæ,tantum,ordine que per singulos menses dispositæ.* Digessisse cum Vitas ordinem mensium scribit etiam Autbertus Miræus. Mihi non liquet.Potuit id alius quispiam postea. Antiquiores Vitas,quas eleganter compositas reperit,transcripsit, servata etiam pristina auctorum phrasi, aut modice interpolata. Perspicere id licet ex Vita S. Symeonis Stylitæ v Januarii,cujus magnam partem e Theodoreti Philotheo accepit, pauculis ad attentionem conciliandam, aptiusve connectandas periodos interjectis. Alias

ex integro composuit. At non quæcunque in Græcis codicibus reperiuntur Vitæ, eæ continuo Metaphrastæ fetus esse censendæ sunt; nisi velimus eum et priores Vitas, ut erant olim scriptæ, retulisse in in suum opus, et novas eorumdem sanctorum a se lucubratas addidisse. Non quorumdam Sanctorum, ut Joannis Calibytæ, xv Januarii, Joan. Eleemosynarii XXIII, Xenes sive Eusebiæ XXIV, plures reperiuntur Græcæ Vitæ, quarum unam esse a Metaphraste elaboratam verisimile est.

«Magno Ecclesiæ Catholicæ emolumento opera Metaphraste, aut certe quas sub ejus nomine reperit Græcas sanctorum historias, Latine a Petro Francisco Zino, Gentiano Herveto, Guilielmo Sirleto verti curavit Aloysius Lipomanus, episcopus Veronensis: quarum multas in suum opus Surius transtulit, ut sequenti paragrapho dicam. Atqui neque omnes Metaphrastæ Vitæ editæ adhuc sunt (nam citatam S. Symeonis Stylitæ Vitam, quam constat a Metaphraste scriptam, primum nunc edo); et aliæ Latine ab aliis, iisque præclaris, editæ auctoribus, vel apud Græcos vel in Latinis etiam bibliothecis Græcæ sanctorum historiæ latent. Has ego, si Deus vitam et vitam et vires dederit, hoc opere absoluto, quia in quibusdam interpretibus perpetuus quidam hellenismum et obscuritas fastidium lectori affert, cogito Græco-Latine edere, cum nova a me elucubranda interpretatione; nisi quis me, nec repugnantem, antevertat, aut certe laboris parte sublevet nonnullas accurate interpretatus. Et multas tum olim Rosweydus collegerat, tum ego ab amicis postea accepi, quarum quædam Latine adhuc non exstant. Video tamen plurimas adhuc mihi deesse, quas Latine citati ante auctores verterunt; easque spero me interea esse confecturum.

« Quod Miræus ex Molani ms. bibliotheca tradit, Metaphrasten *Vitas sanctorum Orientalis Ecclesiæ collegisse* easque *solas in Græcorum ecclesiis legi*, utrumque falsum est. Promiscue, qui ubique terrarum vixere, sanctorum acta collegit Metaphrastes, licet præcipue Orientalium assecutus sit: nec solæ eæ in Græcorum ecclesiis leguntur, quas ille composuit, imo paucæ omnino, ut ex Menæis Græcorum, de quibus postea, fit manifestum. Si id vult Molanus, quorum sanctorum Acta collegerit Metaphrastes, eorum vel recitari elogium vel memoriam saltem celebrari in divino officio a Græci, non id inficior: at plurimorum agitur memoria, quorum acta non videatur ille descripsisse; aut sane immensum plane illius opus fuit, cujus minima adhuc sit pars edita. » Hactenus J. Bollandus.

Itaque operæ pretium esset si mox Vitæ sanctorum a Metaphraste olim collectæ, critice e codicibus manuscriptis qui multi sunt et insignes, in publicam lucem ederentur. Etenim hodie tanta est in codicibus manuscriptis confusio ut Vitæ a Metaphraste scriptæ vix discerni possint ab iis quas emendavit tantum, vel integras describere fecit; ne loquar de iis quæ post obitum ejus, collectioni ejusdem ab aliena manu ad augendum volumen insertæ fuerunt. Certum est hodie sub nomine Metaphrastæ quandoque proferri Vitas quas Metaphrastes non tetigit nec vidit unquam.

Ut deplorandæ huic confusioni aliqua ex parte mederetur Leo Allatius triplicem confecit catalogum, in quorum primo posuit Vitas quas editio Suriana, veluti *auctor Metaphraste* scriptas profert. In secundo recensuit, Græce proferendo titulum et initium singularum Vitarum, Vitas quas, attento stylo et dicendi genere, Metaphrastæ certo certius non esse credebat. In tertio catalogo descripsit titulum et initium Vitarum quas, attento scribendi genere, a Metaphraste compositas esse erat persuasus. Triplicem hunc catalogum reperiet eruditus lector infra, in Diatriba Allatii de Symeonis Metaphrastæ scriptis.

Utiliter etiam consuli potuerunt Daniel Nessel qui in Supplemento Lambecianorum de bibliotheca Vindobonensi commentariorum, pag. 109, e codicibus mss. catalogum texuit Vitarum quarum Metaphrastes auctor habetur, et M. Hanckius qui in opere suo *de Scriptoribus Byzantinis*, indice III, ad vocem *Metaphrastes*, octoginta septem vitas recenset a Metaphraste compositas.

Hæc omnia futuro editori auxilio esse poterunt.

Quamquam nobis ad ea subsidia properantibus quæ sub manibus habemus, nihil præstandum fuerit aliud, quam ut Vitas quas Surius, Bollandus et alii nonnulli viri docti a Metaphraste compositas ediderunt veluti corpus colligere, et Græce aut Latine recudere, prout nobis in libris impressis occurrebant, prætermissis iis quæ *in* Metaphraste, vel *apud* Metaphrasten reperiri dicebantur, utpote quæ ab eo scriptæ fuisse non censentur, voluimus tamen, non parvis expensis, textum Græcum Vitarum quas Surius aut Bollandus Latine tantum veluti opera ipsius Metaphrastæ protulerunt, e codicibus manuscriptis eruere, et nostræ editioni *Patrologiæ Græcæ* inserere, quo viri eruditi majorem fructum e libris nostris percipiant, meliusque intelligant quantopere nobis cordi sit eorum utilitati in omnibus consulere. Porro Vitæ sanctorum quæ Metaphrasten non habent auctorem, etsi in collectione ejusdem postea insertæ fuerint.

Quæ ad laudem et defensionem Symeonis Metaphrastæ initio hujus Præfationis diximus, sufficere videntur ad arcendos sycophantas et hypercriticos. Juvabit tamen hic recitare apologiam Symeonis Metaphrastæ qua Joannes Bollandus judicium Roberti Bellarmini æquo severius temperare conatus est.

« De Metaphrastæ porro operibus ita scribit Bellarminus: *Illud autem est observandum, a Metaphraste scriptas fuisse historias de Vitis sanctorum multis additis ex proprio ingenio, non ut res gestæ fuerunt, sed ut geri potuerunt: addit Metaphrastes multo colloquia sive dialogos martyrum cum persecutoribus, aliquas etiam conversiones astantium paganorum in tanto numero, ut incredibiles videantur: denique miracula plurima et maxima in eversione templorum et idolorum, et in occisione persecutorum, quorum nulla est mentio apud veteres historicos.* Vellem mitius de viro magno vir maximus pronuntiasset. Unde constat eum non vetera secutum esse monumenta?

Omisisse potius multa, quæ non omnino probaret, existimo, quam aliquid addidisse ex proprio ingenio. Retulerit tamen in suos commentarios aliquid, quod cum probatis veterum Patrum scriptis minus congruere videatur, homo erat, falli poterat. Colloquia martyrum cum persecutoribus unde constat habita non esse? Amplificarit ea sane ad legentium utilitatem ac voluptatem : quis jure id reprehendat? an est quisquam qui id non permittat historico? Livio cæterisque licet ducum orationes suos ad prælium adhortantium concinnare, sacro scriptori non licebit mysteria nostræ religionis gentilibus tradita, ipsorumque confutatas superstitiones, explicatius proponere? Nam magno numero conversos ad fidem nostram, visis quæ sancti patrarent miraculis, nunquam equidem sum admiratus: qui enim alioqui tot ac tantæ provinciæ tantillo tempore subjici Christo potuissent? Miracula omnia, etiam quæ nunc fiunt, si suis commentariis insererent qui modo ecclesiasticas historias scribunt, quanta singularum moles exsisteret! quantum offensionis haberet atque fastidii? Neque nulla, neque omnia narrant, sed quædam maxime illustria vel testium celebritate, vel consecuti fructus amplitudine. Idem veterum studium fuit : qui propterea frequenter tradunt multa et magna, ad sanctorum vel testandam ac munerandam sanctitatem, vel dicta confirmanda, edita esse divina virtute miracula, neque ullum tamen commemorant. At si quis ex professo sancti cujuspiam historiam scribat, nihil eum præterire consulto fas est, quod sit ab eo dictum aut factum præclare, aut ejus causa susceptum a mortalibus, aut denique patratum a Deo. » Hactenus J. Bollandus.

Addere possemus Dionysii Petavii sententiam qua hæreticos qui SS. Patres increpant, quod historiam Christi Salvatoris rhetoricis artibus ornaverunt, redarguit, sapienter admonens et mysteria religionis et Acta sanctorum jure merito a doctoribus Ecclesiæ ornari posse, dum ea quæ facta esse creduntur, vel fieri debuerunt aut potuerunt, veluti facta narrantur, dummodo nihil asseratur quod veritati aut historiæ manifeste repugnet. Profecto Symeon Metaphrastes hanc regulam, a recentioribus sæpe servatam, quod sciam nunquam prætergressus est. Non est igitur quod quis eo ex capite eum carpat.

Cum supra dicerem nullam exstare Vitarum Sanctorum Græce scriptarum collectionem, quæcum Latinis collectionibus conferri possit insinuavi nonnullas collectiones Græcas exsistere typis impressas, sed illæ quantum scio, non lingua Græca litterali, sed lingua Græca vernacula editæ sunt. Sic. ex. gr. præ manibus habemus volnmen exiguum ita inscriptum : Βιβλίον καλούμενον Ἐκλογὴ, ἤγουν μερικῶν ἁγίων βίοι οἱ ὡραιότεροι τοῦ Μεταφραστοῦ, μεταφρασθέντες ἐκ τῆς τῶν Ἑλλήνων εἰς τὴν κοινὴν διάλεκτον παρὰ Ἀγαπίου μοναχοῦ, κ. τ. λ. ἐν Βενετίᾳ αχμδ'. Id est : *Libellus qui vocatur Ecloge seu nonnulloram sanctorum vitæ pulchriores a Metaphraste compositæ, quas e lingua Græca in idioma vernaculum transtulit Agapius diaconus*, etc. 12° *Venetiis* 1642. Hoc volumine continentur quinquæ tantum, videlicet S. Josephi Pancali, S. Alexii, S. Patris Onuphrii, sanctæ matris Eupraxiæ et martyrium S. Pantaleonis. Ecloge illa deinde aucta, anno 1664, et sequentibus annis edita est pluries Venetiis. Ultima quam novimus editio impressa est Venetiis an. 183, hoc titulo : Νέος παράδεισος ἤτοι λόγοι διάφοροι καὶ βίοι ἁγίων ἐκ τοῦ Μεταφραστοῦ Συμεῶνος, εἰς τὴν κοινὴν ἡμετέραν διάλεκτον μεταγλωττισθέντες μὲν παρὰ Ἀγαπίου μοναχοῦ τοῦ Κρητός. Νῦν δὲ αὖθις τυπωθέντες εἰς κοινὴν τῶν ὀρθοδόξων ὠφέλειαν, μετὰ τοῦ προσήκοντος πίνακος, 4° ἐν Βενετίᾳ 1853. Volumen hoc continet Vitas Sanctorum et Sanctarum septuaginta quinque, præter narrationem imperialis et patriarchalis monasterii τοῦ Βατοπεδίου.

Quæstio est olim agitata, nec hodiedum soluta: Utrum Symeon Metaphrastes scripserit commentarium in Evangelium S. Lucæ, necne? Sunt qui asserunt fragmenta quæ sub nomine Metaphrastæ in Catenis Patrum occurrunt excerpta esse e Vitis sanctorum, sed commentarium continuum in Evangelium S. Lucæ Metaphrastæ nullum exstitisse unquam. Hac de re quidquid sit, fragmenta Metaphrastæ inscripta in catena in S. Lucam quam Nicetas Serronius sæculo XI composuit, quamque suo loco edemus, hic prætermittimus. ne ad aliquando actum agere videamur, aut catenam abrumpere cogamur. Eadem catena continet fragmenta plurima Joannis Geometræ, quæ pariter in catena integra sub nomine Nicetæ Serronii edenda sub anno 1090 legi poterunt.

Vitis sanctorum subsequuntur cætera opera Symeonis Metaphrastæ, quibus pro necessitate aut utilitate lectoris pecularia monita præmisimus.

J-B. M.

B***** 9 Aprilis 1861.

NOTITIA

SCRIPTORUM SYMEONIS METAPHRASTÆ

(Ex Allatio, *De Symeonum scriptis*. Paris 1664, 4o.)

—

[24] Sed jam me vocat ad se, cujus vel solius gratia hæc nostra Diatriba instituta est Symeon Metaphrastes, tum virtute, tum scriptis ultra humanum captum admirabilis, quo vel solo fraudibus adversariorum corruentes Ecclesiæ structuræ solidentur et sustineantur. Pietas tanti viri, scripta elegantissima, labores ingeniosissimi, vigiliæ tam utiles, animus sincerus, verax, mentiri nescius, stomachum movit hæreticis ; non patiuntur tam patenter sua præstringi a [25] tanto scriptore mendacia. Quid ergo? Dejiciendus est de gradu: dimovendus ex dignitate : vilescat : fiat unus ex trivio : insimuletur inconstantiæ mendacii, negligentiæ, ignorantiæ;negetur illi ingenium,studium,facultas, judicium. Sic homini demitur fides. Ubi incorrupta fides non est, credulitas est, inconsiderantia, temeritas.Ne temere dicantur credere, ne perperam fidere, dictum veluti dubium examinandum, judicandum, in examine tam vario, et parum æquo non deerunt machinæ ad refellendum:saltem fraudos et doli locum invenient, et reddent legentis animum suspensum et anxium. Hinc omnis hæreticorum in Metaphrastem maledicentia effluxit;quo tandem lucro?consideretur Gesnerus in Bibliotheca. *Symeon Constantinopolitanus Ludimagister circiter annos abhinc ducentos composuit Græce Metaphrases, id est,Vitas sanctorum quæ singulis mensibus proprie leguntur*.Hospinianus De templis scribit *Illum fuisse trivialem Constantinopoli Ludimagistrum,mendaciorum Legendas scripsisse,nec amplius abhinc ducentis viginti annis vixisse*. Casaubonus in Baronium exercit. 16,num. 95: *Metaphrastæ,qui vitam et res gestas Longini istius scripsit, tantum tribuimus nos quantum et debetur, qui diligentia summa, sed judicio nullo in ea collectione sit versatus:neque aliter Baronius judicat. quoties intendit animum : quod utinam semper fecisset. Ne alia loca ejus proferam, in quibus Metaphrastes, ut anilium sæpe fabularum hamaxarium severe castigat : in hac historia non constat ipse sibi*. Et num. 96: *Primus enim quod quidem hodie sciatur, Metaphrastes, scriptor oppido recens, et persæpe vanissimus, magnusque fabularum anilium consarcinator, ejus rei meminit*. Et alius: *Vitas sanctorum translatus Latine apud Lipomanum, et Surium habemus; sed plurima in iis fabulose scripta sunt, Nempe Metaphrastes, ut Bellarminus verissime ait, multa addidit ex proprio ingenio, non ut res gestæ fuerunt, sed ut heri potuerunt.*

Expendantur, sed judicio prudentium singula. Μάγιστρος, *Magister*, nomen in Aula imperatorum dignitatis atque officii, ejusque inter alia præcipui, tanquam qui titulos sibi vindicaret, περιφανοῦς, et περιβλέπτου, inter patricios locum haberet, imo supra eosdem haberetur, in concilliis sederet, ad sustinendos in baptismate imperatorum filios adscisceretur, consanguinitate eorumdem jungeretur, ignoratione rerum Græcarum in *Ludi-Magistrum*, si si diis placet et Hospiniano, *trivialem*. Ipse hic demum, ne nimius sim, quid de ea dignitate scripserit Constantinus Porphyrogenneta, qui hanc bene scire poterat, in Vita Basilii Macedonis, quod non ita obvium sit referam Narrat siquidem ille de Basilio : Τῆς δὲ προνοίας ἀγούσης τὸν Βασίλειον εὐμηχάνως πρὸς ὅπερ ἐβούλετο, εὐθέως μετὰ τὴν ἐκ τῆς στρατείας ὑποστροφὴν [26] υἱοποιεται τοῦτον ὁ βασιλεύς. Ἐτύγχανε γὰρ καθάπαξ οἰκείας γονῆς ἀμοιρῶν, καὶ τῆς τῶν μαγίστρων ὑπερλάμπρας τιμῆς ἀξιοῖ. Ἐφ' ὧν τῇ βασκανίᾳ ῥηγνύμενος ὁ λογοθέτης Συμβατιος, καὶ τὰ ἑξῆς. *Verumtamen providentia ferente Basilium, ad id, quod liberat aptissime, illico post illum exercitationem et reditum, imperator eumdem pro filio, quod ipse nullos liberos habebat, adoptat, et magistrorum præfulgente dignitate condecorat. His rumpitur invidia logotheta Symbatius*, etc. Magistrorum dignitas ea est, ut nec ab imperatoris filiis negligeretur, sed ad eam veluti quid sublimius, ex inferiore imperatorum filii gradum facerent.

Illa qui dicunt, quare non produnt auctorem ? Apud quem invenere? et invenisse necessum est, ni suas meditationes, et non rem gestam litteris mandant. Vide quid de magistri dignitate disserunt Codinus, Historici alii, et Glossatores Græco Barbari. Et ut acerbius insaniant, audiant et discant,tum demum fremant, Metaphrastem Constantinopoli ortum illustri familia, summoque genere prognatum,divitiis abundantem, ab imperatoribus variis dignitatibus condecoratum,non potuisse esse imi subsellii virum, multo minus *Trivialem Ludimagistrum*. Michael Psellus Encomio in eumdem : Καὶ τόγε θαυμασιώτερον, καὶ διὸ μᾶλλον ἄν τις ἐκεῖνον θαυμάσειεν, ὅτι καὶ γένους εὖ ἔχων, καὶ τὰ τῆς εὐκλείας οἴκοθεν κεκτημένος, βαθεῖ τε πλούτῳ κο-

μῶν, καὶ οἷον ἄν τις πρὸς παιδευσιν ἀποκνήσειεν. Οἱ γὰρ πλεῖστοι ἀφορμὴν τοῦ πλουτεῖν, ὥσπερ τὸν λόγον τιθέασιν, οὐχ ἵνα ἐπήβολοι τῶν κρειττόνων γένοιντ' ἄν, ἀλλ' ὅπως τοῖς ματαίοις ἐπεντρυφήσωσι, παρασκευαῖς ἐκεῖνος ταῖς παρὰ τῆς ἔξωθεν τύχης πρὸς φιλοσοφίαν ἐκέχρητο. Εἰ, Ἀλλ' ἐκεῖνος οὐχ οὕτως· πολλοῦ γε καὶ δεῖ, ἀλλὰ μήτε τὴν ἐσθῆτα μεταλλάξας, μήτε τοῦ μεγαλοπρεποῦς καθυφεὶς, μήτε τὸ γένος ἀτιμάσας ταῖς τοιαύταις καινοτομίαις, μήτε πλάσας, ἢ μεταπλάσας ὑποθέσεις πολιτικὰς, μήτε τηνάλλως σοφιστευσάμενος τῇ μὲν ἀπὸ τοῦ γένους φιλοτιμίᾳ, ὕλῃ πρὸς τὸ εὖ ποιεῖν πολυαρκεστάτῃ ἐχρήσατο, τὴν δὲ ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἀρετὴν ἀφορμὴν εὐθὺς ἔσχε μεγαλοπρεπείας τε καὶ λαμπρότητος. Βασιλεῦσι γὰρ ἐπέραστος γεγονὼς, τὰ τιμιώτατα τῶν ὅλων πιστεύεται, τὸ μὲ ἐγγὺς ἑστάναι τοῦ βήματος διὰ τὴν σύνεσιν, τὴν δὲ νῆς πολιτείας διοίκησιν, διά τε τὴν τῆς φύσεως ἐπιτηδειότητα, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἐπιμέλειαν· καὶ πρῶτα μὲν ταῖς μυστικωτέραις ἐφεστήκει τῶν πράξεων, καὶ τοῖς ἀποῤῥήτοις βουλεύμασι κοινωνὸς παρειστήκει τοῖς συμβουλεύουσι· Ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ τρόπου πίστις ἐν τούτοις τοῦτον ἐκήρυξέ, μετὰ τῶν ἀδύτων καὶ τὰς κοσμικὰς φροντίδας συνείλεφε, ὡς αὐτὸν γεγενῆσθαι εἰσαγγελέα τε τῷ κρατοῦντι τῶν ἔξωθεν, καὶ ἐξαγγελέα τῶν τοῦ κρατοῦντος τοῖς ἔξωθεν. Καὶ ἦν ὡσανεὶ δεσμὸς τῆς διοικήσεως ἀκριβής. Τοῦ μὲν οὖν ἡλιακοῦ κύκλου τὸ μὲν ἔστιν ἑτέρωθι, τὸ δὲ πρὸς ἡμᾶς, ἐκεῖνος δὲ ὁ αὐτὸς ὅλος ἦν καὶ τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς πράγμασιν. Ὥσπερ γὰρ καὶ ἄνωθεν ὁ λόγος τοῦτον ἐγνώρισεν, παντοδαπῶς εἶχε τῆς φύσεως. Τὰ μὲν προβουλεύσασθαι, τὰ δὲ τῶν βουλευμάτων καὶ κατεργάσασθαι, βαρβάρους τε πόῤῥω τῆς Ῥωμαίων ἀπώσασθαι γῆς, τοὺς δὲ καὶ καταγωνίσασθαι, ἢ στρατεύμασιν, ἢ τεχνάσμασιν, ἔθνη τε ὑποποιῆσαι καὶ στῆναι δεξιὸς πρὸς τοὺς καιροὺς καὶ τὰ πράγματα, τῷ μεταβεβλῆσθαι, ὅτε δέον, τῷ καινοτομῆσαν ὅτε συμφέρον, τῷ τὴν αὐτὴν τηρῆσαι ἰδέαν, ὅτε [27] τοῦτο καλὸν δόξειεν. Καὶ ἐπὶ τούτοις οὐδὲ χαρίτων ἄμοιρος ὁ ἀνὴρ, ἀλλὰ κατήρτο αὐτῷ πρὸς πᾶσαν σπουδὴν μετ' ἐκμελοῦς παιδιᾶς, καὶ ἡ γλῶσσα καὶ ἡ διάνοια. Μεγαλοπρεπῶς δὲ ἔχων καὶ τῆς στολῆς καὶ τοῦ σχήματος ἅμα καὶ τοῦ βαδίσματος, ἀντήλλαττε τὸ ἦθος πρὸς τὸ φαινόμενον, ἐπίχαρίς τε ὢν καὶ εὖ πρόσιτος καὶ αὐτόθεν ἕλκων πάντας τῷ μειδιάματι. Εἶχε δὲ καὶ τῆς χειρὸς ἀφειδῶς, δύο ταύτην ἐπεκτεινόντων, πλούτου καὶ προαιρέσεως. Καὶ προέκειτό γε αὐτῷ ὑπτιάζουσα, καὶ ἐξήντλει ταύτης, ὥσπερ ἐν ποταμοῦ δαψιλῶς ὁ βουλόμενος. Εἶχε μὲν οὖν οὕτω ταῦτα τῷ μεγάλῳ τούτῳ ἀνδρί. *Et quod est admirabilius et propter quod illum quispiam magis fuerit admiratus, cum esset genere clarus, et ex illustri familia natus, ac abundaret divitiis, et iis, quæ segniorem effecerint quempiam ad disciplinas. Multi enim sibi proponunt doctrinam et eloquentiam tanquam opum parandarum materiam, non ut assequantur ea, quæ sunt meliora; sed ei studentes, ne se non rebus noxiis voluntate expleant ille externis fortunæ adminiculis usus est ad philosophiam*, etc. *Sed ille non tam longe quidem ab eo abfuit: sed neque vestem mutans, neque aliquid dimittens de magnificentia, nec hujusmodi novitatibus genus dedecore afficiens, neque civiles causas fingens et refingens, neque inaniter fungens munere rhetoris, generis quidem decore utebatur omnino ad benefaciendum, virtutem autem, quam sibi paraverat e disciplinis, habuit protinus occasionem splendoris et magnificentiæ. Non cum imperatoribus evasisset amabilis, ejus fidei committuntur quæ erant omnium maxime honorabilia, ut qui prope tribunal staret propter sapientiam; reipublicæ autem administrationem propter ingenii solertiam et rerum curam acceperit. Ac primum quidem præfuit rebus magis arcanis, et secretiorum consiliorum fuit particeps cum imperatoribus; adeo ut imperatori renuntiaret ea, quæ afferebant exteri, et rursus exteris, ea, quæ jubebat imperator; ut esset veluti quoddam accuratum vinculum administrationis. Atque orbis quidem solaris pars quidem est alibi, pars vero est apud nos; ille vere totus erat apud imperatorem, et in ipsis negotiis. Quomodo enim superius significavit oratio, versatile et ad omnia accommodatum habuit ingenium, adeo ut prius consultaret, et operaretur ea, quæ consulta fuerant, ut Barbaros procul propulsaret a finibus Romanorum, alios autem superaret, aut copiis, aut artibus, et gestes in suam redigeret potestatem; temporibusque et rebus dexterrime uti posset, quod mutaretur quando oportebat, quod innovaretur quando expediebat, quod eamdem servaret speciem, quando bonum videbatur. Sed neque erat vir expers gratiarum et leporum, sed ad omnem leporem et gratiam convenienter docendam composite erat ei lingua instructa et animus. Cum autem esset ei magnificus et amictus et habitus simul cum incessu, mores quoque mutabat ad id quod videbatur, ut qui esset gratiosus et affabilis, et eo ipso omnes subridens ad sattrahebat.* [28] *Præterea autem manu quoque minime erat parcus, utpote quod duæ res extenderent, nempe divitiæ et voluntas. Habebat autem ita quoque ut oportebat nonnullis prorsus ex iis*, etc. Et in Canone, Ode 3: Ἐνδιαπρέψας ἐν ἀρχαῖς ταῖς τῆς κάτω συγκλήτου, ὡς ἀνὴρ βουληφόρος, τὸ πολίτευμα τὸν σὸν ἐκτήσω ἐν οὐρανοῖς, καὶ τὴν ἄνω σύγκλητον ἐκόσμησας. *Cum claruisses in muneribus inferioris senatus veluti consiliarius, conversationem tuam adeptus es in cœlis, et superiorem Senatum exornasti.* Illud quoque observo ex Chronico Alexandrino, Paulinum Theodosii imperatoris, et Eudociæ paranymphum maxime apud eosdem auctoritatis virum post alias dignitates, quibus insignitus fuerat, tandem veluti omnium cumulum magistri consecutum. Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος Παυλῖνον ὡς φίλον αὐτοῦ καὶ μεσάσαντα τῷ γάμῳ, καὶ συναριστοῦντα αὐτοῖς ἐποίησε διὰ πάσης ἀξίας ἐλθεῖν. Καὶ μετὰ ταῦτα προηγάγετο αὐτὸν μάγιστρον. Καὶ ηὐξήθη ὡς ἔχων παῤῥησίαν πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον, καὶ τὴν Αὐγούσταν, ὡς παράνυμφος αὐτῶν γενόμενος. *Paulinum vero ut amicum, et nuptiarum conciliat*

rem, convictoremque Theodosius Augustus per omnes honorum gradus ac dignitates evexit, ac demum magistrum creavit; et auctus est, tanquam qui potestatem et libertatem adeundi cum Augustum Theodosium, tum Augustam, ut qui amborum paranymphus fuerat. Post alias dignitates magistratum addit, et auctus est. A vilioribus ad celebriora, si accrescimus, gradum facimus. Si hæc munia sunt apud Græcos *Ludimagistri*, illiusque *Trivialis*, quæ erunt apud vos, Hospiniane, comitis, patricii, ductorum exercitus, ac tandem Cæsaris? Possem hic ipse multo plus ex vestris recensere, qui erudiendis pueris mercede vilissima operam suam locarunt, in magna tamen apud vos æstimatione, et fide. Et tu hoc uno nomine *Ludimagistri Trivialis* ignominiam, atque infamiam comparabis, et de dignitate deturbabis? alia pessumdandi Catholicos ineunda via est.

Cum vero non magistri tantum dignitate, sed et Logothetæ Metaphrastes noster enituit, non abs re fuerit, si nonnulla nos etiam afferamus, ut dignitate officii Symeonis dignitatem tanto cognomine illustrem conspiciamus. De Ecclesiastico non moror, tantum de Palatino officio sermo sit. Illi Logothetæ proprie erant qui rationes fiscales, vel publicas cognoscunt, et disceptant: sumptusque, vel introitus ita dirigunt, ut reipublicæ potius quam privatorum jura sustineant: eos discussores nonnulli nuncupant. Procopius lib. III Belli Gothici: Ἦν δὲ Ἀλέξανδρός τις ἐν Κυζαντίῳ τοῖς δημοσίοις ἐφεστὼς λογισμοῖς, λογοθέτην ἑλληνίζοντες τὴν τιμὴν ταύτην καλοῦσι Ῥωμαῖοι. *Alexander vero quispiam Byzantii rationibus publicis præerat, Logothetam Græco vocabulo Romani vocant.* Hinc Λογοθέσιον πολιτικῶν πόρως, quod Theophani est, ut adnotavit Alemannus, Γενικὸν λογοθέσιον. Et Nicephorus patriarcha, Δημοσίων πόρων λογιστὴν in [29] breviario historico, Θεόδοτον δέ τινα μοναχὸν ἔγκλειστον τὸ πρότερον κατὰ τὰ Θρᾳκῶα τοῦ στενοῦ λεγομένου πόρου γεγονότα, τῶν δημοσίων λογιστὴν, ὃν τὸ δημῶδες λογοθέντην καλοῦσι, καθίστησιν. *Idem porro Theodorum quemdam monachum, qui prius in Thraciæ finibus ad freti angustias inclusam ac solitarium vitam duxerat, publici ærarii præfectum constituit, quem Logothetam vulgo nuncupant.* Et, Τούτοις ἡγεμόνα ἐφίστησιν Ἰωάννης διάκονον τὸν Μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τῶν δημοσίων φόρων λογιστὴν, ὃν λογοθέτην γενικὸν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια, ὑπάρχοντα ἔμφρονά τε καὶ ἔμπειρον καθιστάμενον. *Summæ deinde rei Joannem perfecit Magnæ ecclesiæ diuconum, et curatorem publicorum vectigalium, quem generalem logothetam appellare vulgo solent, virum prudentem, et multarum rerum experientia præditum.* Justinianus postea, ut Procopius tradit in ἀνεκδότοις, viros a se militibus constitutos, qui ex omni hominum genere, quam maximam pecuniam in castris colligerent, λογοθέτας, *logothetas* appellavit. Ὄνομα δὲ λογοθέτας αὐτοῖς ἔθετο, Alemannus *Censitores*, interpretatus est non male, veluti castrensis pecuniæ dispensatores et curatores. Tandem labente imperio logothetæ munus ad alia quoque munera distractum est, prima sui origine unicum, gliscente principum libidine in plurimos surculos divulsum. Hinc ὁ τοῦ Γενικοῦ. Incertus de officiis palatii Constantinopolitani, Καὶ τὸν γενικὸν λογοθέτην εἰσόρα. *Et generalem logothetam conspice.* Et Matthæus monachus de iisdem. Ἐπὶ τραπέζης ἄλλοι τε Γενικοῦ λογοθέτης. *A mensa alii generalis logothcta.* Alii verterunt *ærarii generalis.* Indumenta describit Codinus: Τὸ τοῦ λογοθέτου τοῦ Γενικοῦ σκιάδιον λευκὸν βλατίον μετὰ μαργελλίων. Τὸ Καββάδιον ἐκ τῶν συνήθως πλιτευομένων βλατίων. Τὸ δὲ σκαράνικον χρυσόλευκον βλατινὸν, συρματέϊνον ἔχον ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν τὴν τοῦ βασιλέως εἰκόνα διαγέλαστον ὥσπερ καὶ τοῦ Πριμικηρίου, καὶ ἄνευ δικανικίου. *Logothetæ generalis ararii pileus est albus pannus cum margellis, cabbadium ex iis, quæ communi more gestari solent vestimentis. Scaranicum aurei et albi coloris est purpureum et fimbriatum, habens anse ut retro imperatori imaginem pellucidi viri consimilem cujusmodi etiam est scaranicum Primicerii: caret sceptro.* Hujus functionem incognitam suo tempore fuisse perhibet idem Codinus, Ἡ τοῦ Γενικοῦ λογοθέτου ὑπηρεσία οὐ γινώσκεται. *Generalis logothetæ munus ignoratur.* Hic Codinus a Meursio vapulat: Meursius a Gretsero, an bene, judicent alii. Ego vocis γινώσκεται significatum illum esse dixerim, *non nosci*, non esse scilicet in usu; ea enim, quæ desierunt nec in usu sunt, inter aliorum usum minime cognosci dicuntur. Alter erat λογοθέτης τοῦ δρόμου. Incertus, Ὁ λογοθετῶν σὺν αὐτῷ τοῖς τοῦ δρόμου. *Unaque cum eo logotheta cursus.* Vestimenta illius ex Codino, Τὸ τοῦ λογοθέτου τοῦ δρόμου σκιάδιον, οἷον τὸ τοῦ μεγάλου Χαρτουλαρίου. Φακεωλίδα δὲ φορεῖ οὗτος καὶ ὀπιλουρίκιον, οὐ μὴν σκαράνικον. *Logothetæ cursus pileus est qualis magni Chartularii. Fert iste Phacealium et* [30] *epiloricium, at non scaranicum.* Et cap. 5: Ὁ λογοθέτης τοῦ δρόμου εἶχε μὲν πάλαι καὶ οὗτος ὑπηρεσίαν ἡμῖν ἀνεπίγνωστον, νῦν δὲ οὐδεμίαν. *Logotheta cursus olim habuit functionem nobis incognitam, nunc vero nullam.* Quidquid dicat Codinus, functionem illius nobis conservavit Nicephorus patriarcha in breviario historico: Τοῦ δ' ἦν Ἀντίοχος μὲν ὁ τῶν δημοσίων πραγμάτων τὰς ὑπομνήσεις αὐτῷ διακομίζων. Λογοθέτην δὲ τοῦ δρόμου τὴν ἀξίαν οἱ περὶ τὰ βασίλεια καλοῦσιν. *Ex iis Antiochus magister memoriæ, quem magistratum logothetam cursus, qui in aula sunt appellare solent.* Notat Petavius Λογοθέτην τοῦ δρόμου, dici hic a Nicephoro: Τὸν τῶν δημοσίων πραγμάτων τὰς ὑπομνήσεις διακοψίζοντα. Quod magistri memoriæ proprium erat. *Qui ut est in Notitia imperii Orientalis, annotationes dictat, hoc est, scripturas breves, quibus ea continentur, quæ principis nomine statuuntur, aut confirmantur, sed et precibus respondet, hoc est, responsa*

dictat, quæ princeps libellis supplicibus dederit : ad hæc diplomata ad currendum nomine principis vel magistri officiorum dare muneris ejusdem fuit, a quo λογοθέτης τοῦ δρόμου *dictus est.* Tertius est, Ὁ λογοθέτης τῶν οἰκειακῶν. *Rerum domesticarum logotheta.* Incertus, Ὁ τῶν οἰκειακῶν λογοθέτης ἀρχέτω. *Domesticorum logotheta præeat.* Matthæus Πραίτωρ τοῦ δήμου, οἰκειακῶν ὁμοῦ ὁ λογοθέτης. *Prætor populi, domesticorum simul logotheta.* Competunt illi phaeolium et epiloricium et non scaranicum. Codinus, Τὰ τοῦ λογοθέτου τῶν οἰκειακῶν φακεωλὶς, καὶ ἐπιλορίκιον, οὐ μὴν δὲ σκαράνικον. Caret functione : idem, Ὁ τῶν οἰκειακῶν λογοθέτης οὐκ ἔχει ὑπηρεσίαν τινά. *Logotheta rei familiaris nullam habet functionem.* Quartus, ὁ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ. *Logotheta castrensis.* Incertus, λογοθετην δρα μοι κἀν στρατιώταις *Logothetam considera etiam inter milites.* Matthæus, Ὁ δὲ τοῦ στρατιοτικοῦ καταλόγου λογοθέτης. *Logotheta vero militaris catalogi.* Logothetæ exercitus gestamina sunt phaceodium et epiloricium, at non scaranicum. Codinus, Τὰ τοῦ λογοθέτου τοῦ στρατιοτικοῦ φορέματα φακεωλὶς, καὶ ἐπιλορίκιον, οὐ μὴν καὶ σκαράνικον : nullumque illius ministerium agnoscit. Ὁ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ οὐδεμίαν ὑπηρεσίαν ἔχει. Quintus est, λογοθέτης τῶν ἀγελῶν. *Rei pecuariæ logotheta.* Incertus, Καὶ τῶν ἀγελῶν λογοθέτης εἰσίτω. *Et pecorum logotheta introeat,* Matthæus, λογοθέτης ἀγελῶν, ὅ τε δικαιοφύλαξ. *Logotheta pecudum et jurium custos.* Illius habitus Codinus, Τὰ τοῦ λογοθέτου τῶν ἀγελῶν, φακεωλὶς καὶ ἐπιλορίκιον, ὡς τὰ τοῦ λογοθέτου τοῦ στρατιωτικοῦ, οὐ μὴν καὶ σκαράνικον. *Logothetæ gregum phaceolium et epiloricium, qualia logothetæ exercitus, sed scaranico non utitur.* Præter hos addunt sectum τῶν Σέκρετων, *arcanorum.* Illius meminit Anna Comnena lib. II. Nicetas in manuele Comneno lib. VII : Ὡς ἡ Λατίνων βούλεται φωνὴ Καγγελλάριον, ὡς δ' Ἕλληνες εἴποιεν λογοθέτην, *Ut Latinorum voce exprimitur cancellorius, ut Græci dicerent logotheta.* Joannes Cinnamus Historiæ Romanæ lib. IV [31] de Richardo Antri domino verba faciens: Ὡς δὲ τῶν πυλῶν ἀλογισ[σαντες Γιβενάτζιόν τε αὐτὸ ὁμολογίᾳ ἔσχεν, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν προσιόντες ἐσκέπτοντο, κόμησί τε ἄλλοις, καὶ δὴ καὶ τῷ Γυλιέλμου καντζηλαρίῳ συγγεγονὼς, ὃν λογοθέτην εἴποι ἄν τις ἑλληνίξων ἀνὴρ, ἐπὶ Τράνιν σὺν αὐτοῖς ἦλθεν, ὡς αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν ἁναρπασόμενος. *Cum vero portæ urbis parum caute custodirentur, Juvenalium ipsum in ejusdem fidem se dedidit. Hinc pro occupandis cæteris cum comitibus aliis, necnon Gulielmi cancellario, quem logothetam Græcu quis lingua expresserit, concilium inibat, et Trunim usque cum illis processit, quasi primo impetu urbem direpturus fuisset.*

Ante hoc omnes erat Magnus logotheta: eo enim cum pessimis moribus congressa est adulanti libido, ut ni magnum et eximium in officiis adsuatur, officia ipsa sordeant, et ni in dignitate ipsa primas partes sustineas, et gigas ipse inter minimos pumiliones vel balæna inter minutos piscieulos videaris, dignitas ipsa nihil pendatur. Hinc inter officia palatii, utinam etiam in ecclesiasticis muneribus malum hoc locum non habuisset, Magni nomen potiori, ut ita dicam, in ea functione concessum est. Ne singula referam, fuit et Magnus Logotheta non tantum auctoritate, sed vestium etiam insignibus spectabilis. Codinus, Τὸ τοῦ μεγάλου λογοθέτου φόρεμα, ἤτοι τό τε σκιάδιον, τὸ καββάδιον, καὶ τὸ σκαράνικον, οἷα τὰ τοῦ πρωτοστράτορος, οὐδὲν δὲ φέρει δικαιονίκιον. *Magni Logothetæ gestamina, hoc est pileus, cabbadium et scaranicum nihil ab his, quæ protostratoris sunt differunt; nec fert sceptrum.* Pileus scilicet colore aureus, et coccineus, clavatus absque ambone scaranicum aureum, et coccineum, et fimbriatum, continens parte anteriore imperatorem stantem, retro autem sedentem in throno : cabbadium purpureum, vel quale ex consuetudine voluerit. Matthæus monachus,

Τῆς δὲ δευτέρας μέγας δοὺξ, μέγας δομεστικός τε
Ὦ πρωτοστράτωρ πέφυκεν, ὁ Μέγας λογοθέτης
Μέγας στρατοπεδάρχης, ὧν ἐρυθρὰ τὰ πτύλα,
Διάχρυσον ἐμφαίνοντα τὸ μέρος ἄνω μόνον.

Pileum aureum, et coccineum dono datum Logothetæ ab imperatore Andronico refert Incertus :

Καὶ δὴ μετ' αὐτὸν τὸν καλὸν Μετοχίτην
Λογοθετῶν μέγιστον σοφίας λῆξιν,
Φορουντα ἐρυθρὰν τὴν καλύπτραν
Ἣν δῶρον αὐτῷ συνανέχοντι κράτος
Ἀναξ ὁ λαμπρὸς παρέσχεν Ἀνδρόνικος.

Nicephorus Gregoras Histor. lib. VI, De Muzalonis Magni Logothetæ pileo : Δι' ἃ δὴ καὶ τιμήν τινα ταύτην ἴσχυεν ἐξαίρετον μόνον τῶν πάλαι τὸ ὅμοιον αὐτῷ προειληφότων ἀξίωμα καλυπτραν φορεῖν ἐπὶ κεφαλῆς χρυσοκοκκίνῃ [32] κεκαλυμμένην ἐνδύματι, ὅσον τὸ ἄνω καὶ πρὸς τῇ πυραμίδι τῆς ἐπιφανείας χῦμα ἐν τούτῳ παραλλάτουσαν μόνῳ τοῦ παραπλησίαν εἶναι καθάπαξ τῇ τῶν τοῦ βασιλέως ἐγγόνων, ὅτι μὴ καὶ τὴν κάτω καὶ κοίλην ἐπιφάνειαν εἶχε κυκλίσκοις πεποικιλμένην χρυσοειδέσιν, ἀλλὰ λείαν τέλεως. *Quibus de causis eximius ei soli a veteribus qui eodem munere functi fuerant hic honos est habitus, ut calyptram in capite panno purpura, et auro inter texto circumdatum gestaret, quatenus sursum vergit, et ad pyramidem superficiei funditur; in hoc uno ab imperatorum liberis differentem, quod non etiam inferiorem et cavam superficiem habebat circulis auratis variatam, sed prorsus levem.* Porro logothetæ officium discimus ex Codino. Ὁ μέγας λογοθέτης διατάττει τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποστελλόμενα προστάγματα καὶ Χρυσόβουλλα πρὸς τε ῥῆγας, σουλτάνους, καὶ τοπάρχας, καὶ τοῦτο μὲν ἴδιον τοῦ μεγάλου λογοθέτου ὑπηρέτημα. *Magnus logothetæ disponit missa mandata, et chrysobullas, seu aureas litteras, ad reges, sultanos, toparchas, et hoc munus proprium est magni logothetæ.* Ut videatur, quemadmodum etiam adnotavit Gretserus Cancellarios apud Latinos ad amussim exprime

Hinc non male a Niceta et Cinnamo observatur, cancellarios dici logothetas a Græcis. De cancellario multa Casaubonus in Flavium Vopiscum, et multo plura Salmasius. Logothetam præterea jusjurandum a novo imperatore accipere in templo Blachernarum, ex Niceta in Manuele Comneno lib. 3, eademque dignitate plures eodem tempore fuisse exornatos, ex Cantacuzeno lib. 1, cap. 14, observavit Meursius. Et nos quoque animadvertimus a minorum logothetarum officio ad majoris nonnunquam gradum fuisse, quod de Theodoro Metechita narrat Codinus: Τὸν οὖν Θεόδωρον τὸν Μετοχίτην λογοθέτην ὄντα τοῦ γενικοῦ ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος τῶν Παλαιολόγων ὁ πρῶτος τιμήσας μέγαν λογοθέτην πεποίηκεν, ὃς καὶ ἦν ὑπερέχων τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου, ὑπὸ τὸν πρωτοστράτορα δέ. *Theodorum itaque Metochitam ærarii publici logothetam cum imperator Andronicus ex Palæologis hoc nomine primus honorare constituisset, magnum logothetam fecit, qui et priores magno stratopedarcha tenebat, sed non protostratore.* Vide Gregoram Histor. lib. VIII, cap. 19.

Sed cum, ut jam vidimus, logothetæ varii ac diversi fuerint, dubium esse poterit, Symeonem hunc nostrum logothetam ad quemnam ex illis referre debeamus. Non dubito hominem prudentissimum pro opportunitate rerum in senatu Constantinopolitano diversas functiones subiisse, et optime administrata provincia a minoribus ad majora officia aditum sibi aperuisse; quod tradit etiam Psellus in ejusdem encomio. Hinc existimo eum tantopere scriptione valere a logotheta cursus, quod in orationibus ab ipso ex operibus divi Basilii concinnatis præfixum legi, ad magni logothetæ dignitatem ascendisse. Adde, ut plurimum logothetæ [33] nomen sine alia additione prolatum, magnum nobis logothetam indicare. Ne in exemplis producendis nimius sim, legimus passim Georgii Acropolitæ logothetæ chronicum: in eo licet Dousa hæreat, sibique haud satis compertum esse fateatur, quo munere ex istis omnibus, quæ supra commemoravimus, logothetes Georgius functus sit, magni tamen logothetæ functum ex altera ejusdemmet Historiæ additione hactenus inedita, certum est; illi namque præfigitur: Ἡ παροῦσα χρονικὴ συγγραφὴ τοῦ μεγάλου λογοθέτου τοῦ Ἀκροπολίτου ἐστὶν, ὃς ἔκτισε τὸ μοναστήριον τῆς Ἁγίας τοῦ Χριστοῦ Ἀναστάσως· περιέχει δὲ τὰ μετὰ τὴν ἅλωσιν. *Præsens chronica compositio magni logothetæ Acropolitæ est, qui ædificavit monasterium Sanctæ Christi Resurrectionis: continet vero quæ post captam*, etc. Et hæc quidem adnotaveram, antequam luculentissima et doctissima Jacobi Goarii in Georgium Codinum de officiis Palatii Commentaria prodiissent. Nunc autem postquam illa edita sunt, petito ab is quidquid est in antiquitate de hoc negotio reconditum. Habent illa, quod sitim sedet et desiderium expleat. Tot igitur tantisque dignitatibus auctus Symeon noster, quomodo *Ludimagister*, A isque *Trivialis*, esse potuit, judicent alii, sed qui perspiciunt cor sapientiæ; nam furiata mente concili, omnia inconsiderate blaterant.

Et quanam ratione *trivialis Ludimagister* fuerit ille, cujus auctoritas et celebritas tanta fuit ut quotidie in ecclesiis, publico scripta illius legerentur ad confirmanda dogmata, rerumque seriem stabiliendam in Concilio a Patribus laudareutur, sententiæque suæ veritatis pondus additum existimarent, si eadem quæ et ipsi, illum asseruisse demonstrassent, Paucos ex quamplurimis referam, et ut præteream quæ Psellus de eo effuse prosequitur in illius Encomio, afferam nonnulla ex eodem in Tropariis. Σοὶ τοῖς θείοις χείλεσι χάρις πολλὴ ἐξεχύθη, καὶ σοφίας ἔμψυχον τῆς ἀκτίστου γέγονας οἰκητήριον, B ὡς πυρὸς γλώσσῃ διαστομωθείς ὅσιε, ἐν τοῖς λόγοις ὑπερηύγασας· τῶν ἀποστόλων τε καὶ τῶν ἀθλοφόρων τὰ σκάμματα, καὶ βίον τὸν ἰσάγγελον ἀσκητῶν ἑκάστου διέγραψας, καὶ νῦν συνοικήτωρ γενόμενος τοῖς ἐν οὐρανῷ, Τριάδος φῶς τὸ ἀνέσπερον βλέπεις ἀγαλλόμενος. Εἰ, Ὀρθοδοξίας ὁδηγὲ, εὐσεβείας διδάσκαλε καὶ σεμνότητος, τῆς οἰκουμένης φωστὴρ, τῶν λογογράφων θεόπνευστον ἐγκαλλώπισμα, λύρα τοῦ Πνεύματος, ταῖς διδαχαῖς σου πάντας φωτίσας, Συμεὼν Πάτερ ἡμῶν, πρέσβευε Χριστῷ τῷ Θεῷ σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν. Εἰ, Νοὸς ὀξύτητι καὶ καθαρότητι, καὶ λαμπρότητι βίου τὸ νοερόν σε φῶς καθωράϊσε, καὶ ταῖς τῶν λόγων καλλοναῖς, ὁ Θεός σε ἐχαρίτωσεν. Εἰ, Μελῳδικῶς πιστοὶ συνιλθόντες εὐφημήσωμεν πάντες ἐπαξίοις ᾠδαῖς τὸν μέγαν C Θεοῦ θεράποντα Συμεῶνα, τὸν ἅγιον λογοθέτην, ὃν ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία φωστῆρα πεπλούτηκεν ἐπὶ γῆς τοῖς διδασκάλοις Πατράσιν ἐκλάμψαντα, σὺν τούτοις γὰρ ψάλλων ἀπαύστως Χριστῷ, φωτός τε ἀϊδίου πληρούμενος συγχαίρει πρεσβεύων ὑπὲρ πάντων ἡμῶν. Εἰ, Εὐγενοῦς ἀνεβλάστησας ῥίζης ῥοδον κατάρρυθρον, βεβαμμένον χάρισι ταῖς τοῦ Πνεύματος, καὶ τοὺς πιστοὺς ἐνωδίασας, ὁσμαῖς συγγραμμάτων σου ἀποστόλων, ἀθλητῶν καὶ ὁσίων τὰ σκάμματα συνταξάμενος, ὧν καὶ σύσνοιχος ὤφθης θεοφάντωρ Συμεών, τρυφῇς ἐν χλόῃ τῇ ἐν δρόσῳ [34] σκηνούμενος. *Extuis divinis labiis gratia multa effusa est, et sapientiæ animatum increatæ factus es habitaculum, veluti ignis lingua diductus, confessor in sermonibus super abunde resplenduisti, apostolorum et mar-* D *tyrum certamina, et vitam non dissimilem angelis ascetarum uniuscujusque descripsisti, et nunc una cum illis habitans in cœlo, Triadis lumen extingui nescium conspicis gaudens.* Et, *Rectæ fidei dux, pietatis magister et verecundiæ, terrarum orbis lumen scriptorum entheatum ornamentum, lyra Spiritus, tuis prædicationibus omnes illuminans, Symeon Pater noster, præcare Deum Christum, ut animæ nostræ salventur.* Et, *Mentis acumine et puritate, et splendore vitæ intellectuale lumen te exornavit, et sermonum venustatibus Deus te insignivit.* Et, *Dulci modulatione fideles convenientes celebremus omnes dignis cantibus magnum Dei servum Symeonem sanctum logothetam, quem Christi Ecclesia tanquam lumen*

possedit in terra, una cum aliis Patribus splendore suo illustrantem; cum his enim psallens indesinenter Christo, et luminis sempiterni repletus congaudet orans pro nobis omnibus. Et, *Nobili radice prognatus es rosa rubicunda, gratiis Spiritus inferta, et fidelis suavitate replens, odoribus tuarum compositionum, apostolorum, martyrum et confessorum certamina edisserens, quorum et consors factus es, rerum divinarum expositor Symeon, deliciarum in gramine, quod in rore est habitans.* Hippolytus Thebanus in Chronico: Ἀριθμουμένων δὲ τῶν περιόδων ἐπληρώθη ἡ δεκατη περίοδος ἐν τῷ πεντακισχιλιοστῷ τρακοστῷ εἰκοστῷ ἔτει, Ἀρξαμένης δὲ τῆς ἐνδεκάτης περιόδου ρπϛ' ἔτη παρῆλθον, καὶ ἐσαρκώθη ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστὸς. ὡς ἡ βίβλος τοῦ Νικομηδείας, καὶ τοῦ Μεταφραστοῦ περιέχει. *Enumerando igitur hos periodos decima completa est anno* 5320. *De incepta autem undecima periodo* 186 *anni abierunt, et humanam naturam induit Dominus noster Jesus Christus, ut liber Nicomediensis, et Metaphrastes habent. Et,* Καὶ παθὼν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, τῇ κγ' τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἐσταυρώθη, τῇ κδ' ἐτάφη, καὶ τῇ κε' ἀνέστη ἡμέρᾳ πρώτῃ, τουτέστι Κυριακῇ, ὡς ὁ Μεταφραστὴς δῆλον, καὶ ἡ βίβλος τοῦ Νικομηδείας. *Et propter nostram salutem mortem passus 23 Martii fuit cruci affixus, die 24 sepultus, et 25 resurrexit die prima, nimirum Dominica, velut Metaphrastes et Nicomediensis declarant.* Et sententiam Metaphrastæ præfert aliis Patribus, quem non sine veneratione nominat: Ἐγὼ δὲ πείθομαι τοῖς λόγοις τοῦ κυρίου Συμεών. *Equidem ipse fidem habeo sententiæ domini Symeonis.* Leo Centaripinus Orat. in magnum apostolum Jacobum Zebedaæi filium: Τέθηπα γὰρ ὑποτοπάσας, πῶς τοσοῦτοι λυκάβαντες σπαρφχήκασι καὶ λογογράφοι, καὶ ῥήτορες, μάλιστα δὲ ὁ μέγας τῶν Μεταφράσεων συγγραφεὺς ἀπνημόνευτον οὕτω παραλελαιπότες τὴν ἐν ὑπερῴοις ἀϊδίοις τοὔνομα γεγραμμένον εἰς ἀδιάλειπτον ἔχοντα μνήμην. *Admiror namque quomodo tot annis decursis, neque scriptores, neque historici, et præcipue magnus ille Metaphraseon compactor, sic hunc in sempiternis cœnaculis indelebili memoria descriptum, silentio prætereuntes, ullam illius memoriam posteris* [35] *reliquerunt.*

Theophanes Cerameus Homilia de Lazaro suscitato: Ὁ δὲ τῶν Μεταφράσεων γλυκὺς συγγραφεὺς, παῤῥησίας εἶπε τὸν λόγον εἶναι δηλωτικόν *phraseon vero suavis scriptor libertatem dicendi sermonem indicare tradit.* In quarto Matutino: Ἀλλὰ περὶ τούτου ἄμεινον ἐμοῦ λέγει τῶν Μεταφράσεων ὁ γλυκὺς συγγραφεύς *Sed de his melius quam ego id facerem, scriptor ille dulcis Metaphraseon disserit.* Et quinto, Καὶ ὡς ἂν μὴ καὶ ἡμεῖς δόξαιμεν ἀπεοικότα πεντεύεσθαι, ἀξιόχρεων ἐνταῦθα παραγωμεν μάρτυρα Συμεώνην, τὸν τὰς Μεταφράσεις εὖ μάλα συνθέμενον. Ἀπόχρη οὖν οὗτος ἐν τῷ εἰς τὸν ἱερὸν Λουκᾶν ὑπομνήματι τοῦτο ποιούμενος. *Ac ne nos etiam sine probabili causa divinare velle videamur, fide dignum testem ad hanc rem producimus, Symeonem illum, qui Metaphrases præclare composuit. Satis igitur sit hic, qui in sanctum Lucam commentario ita existimavit.* Theodorus Balsamon in Canonem 63 Trullanum, χάρις τοίνυν τῷ μακαρίτῃ Μεταφραστῇ τῷ τὰ μαρτυρικὰ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας σκάμματα πολλοῖς πόνοις καὶ ἱδρῶσι κατακαλλύναντι, εἰς ὕμνον Θεοῦ καὶ δόξαν αἰωνίζουσαν τῶν ἁγίων μαρτύρων. *Magna itaque Berto Metaphrastæ agenda et gratia, qui martyrum pro veritate certamina non sine multis laboribus et sudoribus exornavit ad Dei laudem, et sanctorum martyrum perennem gloriam.* Macarius Hieromonachus in collectione canonum cap. 104: Ὅσου τοίνυν ἄξιος ἂν εἴη μακαρισμοῦ ὁ θαυμάσιος Συμεὼν, ὁ τὸ καλεῖσθαι Μεταφραστὴς διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀπενεγκάμενος, ὁ τῇ ἐπιπνοίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων ὑπὲρ ἀληθείας σκάμματα πολλοῖς ἱδρῶσι καὶ πόνοις συγγραψάμενος, καὶ δυνάμει λόγου, καὶ σοφίᾳ καλλύνας εἰς ὕμνον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ δόξαν διαιωνίζουσαν τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ ἠγωνισμένων ἁγίων μαρτύρων· καὶ πᾶν δυσσεβὲς ἀποῤῥάψας στόμα, καὶ μηδ' ἡντινοῦν πρόφασιν ἀμφιβολίας τοῖς εὐσεβέσι καταλιπών. *Quanto itaque laude dignus erit admirabilis Symeon, qui Metaphrastæ sibi nomen ante alios singulariter vindicavit, et afflatu Spiritus sancti sanctorum martyrum pro veritate certamina multis sudoribus et latoribus concinnavit, et dicendi facultate et sapientia exornavit in laudem Domini nostri Jesu Christi, et gloriam indesinentem sanctorum, qui eo pro certamina subierunt, martyrum: impiorum ore obstructo, et nulla dubitandi ansa piis hominibus relicta.* Nicephorus Calistus Hist. Eccles. lib. XIV, cap. 50: Ὧν ἄριστα μετὰ τὸν πολὺν Θεοδώριτον ὁ ὁμώνυμος αὐτοῦ Συμεὼν ὁ Μεταφραστὴς ἐπεξελθε, πᾶσι καινήν τινα καὶ ξένην πανδαισίαν τὰ ἐκείνου προθέμενος. *Quam,* Historiam nempe de Vita et rebus gestis Symeonis Stylitæ Senioris, *post magnum Theodoritum, optime cognominis ei Symeon Metaphrastes conscripsit, novum quoddam et admirandum in ea ex omnis generis ciborum convivium omnibus proponens.* Et lib. XVIII, cap. 14, de Symeone Stylita Juniore: Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα ἀριθμοῦ κρείττονα διεπράξατο, ἃ δὴ καὶ χρόνου πολλοῦ, καὶ γλώσσης κεκομψευμένης, καὶ πραγματείας ἰδιοτάτης, ἅπερ καὶ εἰς δεῦρο ταῖς ἁπάντων περιῴδονται γλώσσαις, ὑπὸ Συμεῶνι Μαγίστρῳ τῷ οὐ νῷ συγγραφέντα· εἰ καὶ μὴ τοῦ μεγέθους, καὶ τῶν ἔργων ἀξίως. Οἷς καὶ ἡμῖν ἐντυχεῖν ἐγένετο, τὸ περιὸν τοῦ τε πλήθους, καὶ τῆς δυνάμεως τῶν εἰργασμένων ἐκπεπλημένοις. [36] *Cæterum multa quoque alia numerum superantis Symeon egit, quæ sane tempore longiore, et lingua politiore, tum autem opere peculiari indigent. Ea hucusque sermone omnium celebrantur a Symeone magistro, quamvis non pro dignitate magnitudinis et operum conscripta, in quem librum et nos abundantem copiam et vim operum sancti viri cum stupore admirati, incidimus.* Michael Glyca ubi de Maximiani et Diocletiani rebus in Christianos tract

Nam ut Symeon ille cognomento Metaphrastes ait, imperatores hi magnopere conati sunt fidem Christianam expugnando, quasi abolere, quam Christus ipse firmius perduraturam esse pronuntiavit, quam ipsas Orci portas. Et Epistola 21, ad Isaiam monachum: Καὶ ταῦτα τὸν ἐν ἁγίοις Συμεὼν ὅρα τὸν Μεταφραστὴν τὸ δόγμα τοῦτο συνιστῶντα πρὸ τῶν ἄλλων εὑρίσκοντες· ἐν γὰρ τῷ βίῳ τῆς μεγαλομάρτυρος Ἀναστασίας καὶ τάδε φησί. *Et inter alia sanctum Symeonem Metaphrastam intuere dogma hoc constabilientem, nam in vita magnæ martyris Anastasiæ hæc dicit.* Gregorius Corinthius Metaphrastem inter alios auctores connumerat, a quibus bene dicendi, beneque narrandi exempla petenda sunt. Andreas Rhodi præsul in Concilio Florentin. sess. 7 Græcos ita alloquitur: *In primis igitur Symeon Metaphrastes vestris in ecclesiis celeberrimus accedat. Et, Legatur ille qui a vobis quotidie legitur in ecclesiis Symeon Metaphrastes.* Josephus Methonensis Apologia pro Synodo Florentina contra Marcum Ephesium : Καὶ Συμεὼν δὲ ὁ νέος Θεολόγος, ὁ Μεταφραστὴς καλούμενος, τῇ τρίτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου εἰς τὸν βίον τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου, οὕτω γράφει. *Et Symeon Theologus Junior, qui et Metaphrastes dicitur, tertio Octobris die in Vita sancti Dionysii Areopagitæ hæc habet.* Gennadius pro concilio Florentino cap. 5 : Ἐν ἡμῖν δὲ καὶ μάλα καλῶς σώζονται, καὶ ᾄδονται μετὰ μελῳδιῶν καθ' ἡμέραν καὶ Μηναῖα, καὶ Τριῴδια, καὶ Λόγοι, καὶ Μεταφραστὴς, καὶ Πεντηκοστάρια, καὶ Στιχηρὰ, καὶ Τροπάρια, καὶ Ἰδιόμηλα, καὶ Κοντάρια, καὶ Οἶκοι, καὶ Συναξάρια, καὶ Ἐξαποστειλάρια, καὶ ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγω, πᾶσα ἁπλῶς εἰπεῖν ἡ τῆς Ἐκκλησίας ἡμῶν συγγραφὴ ταύτην ἔχει τὴν δόξαν, *Apud nos vero, et valde bene conservantur, canunturque cum modulationibus singulis diebus, et Menæa, et Triodia, et Orationes, et Metaphrastes, et Pentecostaria, et Stichera, et Troparia, et Idiomela, et Contaria, et Oeci, et Synaxaria, et Exapostilaria, etc., ne singula recenseam, universa nostræ Ecclesiæ officia, et cunctæ scripturæ hanc opinionem retinent.* Metaphrastæ testimonio alibi etiam in eodem opere Gennadius utitur. Necnon Nicetas Catena in Lucam, et Macarius Chrysocephalus in Magno Alphabeto, Symon Thessalonicensis in Dialogo contra Hæreses, et de Sacramentis, Bessario quoque Cardinalis, et alii. Et inter Latinos Aloysius Lipomannus: *Metaphrastes Vitas sanctorum, eleganti stylo et condito descripsit, et legendas Ecclesiæ proposuit, tantaque auctoritate liber hic in lucem prodiit, ut apud Orientalem Ecclesiam, qui sanctorum Vitas præter unum Metaphrastem, scripserit, nec quæratur, nec reperiatur. Quinimo* [37] *cum in suis Menæis, et sacras sanctorum Vitas recitat, non alias, quam ex istis desumptas legit; adeo pro certis, veris, authenticis ab omnibus, et omnium auctoritate confirmatis habentur. Imo nec Ecclesia Græca præces orationesque Metaphrastæ post Basilii et Chrysostomi supplicationes statim locasset, si recentis temporis auctoris essent.*

A Et, *Metaphrastem scito virum fuisse sanctissimum, et apud Græcos Patres beatorum Catalogo adscriptum: siquidem ejus festum apud illos 27 Nov. celebratur, Quare plenissima fides ejus scriptis adhiberi potest, prout decet, gravissimorum pariter, et doctissimorum Patrum testimonium habemus. Qui autem illi sint ad tuam quoque fidem confirmandam, sicut et meam corroborant, eos hic subjicimus.* Vide item Gretserum de Imaginibus a S. Luca pictis c. 19. Hic itaque tantus vir, tot probatissimorum actorum testimoniis doctus, eloquens, idoneus, magistri, logothetæ, aliisque dignitatibus cohonestatus, sanctus in Græcorum Ecclesiis celeberrimus, cum aliis computatus, qui Ecclesiam sermonibus suis illustrarunt: et cujus dicta ad stabilienda fidei dogmata in conciliis
B producuntur, vel solo unius, vel alterius hæretici dicto, nulla probati viri auctoritate, nullo etiam trivialis Ludimagistri testimonio comprobato jacebit in trivio *Ludimagister* inglorius? Apage ineptiarum.

Sed *Scriptor oppido recens est.* Id quoque putemus, et rem suo nominis pondere pendamus. Et primum, ante omnia ridenda est hæreticorum nugacitas, qui ut Metaphrastæ fidem elevent, eum recentissimum faciunt, et postea parum cauti, parumque sibi constantes, antiquissimis Patribus, et quod magis est, apostolorum discipulis, vel apostolis ipsis parent, et ὁμόχρονον constituunt. Inter eos præcipui sunt Gesnerus cæterique epitomatores, qui Hippolytum Thebanum recensiorem chronographum cum Hippolyto Portuensi confundentes, Metaphrastem circa tempora apostolorum scripsisse
C etiam nolentes determinant. Cum enim illius meminerit Hippolytus, quem ipsi Portuensem esse, de quo Hieronymus in catalogo, fateantur necesse est, ante illa tempore floruisse, ideoque cum ipsis apostolis, vel minimum cum Apostolorum discipulis vitam egisse. Hippolytus enim Portuensis sub Alexandro imperatore, anno Domini CCXXIX, martyrio vitam finit. Et hic recentissimus erit auctor in Ecclesia, cujus auctoritate sua confirmat Hippolytus, et de quo non tanquam de recens vita functo, sed tanquam antiquiore, et cujus jam auctoritas suo jure admitteretur, verba facit? Antiquissimorum Patrum de die Passionis et mortis Domini sententias examinans, unam cæteris præfert Metaphrastæ, quem non sine præconio nominat, Unus illi Syme-
D on, quidquid alli dicant, hæsitantem intellectum firmat. Ἐγὼ δὲ πείθομαι τοῖς λόγοις τοῦ κυρίου Συμεών. *Ego vero fidem adhibeo verbis domini Symeonis.* Progressu temporis, et testata plurium annorum contentione dictorum auctorita, est eo magis, si aliis anteponi debent, non unius diei nutante periculo comparatur. [83] Cum itaque Symeonis ætas, si bene sapimus, non ita antiqua sit, concludamus suspicionem Novatorum de Hippolyto levem, ac futilem esse et si placet, deliram. Nec plus vidit Franciscus Bivarius Comment. in Flavium Dextrum anno 3, qui Hippolytum hunc, quem Thebanum appellat, ante Epiphanium scripsisse parum caute fassus est;

illum nec legit quidem. Quomodo enim, qui Georgii Nicomediensis, Symeonis Metaphrastæ, et Georgii Chronographii multo Epiphanio recentiorum testimonio utitur, Bivario non dormienti Epiphanio antiquior videri potuit ? et non animadvertisse Bivarium, si dicas, ne ille ægre tulerit.

Quemadmodum ergo ætas adeo antiqua Metaphrastæ denegatur, ita et illa recentissima ab aliis asserta. Raphael enim Vollateranus Comment. Urbanorum lib. XIX et ex eo Conradus Gesnerus in biblioth. nescio qua conjectura recentissimum faciunt *circiter*, namque *annos abhinc ducentos* composuisse Vitas sanctorum scribunt, quod adeo aliis arrisit, ut eumdem annorum numerum, vel invita serie temporum, non nimis de rebus solliciti, ridicule retinuerint. Rodulphus Hospinianus de templis, de tempore Metaphrastæ sermonem habens affirmat, eum *non amplius abhinc ducentis viginti annis scripsisse*. Benefactum cum Metaphraste ; quando jam a Gesnero ad Hospinianum anni viginti creverint. Similes antiquæ et recentioris Historiæ pro nutu moderatores viderunt exacto veroque calculo, non amplius viginti annos fuisse elapsos. Quid vero, qui sibi tantum tribuit in annalibus Casaubonus? *Metaphrastes scriptor oppido recens, et persæpe vanissimus.* Dubium an illi vel hos, qualescunque sint, ducentos annos tribuat. Hinc epitomatores Gesneriani in exscribenda bibliotheca annorum numerum, nescio an etiam illo intervallo recentiorem, vel, ut veritas est, antiquiorem existimantes omiserunt. Genebrardus chronologiæ lib. IV Metaphrastem paulo antiquiorem facit. *Symeon Metaphrastes circa hæc anni 1200 tempora*. Et tamen Psellum scribit floruisse anno 1073.

Eruditissimus Gerardus Vossius de Historicis Græcis lib. II, cap. 26, sub Constantino Duca, vel saltem circa illa tempora Symeonem Metaphrastem ponit; nam de ejus ætate adhuc iis est sub judice, vixit tamen ducentis annis posterius, quam existimarunt Baronius et Bellarminus. Probat ex ætate Pselli, qui sub iisdem imperatoribus vitam agebat, et in laudem Symeonis orationem habuerat. Ætas itaque Pselli, ut opinatur Vossius, ætatem Metaphrastæ indicat. Verum tamen cum Psello vixisse ob orationem in eum factam a Psello nemo dicet; ex ea namque oratione Symeon Psello antiquior, non illius æqualis evincitur. Ait se Psellus audisse ab iis, qui Metaphrastem agentem animam viderant: non ergo ipse viderat. Et qui viderant multos ante annos vidisse, ut et sane viderunt, fieri potuit. Et ego puer dum Paulæ in Calabria commorarer, audivi sæpius a [39] quodam sene plus annos centum et viginti nato, ob senim longum et corvinum, vivax tamen, omnibus venerando, multa de D. Francisco populari, ac cive suo, quem ipse in familiaritate versatus, oculis, usurpaverat, tanquam teste oculato narrante: quæ si in scriptis referrem, dicerem ea ab illis, qui D. Franciscum viderant, intellexisse: ideone D. Franciscus, qui ante me, dum hæc scribo annis centum quadraginta et unum mortuus est, mihi σύγχρονος a quopiam dictitaretur? Neque itaque Psellus, dum ab illis, qui viderunt Symeonem audiit, Symeonis ætati æqualis dicendus est.

At fieri posse dicent, ut quis eodem tempore vivens, alterius tum quoque viventis res gestas quas ille multas ob causas non viderit, audierit tamen a viris fide dignis, qui illi operanti adfuerint, scribat. Sic hoc tempore multa sciscitamur, et audimus a scientibus, et qui ea viderunt, relataque litteris postea commendamus. Idem potuit Psello contigisse. Quare ratio, quæ ex istis oculatis testibus deducitur, illius æqualem oppido comprobat Metaphrastem, antiquiorem vero nequaquam.

Paucis hic ostendam, modum istum loquendi, quasi semper de rebus anteactis quibus nos interesse ob ætatem non potuimus, dici: dicto meo uno, vel altero exemplo faciam satis. Eunapius Sardianus, Vitas Sophistarum, quos ipse noverat, quos etiam auditu deprehenderat scripturus, auditionem hanc non ad res suæ, sed ad superioris ætatis tempus refert. Nicetas Choniates multa de Joanne Comneno commemorat, quæ ipse non vidit, sed ab aliis acceperat, qui Joannem viderunt, et expeditionis comites fuere. Hoc idem profitetur Joannes Cinnamus. Quis tamen diceret res illas dictorum scriptorum ævum non præcessisse ? Audiamus Polybium, quo sane nemo melius, nemo accuratius lib. IV Histori. : Δεύτερον δὲ διὰ τὸν καὶ τοὺς χρόνους οὕτω συντρέχειν τοὺς ἑξῆς, καὶ τοὺς πίπτοντας ὑπὸ τὴν ἡμετέραν ἱστορίαν, ὥστε τοὺς μὲν καθ' ἡμᾶς εἶναι, τοὺς δὲ κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν. Ἐξ οὗ συμβαίνει τοὺς μὲν αὐτοὺς ἡμᾶς παραγεγονέναι, τὰ δὲ παρὰ τῶν ἑωρακότων ἀκηκοέναι, Τὸ καὶ ἀνωτέρω προσλαμβάνειν τοῖς χρόνοις, ὡς ἀκοὴν ἐξ ἀκοῆς γράφειν, οὐκ ἐφαίνεθ' ἡμῖν ἀσφαλῶς ἔχειν, οὔτε τὰς διαλήψεις, οὔτε τὰς ἀποφάσεις. *Deinde quoniam proxima illis tempora, et ea, quæ in nostram cadunt historiam ita invicem connexa sunt, ut partim nostra partim nostrorum patrum ætas in illa incidat. Ex quo fit ut rerum dicendarum aliis ipsi interfuerimus, alias ab iis acceperimus, qui testes oculati fuere. Anteriorum siquidem temporum res gestas attingere, ut auditionem ex auditione scribere, parum existimavi tutum, quod nec veritas illarum deprehendi, nec indicari posset de singulis.* Tria in historia constituit tempora, sui, patris, et anterius. Res gestas suo tempore nullius alterius ope, sed suo ipse studio deprehensas narrat et indicat, Patris memoria factas auditione consequitur: quæ patrem præcesserunt, jam non sunt auditio, sed auditio ex auditione. Polybii sententiam approbat [40] Epiphanius Cypri adversus Hæreses in Procœmio : Τῶν δὲ ὑφ' ὑμῶν μελλόντων εἰς γνῶσιν τῶν ἐντυγχανόντων ἥκειν αἱρέσεών τε καὶ τῶν ἀνωτάτω, τὰ μὲν ἐκ φιλομαθείας ἴσμεν, τὰ δὲ ἐξ ἀκοῆς κατειλέφαμεν, τοῖς δέ τισιν ἰδίοις ὡσὶ καὶ ὀφθαλμοῖς παρετύχομεν. *Hæreseon porro, quæ a nobis in notitiam legentium suggerentur, etiam antiquissimarum, nonnullas studio ac diligentia assecuti sumus, alias*

ex auditu nobis comparavimus, quasdam etiam propriis auribus oculisque deprehendimus. Antique scilicet, et supra patrum memoriam antiquorum lectione; quæ parentum memoria exortæ sunt, auditione ; nostro ævo disseminatæ auribus nostris, et oculis comparantur. Et nota aliud esse aliquid *auditione accipere*, aliud philomathia, aliud oculis auribusque propriis lustrare.

Quidquid tamen sit, ex eodem Psello, ante natum Psellum Metaphrastem diem suum obiisse evinci videtur : gloriam enim illius in exordio orationis exponens ait : *Per universum orbem terræ nomen et res gestas celebratas fuisse.* Ergo non eo tum primo mortuo Psellus scribebat : ad extendendam enim famam per universum orbem tempore, eoque non exiguo opus est; et gesta perhonorifica, quæ etiam ipsa tempore fiunt, ab una atque altera civitate in aliam transvehuntur, transvectaque communi omnium consentione approbantur. Imo etiam, ut idem accuratius probetur, tradit ex corpore Metaphrastæ etiam sepulcro recondito, odorem per plures dies emanasse, quem demum alio cadavere ingesto amiserit: Καὶ ἐτεθνήκει μὲν οὕτως· εὐωδίας δὲ αὐτίκα πάντα ἐγεγόνει μεστὰ, καὶ οὐκ εὐθὺς μόνον, οὐδὲ εἰς τρίτην ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ εἰς πολλοστὴν ἀπ' ἐκείνου ἕως ὅτι μόνος τῷ τάφῳ ἐνεθησαύριστο καὶ ἦν ἂν μέχρι παντὸς ἀρωματίζουσα ἡ σορὸς, εἰ μή τινες τοσοῦτον παρηνομήκασιν. *Et sic quidem est mortuus ; fuerunt autem statim omnia et non tunc solum suavi odore plena, nec in diem tertium, sed etiam in multos dies postea, donec fuit solus conditus in sepulcro: et loculus perpetuo talem emisisset odorem, nisi se aliqui tam inique gessissent*, etc.

Alphonsus Villegas de Vitis sanctorum in Symeone Metaphrastæ, Metaphrastem circum circa Heraclii tempora, anno scilicet 620, floruisse, ex vita sancti Alypii Cionitæ, quam esse scriptam a Symeone existimat, contendit. Id idem Petrus Ribadeneyra de Vitis sanctorum qui non sunt in Calendario, dextere agens contra Oarodium ostendit, non alio argumento, quam ex eadem Alypii Vita, in qua se Symeon tradit esse illius discipulum. Et apud Surium de Vita sancti Alypii in margine legitur, *Symeon Metaphrastes discipulus ejus fuit.* Illinc plures nobis Pselli confingendi sunt : præter enim in Diatriba mea recensitos, jam erit alius omnium antiquissimus, qui non multo Heraclio posterior in Metaphrastem oravit, quando qui præ manibus est Psellus in Metaphrastem referat, sese plura de illo ab hominibus, qui illum viderant ac noverant, audisse. Verumtamen cum Vita illa Alypii Cionitæ, quam ipsi ad probandam [41] ætatem Metaphrastæ adducunt non fuerit a Metaphraste conscripta, quantum Alphonsus et Petrus a vero aberrent, alii judicent. Et ne argumentum ex oratione Pselliana, quæ Heracleanis temporibus multo eum inferiorem facit, sæpius atque iterum repetam, ex hac eadem Vita sancti Alypii, quisnam illius auctor fuerit, colligamus. Fuit ille patria Adrianopolita, civis et conterraneus Alypio. *Sic enim sic quadam benignitate res nostras Deus administravit, ut qui ex ipsa patria productus fuerat, fructus, eum ipsi rursus patriæ lætitiam dederit salutarem.* Non tantum voto et desiderio discipulus, sed illius etiam institui professor. Ecce verba. *Porro autem ego quoque, qui sum tuæ plantationis vilissima, o Pater! et tarda propago, hunc funebrem orationem ausus sum tibi dedicare* Et, *Nequaquam obliviscaris, o sancte, ovium tuæ mandræ! sed et si fueris gloria eorum, qui carent materia, circa divinitatis versans pulchritudinem, nos aspice, et nostri miserere, quos et congregasti, et orphanos reliquisti, aperte dicens: Pacem Christi do vobis: valete, et conservamini, o filii; et non formidet nec turbetur anima vestra* Symeon vero noster, et Constantinopolitanus, et civilibus rebus addictissimus, monachorum albo nunquam se ascripserat, quod ipse sciam. Non hic referam genus dicendi quod vel imperitissimo ex ipsa lectione patere poterit a Symeonis stylo, et rerum tractatarum forma adeo diversum. Non ergo ad Heraclii tempora Metaphrastes, scriptoris Vitæ Alypianæ auctoritate, quæ per imperitiam eidem appingitur, emendandus est error, qui paucorum animos occupavit. Adde, si ita antiquus Metaphrastes fecit potissimam sanctorum Vitarum partem, quas tamen illius esse legitimus certo sciunt omnes, tanquam illi nugacissime appictam, rejiciendam esse tanquam spuriam, investigandosque alios earum auctores. Indignum sane facinus, multumque inter pios homines deplorandum. Difficillima namque Ecclesiæ tempora, variis hæreticorum nugis, ac tyrannorum machinis per vim et nefas conturbata, quæ ab ætate Heraclii per annos 300 et inde excurrunt, et præclarissimis sanctorum doctrinis ac instituis collustrata hac Symeonis antiquitate, sine certi scriptoris notitia vilescerent. œMinus considerate locutus est Joannes Molanus ad 13 Maii in Martyrologio Usuardi, adnotans ex Tomo VI Lipomani, Metaphrastem excerpsisse Historiam vitæ sancti Epiphanii Constantiæ Cypri episcopi, ex voce et relatu Joannis ejus discipuli, qui Metaphraste (etiam ipso Heraclio) antiquior est, vixitque circa annum Chrisii 430, vel paulo infra. Sed Molani inconsiderantia ex his, quæ supra contra Villegam et Ribadeneyram attulimus, plane refellitur. Idque ut magis pateat, noto ex Vitis sanctorum, quæ hodie partim studiosorum manibus teruntur, nullum certum desumi posse de ætate Metaphrastæ argumentum, tum enim vel plures Metaphrastas, [42] vel ipsum Metaphrastem omnibus sæculis vixisse, scripsisseque asserere cogeremur, ut vidimus. Confirmoque exemplo. Sancti Sabæ Vita edita apud Surium, Symeoni Metaphrastæ vindicatur. Id si verum fuerit, jam aliam quoque ipsius Metaphrastæ ætatem sub Justiniano tenemus, cum scriptor illius Vitæ iisdem cum Saba temporibus vixisse sese asserat. Vin alterum? Audi. Vita sancti Autonomi martyris apud Surium et alios, Meta-

phrastem auctorem agnoscit : id si verum esset, aliam quoque ætatem Metaphrastæ haberemus. Narrat is auctor a martyrio dicti Autonomi ad sua usque tempora ducentis annis prætergressis, cadaver illius licet in sepulchro positum, integrum incorruptumque perdurasse. En verba : Ἐγὼ δὲ νικῶντα τὸν ἀθλητὴν ὁρῶν τὴν φύσιν καὶ μετὰ θάνατον, πρὸς ἐξολογίαν Θεοῦ διανίσταμαι, ἐπιβαλὼν γάρ ποτε τὰς ὄψεις τῷ τάφῳ τοῦ μάρτυρος, τὸ ἱερὸν σκήνος ἐθεασάμην, καὶ ἀήττητον ὑπό γε τῆς ἰσχύος τοῦ θανάτου μεμενηκὸς κατενόησα. Ὁ γὰρ πᾶσαν τοῦ ζώου τὴν σύμπηξιν τριημέρῳ διαστήματι λύειν αὐχῶν, ἔτεσιν ἤδη διακοσίοις τρίχα του γενείου διαφθεῖραι οὐκ ἴσχυσεν, ἀλλ' ἥ τε κόμη τῆς κεφαλῆς ἁψιλὴς καὶ ἀλύμαντος, ὅτε τῆς μορφῆς χαρακτὴρ συνέστηκώς τε καὶ ἀλιώδητος τῇ τε δυρᾷ εὐτονίᾳ, μηδὲ τὰς ὑπήνης τρίχας ἀποβαλών, ἀνέφγε δὲ αὐτῷ καὶ ὁ τῶν ὀμμάτων κύκλος, δι' ὧν ἐμοὶ δοκεῖ καὶ θεώμενος, αἴδοῖ τοῦ νόμου τῆς τελευτῆς, τὴν σιωπὴν προστιμᾷν, ἔστηκε δὲ καὶ ὁ πᾶς τοῦ σώματος τύπος τὴν ἰδίαν συντηρῶν ἁρμονίαν καὶ οὔτε τῆς κεφαλῆς οὐδ' ὅλως ἀποῤῥᾳγείς, οὔτε τῶν λοιπῶν μορίων τὴν διάστασιν ὑπομείνας. Οὕτω γὰρ ὁ μεγαλόδωρος Κύριος δοξάζειν οἶδε τοὺς οἰκείοις αὐτῶν μέλεσι δοξασαι προελομένους. *Ego autem videns athletam etiam post mortem vincentem naturam, exsurgo ad Deum glorificandum: injiciens enim aliquando oculos in sepulcrum martyris aspexi sacras ejus reliquias, quæ invictæ manserant o mortis viribus. Quæ universum animalis compositionem, se trium dierum spatio gloriatur dissoluturam, jam ducentis annis non valuit* præclari illius viri vel vel pilum corrumpere; *sed et coma capitis est densa, et illæsa, et formæ character consistit integer, pelle firma et intensa, ne amissis quidem pilis labri superioris. Est autem ei orbis quoque apertus oculorum, per quos intuenti mihi videbatur quod legem tantum mortis ipse reveritus, silentium simularet. Stat autem universa quoque figura ejus corporis suam conservans compagem, et nec ejus capitis ruptum est aliquid, nec reliquarum partium facta est ulla a se invicem disjunctio. Sic enim munificus Dominus scit vicissim glorificare eos, qui suis membris voluerunt eum glorificare.*

Autonomus martyrium subiit sub Diocletiano circa ann. Dom. 303, adde intacti a putredine corporis annos 200, erit Christ 503, quo scriptor Vitæ vivebat. Sed hic fuerit Anastasii imperatoris decimus tertius, ergo tum quoque vivebat scribebatque Metaphrastes. Rem plane ridiculam. Quare Vitæ editæ, vel edendæ accurate considerandæ sunt, tum demum Metaphrastæ asserendæ Discipuli enim omnes sive monachi, sive alia quoque ecclesiastica dignitate præcellentes Metaphrastem abdicant : cum ille sæcularibus negotiis [43] addictus, quamvis pietate et sanctitate insignis in sæculo vitam egerit. Illud quoque animo reputandum est, Vitas, quas Metaphrastes concinnavit, plerasque ab aliis antea fuisse descriptas, cum tamen illi nec stylus satisfaceret, nec Historiæ series veritatem rei ab aliis auctorib. edoctum, mutato stylo, et forma dicendi in meliorem prospectum dedisse : non ita tamen, ut antiquiores obliterarentur.

Quis enim tot voluminum struem sibi comparasset, et ex illis Vitas dempsisset ? Sic factum est, ut utrisque permanentibus, non tantum recens scripta a Symeone, sed antiquior etiam, cum dicitur vitam illam a Symeone descriptam fuisse, Metaphrastæ ipsi assereretur. Hinc plures Metaphrastæ ætates, et plura in eum a parum prudentibus congeruntur, cum aliorum vita, et falsæ narrationes Metaphrastæ a talibus criminibus vacuo integroque referant. Sit exempli causa : Scripsit Symeon Vitam sancti Eustachii, et filiorum ; ante eumdem Metaphrastem ab aliis concinnata, et si non ita elegante in Ecclesia legebatur. Laudatur a Joanne Damasceno et aliis. Eam si quis Metaphrastæ tribueret, jam alia ætas ante ipsum Damascenum Metaphraste assurgeret, vitiaque similium scriptorum in Metaphrastem refunderentur, quod absonum indignumque tanto viro fuerit. Ita etiam de sanctæ Eupraxiæ, Danielis abbatis, Joannis Chrysostom. Euphemiæ martyris, Procopii martyris, Anastasii Persæ, Amphilochii Iconiensis episcopi, aliorumque ne singulos recenseam, vitis censendum est, Quas ubi primum genuinas Metaphrastæ a spuriis distinxeri-, tum demum de ætate Symeonis, ejusque integritate, et in enarranda Historia veritate judicium feres; alias sententiam differas, et a criminationibus abstineas, ne in immerentem nullam ob causam injurius audias Risum mihi sæpe movere ii, qui quidquid habuerint de Vita sanctorum sine auctoris nomine, id totum sine alio examine stulte nimis atque impudenter Metaphrastæ dedunt.

Id si considerasset doctissimus Bellarminus de Scriptoribus, in eo obtrectando non ita profusus fuisset. *Illud autem observandam a Metaphraste scriptas fuisse Historias de Vitis Sanctorum multis additis ex proprio ingenio, non ut res geste fuerant, sed ut geri potuerunt: addit enim Metaphrastes multa colloquia, sive dialogos martyrum cum persecutoribus, aliquas etiam conversiones adstantium paganorum in tanto numero, ut incredibiles videantur. Denique miracula plurima, et maxima in eversione templorum et idolorum, quorum nulla est mentio apud veteres historicos.* Multa addidisse de suo Metaphrastem. Hoc vero probandum est. Sed quis ille lynceus fuerit ? quis in obscurissimis antiquitatis tenebris videns, addita a vere gestis secernet? Etiamsi ipsa Acta martyrum autographa, et vitæ ipsæ ab iisdemmet, quorum Vita enarratur historiam haberemus, difficili tum etiam examine id possemus consequi: neque enim omnia in illis recensita sunt, nihilque neglectum ita ut ab alio addi non potuerit. Et quare potius [44] non multa ipse omiserit, quæ minus probaret, quam addiderit? Narrat præterea res gestas, *non ut res gestæ fuerunt, sed ut geri potuerunt.* Unde id habet Bellarminus ? Habuisse ipse rectum actorum ordinem, et

ut res gesta est ab alio conscriptam, et publicatam, unde immutationis hujusmodi Metaphrastem arguerit? Prodat in lucem. Alias illi ex ingenio et suspicione quadam sua asserenti non credemus. Suspicetur ille quidquid velit, acumine ingenii, quo pollet, edicet. Res cum in facto consistat, nisi rem ipse, uti gesta est, in medium proferat, rem aliter, et uti geri potuerit, narrari a Metaphraste non dicemus. *Addit colloquia et dialogos martyrum cum persecutoribus* Quid si illa habuit ipse ex aliis manuscriptis et libris authenticis, qui modo vel negligentia hominum, vel rusticitate illa sua, vel vetustate obsoleverint? Diligentia Græcorum imperatorum quorum maxima tum erat penes universum orbem auctoritas, in illis conquirendis non defuit. Maximi sumptus tum ex imperatorum ærario, tum ex propriis ipsius Metaphrastæ, cujus amplæ erant facultates, in hoc negotio decreti, effusissime suppeditati sunt: non defuere comitum, eorumque doctissimorum auxilia. Ea quoque tempestate plures manuscripti codices habebantur, quam hac nostra ætate, cum et Barbarorum incursionibus universa Græcia afflicta est, et simili codices nequissimorum hominum scelere variis modis deperditi: adde curiosorum hominum sollicitudine et studio, alio atque alio exportati.

Quis itaque jure negaverit, quæ Metaphrastes concinnavit in aliis codicibus, iisque fide dignis non perlegisse? Et potest tandem quilibet, dummodo rerum substantiam non immutarit, alio et alio modo rem efferre. Etenim si iisdem ipse formulis et luminibus, ac veteres illi, rem exscripsisset, Vitarum exscriptor, non auctor dici meruisset. Studium simile laudaverat in Vita Joannis Damasceni, Joannes patriarcha Hierosolymitanus: Εἰ οὖν τὴν ἐκείνου μορφὴν οὕτω τὸ λαμπρὸν ἐπισπεύδουσι, τί ἆρα δέον περὶ τὰς ἱστορίας τῶν πράξεων ἡμελημένους ἰᾷν τοὺς λόγους, καὶ ἀκαλλεῖς; Οὐμενοῦν. Τοῖς γὰρ ἀγροικοτέροις συγγνώμη, ὡς ἔχουσι, σχεδιάζουσι λόγους· τὰς πράξεις δ' ἱστοροῦντάς τῶν ἐναρεστησάντων Χριστῷ, οἷς ὁ λόγος τὸ σπουδαζόμενον γέγονεν, οὐ συγγνωστέον, βίους ἁγίων παρεωραμένοις, ἐσχεδιασμένοις, ὡς ἔτυχε, καὶ μᾶλλον ἀνδρῶν τοιούτων, οἷς πνοὴ καὶ ζωὴ τὸ λόγοις ἐπαγρυπνεῖν ἐχρημάτισεν. *Igitur si circa imaginum effigiaturas tantopere probatur id genus studii, dignumne fuerit, quod ipsorum bene præclareque gesta negligantur, et incultæ jaceant historiæ? Non profecto. Nam ut interim concedatur simplicioribus venia, qui, qua possunt opera tumultaria, divorum Acta conscribunt: diserti tamen, ingenioque pollentes, nequaquam dignandi sunt venia, si, quod faciunt, contemptui habent, Vitas sanctorum, præsertim si illorum spiritus ac vita invigilavit libris*, etc. Amplificaverit etiam, ut legentium animis satisfaceret, quod in aliis historicis laudatur, expetiturque ab omnibus, jure in Metaphraste non reprehendimus. At [45] res ipse sacras pertractavit, in quibus vel immutare, vel addere summa religio. Parcant mihi qui ista opponunt. Nesciunt quid inter fidem humanam divinamque intersit, quid inter historicum, et evangelistam, quid inter dogmata et consuetudines, quid inter res præcipuas et potissimas, quas vel levissima immutatione vulneraveris, et inter levissimas, et scribentis arbitrio obnoxias, quæ utcunque narratæ dum a veritate non receditur, nulli detrimentum adjungunt. Quis in referendis colloquiis verosimilia damnet? Operas et facultates collatas ab imperatoribus abunde expressit Psellus in oratione: Φασί γέ τοι μηδ' ἐκ παρέργου τοῦτον ἥφθαι τοῦ πράγματος, μηδὲ αὐτὸν προθέμενον εἰ μὴ ὅσον βούλεσθαι. Βασίλειον δὲ τοῦτον παρακλήσεις ἐπὶ τοῦτο προήνεγκαν, καὶ οἷς ἐρρωτίζετο λόγος καὶ σύνεσις. Καὶ ἦν αὐτῷ ἡ παρασκευὴ ἐξ ἑτοίμου, κύκλος τε οὐ βραχὺς τῶν τε πρώτως ἐνσημαινομένων τὴν λέξιν, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα τεθέντων· καὶ ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ· ὁ μὲν τὰ πρῶτα ποιῶν, ὁ δὲ τὰ δεύτερα, καὶ ἐπὶ τούτοις οἱ τὰ συγγεγραμμένα ἐξακριβούμενοι, ἵν' ὅτι τοὺς ὑπογραφέας λάθοι, πρὸς τὴν ὑποκειμένην διορθώσονται ἔννοιαν. Οὐ γὰρ ἐνῆν αὐτῷ διὰ τὸ πλῆθος τῶν συγγραμμάτων πολλάκις τὰ αὐτὰ ἀνακυκλεῖν τε καὶ ἐφορᾶν. Ἀλλ' εἰ καὶ πολὺς ὁ ζῆλος ὀνόματος καὶ ἡ φροντὶς περιττοτέρα τοῦ δέοντος, ἢ μᾶλλον πρὸς τοῦτο δὴ, ἀξιόχρεως· ἀλλ' ὅγε στάχυς ἐνεγκήκει μακρῷ τὴν σπορᾶν, καὶ τὸ λήϊον οἷον οὐδέπω καὶ τήμερον. Εἴτε καὶ μηδὲν ἄλλο τῷ ἀνδρὶ διεσπούδαστο, μηδ' ἀποχρῶντα τὰ νὰ ἄλλα σύμπαντα, καὶ καθ' ἕκαστον πρὸς ἀφορμὴν εὐφημίας ἀρκοῦν, ἀλλὰ τόγε τοιοῦτον ἐλέσθαι σπούδασμα, καὶ οὕτω καταπράξασθαί τε καὶ ἀκριβώσασθαι, αὐτάρκες ἀντὶ παντὸς ἄλλου πρὸς ἐγκώμιον τῷ ἀνδρί. *Porro autem dicunt eum non leviter et quasi aliud agentem hanc rem esse aggressum; neque ipsum id sibi proposuisse, ut faceret quantum vellet. Sed imperatoris adhortationes eum ad hoc adduxere, et ii, quibus curæ erat doctrina et intelligentia, et promptus ei fuit apparatus, et non parvus orbis eorum, qui primo dictionem notis excipiebant, et eorum, qui postea transcribebant: et alius post alium, ille quidem prima faciebat, hic vero secunda exscribebat. Et post hos alii qui quæ scripta fuerant, pulchre intelligebant, ut quod scriptores latuerat, ad propositam corrigerent sententiam. Nam* [46] *propter scriptorum multitudinem non licebat ei sæpe eadem revolvere et intueri. Sed etsi fuerit multus labor, et major quam par esset sollicitudo, imo vero digna, quæ in hoc adhiberetur; sementem tamen longe vicit spica et seges, qualis nondum fuit usque in hodiernam diem. Quocirca etiam, si nihil aliud a viro illo fuisset elaboratum, et non alia omnia, quæ vel singula sufficiunt ad laudem conciliandam, opus tamen tale suscepisse et id tam præclare effectum reddidisse, viro pro quovis ad laudem sufficeret.*

Aliquas etiam conversiones astantium paganorum in tanto numero: miracula plurima, et maxima in eversione templorum et idolorum, quorum nulla est mentio apud veteres historicos. Nullam esse mentionem apud veteres historicos, nemo vere, neque ingenue dixerit, nisi qui omnia antiquorum monu-

menta, etiam quæ alicubi latent vel disperdita [46] sunt, legerit: quæ legisse Bellarminum, nec ipse Bellarminus dicet. Sic Savilius accusavit falsitatis multas miraculorum narrationes in Georgio Alexandrino, qui Vitam Chrysostomi scripserat, qui antiquiores, ut Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Palladius eas non narrant. Quasi vero res ecclesiasticas alii non scripserint; licet scribatur ab aliis, falsum, ac suspectum sit. Nugæ. Multa etiam ex traditione habentur, quæ in libris scriptis non exstant. Nilus Chrisostomi discipulus in epistolis scribit. Chrysostomum, Τοῖς γνησίοις τῶν πνευματικῶν φίλων κατ' ἰδίαν διηγήσατο. *Legitimis spiritualibus amicis privatim narravit.* Et epistola ad Anastasium narrat visiones angelorum, qui celebranti Chrysostomo assistebant. Sic etiam Proclus narravit, vel etiam scripsit, licet non exstet, visionem sancti Pauli dictantis Chrysostomo interpretationem epistolarum. Male itaque concluditur: Non legitur apud veteres historicos, ergo non fuit. Miracula sane, quæ narrat Metaphrastes, *maxima sunt.* Non abnuo. Id illi in animo fuit, res magnas, admirandas, insuetasque in scriptis referre. Parum illi curæ fuit minutiora recensere, quæ etiam ipse data opera prætermisit. Conversiones paganorum tam spissæ et in tanto numero incredibiles sunt. Incredibiles iis, qui æternitatem et tempus, summum bonum, et sua commoda: vitam beatam, ac ventrem: vires divinas, et humanas pede suo, et modulo, non rei natura metiuntur. Gregorius Nyssenus in Vita sanctæ Macrinæ: Οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὰ ἑαυτῶν μέτρα τὸ πιστὸν ἐν τοῖς λεγομένοις κρίνουσι. Τὸ δὲ ὑπεροπτικὸν τὴν τοῦ ἀκούοντος δύναμιν, ὡς ἔξω τῆς ἀληθείας τοῖς τοῦ ψεύδους ὑπονοίαις ὑβρίζουσι. Διὸ παρίημι τὴν ἄπιστον ἐκείνην ἐν τῷ λιμῷ γεωργίαν, πῶς ἐκβαλλόμενος ὁ πρὸς τὴν χρείαν σῖτος, οὐδεμίαν αἴσθησιν ἐποίει τῆς ὑφαιρέσεως· ἐν τῷ ὁμοίῳ διαμένων ὄγκῳ, καὶ πρὶν διαδοθῆ ταῖς τῶν αἰτούντων χρείαις, καὶ μετὰ τοῦτο· καὶ ἄλλα τούτων παραδοξότερα, παθῶν ἰάσεις, καὶ δαιμονώντων καθάρσεις, καὶ ἀψευδεῖς προρρήσεις τῶν ἐκβησομένων. Ἅπαντα τοῖς μὲν δι' ἀκριβείας ἐγνωκόσιν, ἀληθῆ εἶναι πιστεύεται, κἂν ὑπὲρ πίστιν ᾖ. Ἐπὶ δὲ τῶν σαρκωδεστέρων, ἔξω τοῦ ἐνδεχομένου νομίζεται· οἳ οὐκ ἴσασιν, ὅτι κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, καὶ ἡ τῶν χαρισμάτων διανομὴ παραγίνεται· μικρὰ μὲν ὀλιγοπίστοις, μεγάλη δὲ τοῖς πολλὴν ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς τὴν εὐρυχωρίαν τῆς πίστεως. *Plerique pro eo, quantum ipsi possunt efficere, credunt ea, quæ dicuntur, quæ vero audientis superant vires, tanquam a veritate remota mendacii suspicionibus insectantur. Proinde mirandam illam in penuria, et fame agriculturam prætermitto. Quomodo in pauperum usus projectum frumentum, nec dum distribueretur, nec post imminutum sit, sed eadem mensura numeroque permanserit: aliaque his longe magis admiranda, morborum curationes, expulsiones dæmonum, et veras futurorum prædictiones: quæ quidem omnia iis, qui diligenter explorarunt, vera esse constat, licet fidem superare videantur, nec fieri potuisse judicentur ab iis, qui carni magis addicti sunt; qui nesciunt proportione fidei, munerum fieri distributionem, et parva quidem dari habentibus parvam fidem, magna autem illis qui ingenti fide præditi sunt.*

Auctor vitæ sancti [47] Niconis, qui a pœnitentia sibi cognomentum habuit: Πεφύκασι γάρ πως οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὴν οἰκείαν ἀφορῶντες ἀσθένειαν, τὰ παράδοξα πολλάκις τῶν πραγμάτων, καὶ ὑπὸ τῆς θείας χάριτος εἴς τις τιμὴν τῶν ἁγίων τερατουργούμενα, ἀδύνατα οἴεσθαι, καὶ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν ταῦτα ἢ παραδέχεσθαι. *Ita natura homines comparati sunt suæ infirmitatis limites non excedentes, ut res sæpius præter exspectationem, et in honorem sanctorum a Deo mirifice perpetratas, haud fieri potuisse existiment: neque ita facile illis fidem adhibeant, nec admittant.* Symeon ipse Metaphraste in Vita sancti Symeonis Stylitæ Senioris: Ἀλλὰ δέδοικα μὴ τοῖς μετὰ ταῦτα μῦθος εἶναι δόξῃ τῆς ἀληθείας γεγυμνωμένος. Φιλοῦσι γὰρ ἄνθρωποι τῇ φύσει μετρεῖν τὰ γινόμενα· εἰ δέ τις τῶν αὐτῆς ὅρων ἐπέκεινα λέγοιτο, ψευδὴς τοῖς τῶν θείων ἀμυήτοις ὁ λόγος νομίζεται. *Sed vereor, ne posteris hæc fabula videatur, a veritate aliena. Namque homines natura facta commensurare solent. Et si quid extra illius limites aliquid narraverit, mendax rerum divinarum inexpertis sermo judicatur.* Incredibiles nescientibus, quantum est in sanguine Christi virum, eamdem esse potestatem in Christo centum, et mille, et decem millia, et multo plures in fidem convertendi. Tot regna, tot provinciæ pusillo tempore Christi fidem professæ, tot martyrum myriades brevissimo tempore Deo consecratæ, tanti numeri conversorum paganorum fidem nec dubiam faciunt.

His quoque manifeste colligitur, quantum ineptiat Casaubonus, dum nullam ob causam in Metaphrastem accerrime desævit. Exercit. 6. *Metaphrastes scriptor cppido recens, et persæpe vanissimus, magnusque fabularum anilium consarcinator.* Tantumque ei tribuit, *quantum ei debet, qui diligentia quidem summa, sed indicio nullo in ea collectione sit versatus; neque aliter Baronius judicat, quoties intendit animum, quod utinam semper fecisset. Ne alia loca ejus proferam in quibus Metaphrastem, ut anilium sæpe fabularum hamaxarium severe castigat, in hac ipsa historia non constat ipse sibi,* etc. Modestiam tuam, et pudorem! Casaubone, si est. Verba ista tua tam magnifica habeto tibi ipsi: ne appingas Baronio scriptori modestissimo, et vere Christiano. Metaphrastæ dictum aliquando Baronius non approbavit, aliquando rejecit, ideone et vanissimum, et anilium fabularum consarcinatorem, et hamaxarium declaravit? Quid diceret de suis istis Exercitationibus Casaubonus, in quibus non persæpe, sed semper, et singulis paginis a doctissimis scriptoribus, non falsitatis tantum, et temeritatis, sed etiam malignitatis convincitur? Ut ergo minus animosi simus in Metaphrastem, prius et ante omnia, ut supra dixi, Vita sancti examinanda est, an sit legitima Metaphrastæ, ne aliorum male, inconsidera-

teque dicta in Metaphrastem refundantur. Nec meliu- sapit Franciscus Goduvinus de præsulibus Angliæ cap. 7. *De Symeone Metaphraste, si non sufficit dixisse, quod de Sozomeno Melchior Canus, Græcus is fuit, et hæc natio est, semperque fuit ad mentiendum promptula,* [48] *quam dignus sit fide judicet Baronius, cujus verba libenter usurpaverim de eo hac in causa laturus sententiam: sic enim ille: Sicut in aliis multis ibi a se positis errare Metaphrastem certum est, ita et in his hallucinatum esse constat. Ac jure profecto tum demum poterat mendacissimi nebulonis stigmata inurere, quem ter, si non quater mendaci, ac falsitatis tum nuperrime arguisse deprehendet, quisquis paucula folia locum illum præcedentia evolverit.* Belle equidem. Metaphrastes Græcus est : Græci sunt prompti ad mentiendum. Ergo nulla fides Metaphrastæ adhibenda. Sequere, omnes Historici ecclesiastici antiquiores Græci sunt ; ergo dicta eorum sunt rejicienda. Si quia Græci, ideo fide carent, quanam ratione suadebimur dictis tot sanctissimorum Patrum, tot conciliorum decretis? Goduvinus respondebit, omnino omnes ad unum, et eorum dicta omnia negligenda, quia Græcorum scilicet : ne tamen vera, quia non probantur, nec sunt e cerebro recentiorum hæreticorum. An mentiti sunt unquam Angli, et reliquæ nationes occidentales, ut nempe tanquam nunquam mentitorum fidei credamus? Male equidem cum historia tum profana, tum ecclesiastica ageretur, si fidem eorum penitus vellamus, qui aliquando ab aliis scriptoribus mendacii, aut falsitatis redarguuntur. Cum enim homines sunt, possunt in aliquibus falli, et ita humana conditione poscente sæpissime falluntur, non ita tamen, ut multo sæpius vera non nuntient, et ita sint ut ipsi dicunt, et narrant.

Baronius in Annalibus ante annum 859, Metaphrastem vixisse colligit ex ætate Michaelis Pselli, qui eo anno vivebat, et orationem in illum habuerat, qua asserit de ejus obitu audisse eos, qui viderant, felicem ipsius ad Deum transitum. Quare circa annum minimum octingentesimum Metaphrastem floruisse necesse est, qui anno 859, jampridem defunctus laudatur. Baronium secuti sunt plures alii, quos hic commemorare necesse non est: sententiæ fundamentum nullum aliud erit, quam Psellus ipse Grationis auctor: nam idem ipse in ejusdem Metaphrastæ venerationem, ac cultum officium in Ecclesia concinendum composuit. Is in canonis ode 5, refert illum consilio atque monitu Parii anachoretæ munus aggressum scribendi, primum omnium colloquium illud scripsisse, et Theoctistæ Vitam graphice admodum celebrasse : Τὸ πρῶτόν σου σύγγραμμα ἐκ προνοίας θείας, καὶ ὁμιλίας γέγονε τοῦ ἱεροῦ πρεσβύτου καὶ μοναστοῦ, Συμεὼν θεσπέσιε, ὃν ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ τεθεώρηκας. Et, Ἀξίως ἐξύμνησας τῆς Λεσβίας τὰ λαμπρὰ καὶ θεῖα ἀγωνίσματα, Θεοκτίστης τῆς ὄντως ἀγγελικὸν μικροῦ καὶ ἀσώματον τελεσάσης πανσόφως τὸ πολίτευμα. *Prima tua commentatio ex divina providentia, et colloquia facta est sacri senis et anachoretæ, Symeon admirabilis, quem in Paro insula compexisti.* Et, *pro dignitate laudasti Lesbiæ illustria, et divina certamina, vere Theoctistæ, a Deo fabricatæ, quæ angelicam, et tantum non incorpoream absolvit sapienter vitæ rationem.* Cum itaque certum sit, vitam hanc Theoctistæ, quæ[49] præ manibus omnium est, scriptam fuisse a Metaphraste, in eaque agatur de ætate auctoris, certum quoque remanet tempus Symeonis Metaphrastæ. Quæcunque enim de se auctor, vel de Himerio contra Arabes Cretam misso, narrat, ea evenere tempore Leonis imperatoris Basilii Macedonis filii, et Constantini Porphyrogennetæ patris, qui ob doctrinam, et reliquas alias disciplinas, quibus inclaruit, sapientis sibi cognomentum accepit. Addesis Cedrenum, Zonaram, Curopalatem, reliquosque Ecclesiæ Græcæ scriptores. His Diatriba mea de Psellis conclusi Symeonem Metaphrastem Virarum scriptorem sub Leone floruisse, muneribus ac dignitatibus auctum : sub eodem scriptionem exorsum esse, et sub Constantino Leonis filio, et nepote Romano, ætate etiam provectiore, assiduis laboribus absolvisse.

Hæc doctissimus Bollandus non usquequaque probavit. *Non erat tum admodum natu provectus Metaphrastes, ut qui imperatoriæ virtutis tyrocinium ponere sub veterano duce juberetur. Fuerit tunc 20 aut 22 annorum : potuit igitur annum Christi 957 aut 960 vitam deinde producere, atque ita sub Constantino Porphyrogenito Leonis filio tum Theoctistes eam Vitam, tum alia divorum acta eum elucubrasse certum videtur, non ut Allatius scribit, sub Leone et Constantino. Non in hac Vita Leonem diserte* τὸν μακαρίτην, *felicis memoriæ appellat, qua ratione loqui de mortuis solemus. Si ea prima ejus Commentatio fuit, nihil igitur sub Leone scripsit, quod quidem ediderit in lucem. Neque Alexandro rerum potiente, ita laudare Himerium ausus esset. Principis publicus res tractare sub Leone cœpit.* Alii etiam addunt, *valde adolescentulum in Cretam profectum fuisse.* Pendamus rem suo pondere. Idque ut accuratius succedat, verba Symeonis recitemus ex Vita sanctæ Theoctistes. Γενομένῳ μοί ποτε κατὰ τὴν Πάρον. Γέγονε δέ, Καὶ γὰρ ἐπὶ Κρήτην διέπλεον ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Λέοντος ἐκεῖσε πεμφθείς, Λέοντος, φημὶ, τοῦ εὐνύχους ὄντως βασιλέως, καὶ τὴν εὐτυχίαν Ῥωμαίων τῷ τάφῳ ἀναθάψαντος. Ἐπεμπόμην δὲ συστρατευόμενος Ἡμερίῳ τῷ πάνυ, τῷ στρατηγικωτάτῳ δηλαδὴ καὶ ἄρχοντι τοῦ τε δρόμου, καὶ τοῦ στόλου παντὸς, ἢ τόγε ἀληθέστερον ποιησάμενος, καὶ μικρὰ τούτου μνησθεὶς ἀτιμάσω τὸν ἄνδρα ἐπὶ τὴν παροῦσαν τέως ὑπόθεσιν εἶμι, ἐκείνου κατὰ καιρὸν μνησθησόμενος. Ἐστελλόμην τοιγαροῦν τοῦτο μὲν ἐκείνῳ συστρατευόμενος, καὶ προβιβαζόμενος εἰς πεῖραν στρατικὴν, οἷα πῶλος μητρὶ πρὸς τὰ γενναιότατα τῶν στρατηγημάτων συσκαίρων. Οὕτω γὰρ ἦν ὁ τοῦ μακαρίτου μου Βασιλέως σκοπός· τοῦτο δὲ πρεσβευόμενος πρὸς τοὺς τὴν Κρήτην ἔχοντας Ἄραβας. *Cum aliquando in Paro essem in-*

sula : fui autem, nam in Cretam navigabam a Leone beatæ memoriæ eo missus, Leone, in quam illo vere fortunato imperatore, qui ipsam Romanorum felicitatem secum videtur in sepulcrum intulisse. Mittebar autem una militans cum clarissimo illo Himerio, utpote ducendi exercitus peritissimo, Dromi præfecto, qui et universæ classi imperabat, aut, ut verius dicam, ipsis animi perturbationibus; sed ne multis efferendam laudibus illius peritiam belli [50] *administrandi obiter attingens, levi ejus facta mentione, dedecus ei potius videar inussisse, ad propositam interea narrationem redeo, de eo opportunius dicturus alias. Mittebar igitur partim cum eo militans, et ad imperatoriæ artis documentum aliquod promovendus, ut equulus matri, ad præclara ejus stratagemata assiliens: id enim præcipue Augustus spectabat: partim ut ad Arabas Cretam obtinentes legatione fungerer.*

Planum est, dum hæc componeret Metaphrastes Leonem imperatorem vita defunctum fuisse, non ex verbulo tantum, Τοῦ μακαρίτου, sed quod id apertissimis verbis enuntietur, Λέοντος, φημὶ, τοῦ εὐτυχοῦς ὄντως βασιλέως, καὶ τὴν εὐτυχίαν Ῥωμαίων τῷ τάφῳ ἀναθάψαντος. *Leone, inquam, illo vere fortunato imperatore, qui ipsam Romanorum felicitatem secum videtur in sepulcrum intulisse.* Risi sæpius, ut hoc quoque hic obiter, etsi non extra materiam observem, ridiculam Genebardi in Chronico anno ante Christum 263 interpretationem, qui vertens illa Suidæ de Symeone Metaphraste, Ἐν τῇ τοῦ μακαρίτου Λογοθέτου μεταφσει τῇ εἰς τό μαρτύριον τοῦ ἁγίου Λουκιανοῦ, ita enuntiavit. *Nobis assentitur Macaritus Logothetes in lib. Metaphrasis, his verbis :* cum debuisset, *nobis assentitur beatus Logotheta*, Metaphrastes scilicet, *in Metaphrasi*, hoc est, in Vita et Martyrio *sancti Luciani*. Ne novum hunc auctorem Macaritum Logothetam, per imprudentiam conflictum in antiquitate quærere insulse cogamur. Tum erat *valde adolescentulus*, vel, *non erat admodum natu provectus : fuerit tunc viginti, aut viginti duorum annorum.* Hoc vero non probatur. Quinimo si res, de qua agit, attentius consideretur, multo videtur natu grandior, et mediam hominis ætatem decurrens. Ait de se in eadem Vita : Ἐγὼ δὲ περιεργότερος ὤν, καὶ συνιέναι δεινὸς ἦθος. *Ego cum essem curiosior, et satis solers, ac sagax mores hominum percipiendi.* At solertiam sagacitatemque consimilem, et longo experimento, et ætate provecta consequimur. Et quidem in deridiculo esset, si quis in juvenili ætate similia profiteretur. Quis præterea adolescentem cum tanto duce simul militantem? Quis imberbem oratorem ad Reges, et potissimum Barbarum miserit, qui veneranda, barbataque, ut ita dicam, forma, in qua credunt sapientiam, prudentiam, fidemque inesse magis flectuntur, quam imberbi ac depile facie, cujus in peragendis negotiis nullam rationem habent. Et Metaphrastes tum mittebatur, Cretam ad Arabes legati munus obiens : Τοῦτο δὲ πρεσβευόμενος πρὸς τοὺ ῥὴν Κρήτην ἔχοντας Ἄραβας. *Partim ad Arabas Cretam obtinentes legatione fungerer.* Ne hic referam, quæ Plato lib. XII De legibus statuit, majores annis quinquaginta ad publicum munus peregre mitti : ideoque πρέσβεις dici, *senes, natu grandiores, ætate provecta.* Et quod Plinius scripserat ad Trajanum. *Cautum est, domine, ne quis capiat magistratum, neve sit in senatu minor annorum triginta.* Ante enim illam ætatem homines neque [51] rerum gerendarum usu, neque auctoritate apud eos, quibus persuadere conantur, excellunt : imo dolis etiam haud difficulter capiuntur, quod de illis enuntiarat Arist. lib. II Rhetoricorum.

Addo verba Synesii de Regno ad Arcadium : Ἰσχυρὸν γὰρ ἡ νεόρης ἐφ' ἑκάτερα ῥοπῇ, ὥσπερ οἱ ποταμοὶ ταῖς δοθείσαις ὁδῶν ἀφορμαῖς ἀπληστότερον ἐπεξέρχονται. *Vehemens est impetus inventæ in utramque partem, non aliter ac amnes, qua via data est, eruptionibus illuc excurrunt avidius.* Lubrica est moribus ætas. Imo si verum est, quod nos conjectura non levi ducti asseruimus; neque eam improbavit Bollandus, Symeonem a secretis sub hoc Leone, qui aurum a Rodophyllo relictum Leoni Tripolitæ infami apostatæ obtulerat, ut eum ab excidio Thessalonicensi averteret, ideoque dignitatibus auctum ab imperatore, non alium fuisse, quam Symeonem hunc Metaphrastem, jam habemus certissime, Symeonem eo tempore, quo Cretam adnavigabat ætate plenum fuisse, tantum abest, ut valde adolescentulus esset, et infra viginti tres annos ætatem numeraret. Expeditio enim Himerii ponitur anno Christi 902. Leonis imperii anno decimo septimo, Rodophylli, et Symeonis cum Tripolita Leone pacta anno Christi 904, a Joanne Caminiata illius ævi scriptore, et qui rebus aderat, recensentur libro de excidio Thessalonicensi, in quo Symeonem hunc ætate provectum vocat, Ἄνδρα φρονήσει βεβηκότα, et διὰ πείρας ὄντα πολλῶν πραγμάτων. *Virum prudentia provectum, et multarum rerum experientia munitum pectus gerentem.* An duorum annorum intervallum tantum hominem, et prudentiæ, et ætatis in alio atque alio statu collocaverit, et tantam rerum experientiam accreverit, ut adolescentes in viros immutet, et minus prudentes ad prudentiæ ultimos limites ponat? Quoniam vero legatio ista Rodophylli, et Symeonis non ita obvia est, et jejune admodum a Cedreno narratur, erit operæ pretium, si a Joanne Caminiata, auctore non ita noto audiatur : Ἦν δέ τις μετά τοῦ λοιποῦ πλήθους τῶν αἰχμαλώτων συλληφθεὶς εὐνοῦχος τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ἐξόχων εἷς Ῥοδοφύλλης οὕτω καλούμενος, ὃς ἔτυχε πρὸ μικροῦ τοῦ κινδύνου τὴν ἐπὶ δύσιν σταλείς· καί τινων χρειῶν ἕνεκεν πρὸς τῇ πόλει γενόμενος μεθ' ἡμῶν συγκλεισθῆναι, καὶ τῶν ῥηθέντων ἀνιαρῶν μετασχεῖν. Ὃς καὶ ἐκόμιζε μεθ' ἑαυτοῦ πλῆθος χρυσίου, ὅπερ ἔλεγεν ἀπάγειν ἐπικούρίας τινός χάριν τοῦ κατὰ Σικελίαν στρατοῦ συμπλεκομένου τοῖς κατὰ τὴν Ἀφρικὴν Βαρβάροις ἀεὶ, καὶ πολλῆς δεομένου τῆς ἐν τοῖς πράγμασι συνεργείας, Οὗτος οὐκ κατὰ τὴν

νύκτα, μεθ' ἣν τοῦ κινδύνου τὴν πεῖραν ἅπαντες ἐδεξάμεθα, ἔλαθεν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐξενεγκεῖν τῆς πόλεως τὸ χρυσίον ἐκεῖνο, μετὰ καὶ τινων τῶν ὑπηρστουμένων αὐτῷ, καὶ πρὸς τὸν στρατηγὸν Στρυμμόνος ἐξαποστεῖλαι, χαράξας ἐπιστολὴν περιέχουσαν ἀσφαλῶς φυλάττειν τοῦτο μέχρι τῆς ἐκβάσεως τοῦ πολέμου. Χειρωθεὶς οὖν οὗτος ἦχθη κατὰ πρόσωπου τοῦ τυράννου· ὁ δὲ τὴν μορφὴν ἀλλοιώσας ἐμβριθέστερόν τε μᾶλλον ἢ πρότερον εἶχε πρὸς αὐτὸν χρησάμενος, ἀνηρώτα. Ποῦ δή, φησὶ, τὸ τοῦ βασιλέως χρυσίον, τὰ δύο τάλαντα, ἅπερ ἐπὶ Σικελίαν ἄγειν ἐτάχθης ; Ὁ δὲ, Τοῦτο δή, φησὶν, εἰς ὅπερ κατείλημμαι. δεδιὼς, τὴν πολιορκίαν λέγω τῆς πόλεως, ἐπείπερ αὐτὸς [52] ἐγὼ δευρο τυχὼν, ἀδυνάτως εἶχον τοσούτου κινδύνου παρόντος ὑποχωρεῖν, καὶ μὴ τὰ παρ' ἑαυτοῦ δεικνύναι, πάντων εἰς ἐμὲ βλεπόντων ὡν ἄν τι χρηστὸν τοῖς, καὶ τῷ καιρῷ τούτῳ χρήσιμον, δυνάμενος παρασχεῖν, τούτου δὴ χάριν τὸ μὲν χρυσίον ἐκεῖνο τῆς πόδεως ὑπεξήγαγον· οὐ γὰρ ἐδυνάμην ἀκριβῶς περὶ ἀδήλων στοχάζεσθαι. Ἐγὼ δὲ σοι παρέστηκα τήμερον δορυάλωτος, πολλῶν ἄλλων χρημάτων παραίτιος, εἴ γε ζῶντά με καὶ ἀβλαβῆ συντηρήσειας. Ἀχθεσθεὶς οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ ἀλαζὼν ἐκεῖνος, καὶ τὸν θυμὸν ὁποίως αὐτὸν εἶχε διά τε τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τῆς φωνῆς ἔκδηλον παραστήσας, βύθιον ἐξεβόησεν. Ἐπειδήπερ, φησὶν, οὐκ ἔμαχεν ἐκ τῶν προκειμένων ἀδιάδραστον εἶναι τὴν τοῦ θανατου ψῆφον, τοῖς μὴ τὰ οἰκεῖα χρήματα λύτρον παρεχομένος ὁ τῆς γυναικωνίτιδος οὗτος, ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς ἐπίδειξιν ποιεῖται τὸ πλάσμα τοῦ ψεύδους, μέγα καὶ θαυμαστὸν, οἷα κατὰ τῆς ἑαυτοῦ προβαλλόμενος σωτηρίας, ῥάδδοις τυπτέσθω τά τε ἰσχία, καὶ τὰ κατὰ τὸν νῶτον μέρη· ὡς ἂν ἄρτι γνῷ πρῶτον τίνι παρίσταται, καὶ περὶ τίνων διαλέγεται, καὶ μὴ χρημάτων ἀλλοτρίων ἀμφισβητῶν τὸν περὶ ψυχῆς ἑαυτῷ περιποιεῖται κίνδυνον. Οἱ λειτουργοὶ οὖν τῶν ἀδίκων φόνων, ὡς μόνον εἶδον αὐτὸν μεθ' ὑποσυρμοῦ φονῆς καὶ μανίας τὴν τοιαύτην ψῆφον κατὰ τοῦ ἐστῶτος ἐξενεγκάμενον, θᾶττον λόγου παντὸς τῇ γῇ τουτον προσέῤῥαξαν, καὶ τοσαύταις βάλλουσι πληγαῖς, ὡς μὴ ἐπὶ πολὺ ἀντισχεῖν τοῦ ἀθλίου τὸ σῶμα, ἀλλ' εἰς πολλὰ διαιρεθὲν, καὶ τοῖς ὀχετοῖς τῶν αἱμάτων τὸν ὑποκείμενον τόπον πληρῶσαν, οὕτως τὴν ψυχὴν ἐπαφεῖναι, καρτερεῖν ταῖς δριμείαις ἐκείναις ἀγλιδόσιν οὐκ ἐξισχύσασαν. Ὡς οὖν ἀπείρηκε καὶ ὅλος ἦν τοῖς ὠμοῖς ἐκείνοις δορυφόροις ἔτι τὰς πληγὰς ἀφιεῖσι, καὶ μετὰ θάνατον, μόλις ποτὲ τῆς κατεχούσης ἑαυτὸν ὀργῆς περιάρας ὁ δυσέντευκτος θήρ. Ἔστω, φησὶ, μετὰ τοῦ χρυσίου ἐκείνου καὶ οὗτος εἰς ἀπώλειαν· ἀλυσιτελὲς γὰρ, ὡς ἔοικε, καὶ εὑρεθὲν ἂν διεδείκνυτο. ***Cum reliqua captivorum multitudine captus quoque fuerat quidam imperatoris eunuchus, unus ex primatibus, cui Rodophyllo nomen fuit, qui paulo ante periculum in Occidentem missus ob nonnullas causas admodum necessarias Urbem appellens, cum nobis inclusas, noxæ, quam memoravimus, particeps fit. Ducebat ille secum magnam auri vim, quod ille asserverabat in Siculi exercitus, continuo cum Barbaris Africanis congredientis, mul-***

A *tique ope propterea indigentis, auxilium deferre. Hic itaque nocte, quæ præcesserat discrimen, quod omnes experti sumus, clanculum nescio qua ratione, tum aurum illud, tum servos suos nonnullos urbe extulerat, et ad Strymmonis ducem miserat, datis litteris, ut illud ad finem usque belli expetitam securitatem haberet. Captus igitur Rhodophyllus ad tyrannum conducitur. Ille aspectu mutato, et vehementiorem quam antea naturam induens efflagitabat : Ubi sunt imperatorii auri talenda duo, quæ tibi commissa fuere, ut in Siciliam adveheres? Rodophyllus : Meum hunc casum, quem perfero, patiorque suspicians, cernensque urbis obsidionem; quando ipse huc fortuito delatus non possem ab imminente tam diro periculo evadere, secedereque, et mea*

B *qualiacunque illa forent, conferre, omnibus in me oculos vertentibus, tanquam proficuum sibi, et tempori peropportunum, aurum illud clam urbe eduxi; neque enim poteram de dubiis certo aliquid conjectari. At ipse nunc adsum tibi captivus ingentium aliarum pecuniarum summam exibiturus,* [53] *si vivum atque innoxium servaveris. Hisce superbus ille commotus, et ægre ferens, et furorem, qui illum obsederat, et oculis, et voce explicans, imis ex præcordiis intonuit. Cum ex præsentibus haud didiserit calculum mortis evitari ab iis non posse, qui proprias pecunias pro sua redemtione non exhibent, hic, qui e Gynæceio est, imo veluti in scena mendacium explicat, ingens illud quidem, et admirandum, salutem contemnens, coxas et scapulas fustibus contundatur; ut nunc tandem*

C *agnoscat, cui astat, et de quibus loquitur, et ne de alienis pecuniis ipse disputans, proprium vitæ discrimen subeat. Cædium itaque iniquarum administri, ut viderunt eum extensa voce, et rabie effusa in præsentem sibi similem sententiam ferentem verbo quolibet citius, hominem in terram allidunt, totque eum verberibus mactant, ut corpus miseri non diu restiterit, sed partes in plurimas dilaceratum, sanguinis veluti ductibus subjectum sibi solum inundaverit, sicque animam efflaverit, cum diros illos dolores sustinere nan posset. Ut vero defatigatum agnoverunt immanes illi lictores, qui plagis inferendis etiam post cædem finem non fecerant, vix tandem de furore aliquid remittens inexorabilis illa bellua, Esto, inquit, cum auro illo et iste in perditionem. Namque ut videtur, etiamsi compertum fuisset,*

D *nullum illius usum percepissemus. Et paulo infra:* Ἐρχομένοις γάρ τισι μετὰ τὸ τὴν πόλιν ἁλῶναι τοῖς ὁπωσδηποτοῦν διαδράσι, καὶ τοὺς ἰδίους αἰχμαλώτους ὠνουμένοις συνήπτετο μετ' αὐτῶν, καὶ τις ἀνὴρ καλούμενος Συμεὼν, φρονήσει βεβηκὼς, καὶ διὰ πείρας ὧν πολλῶν πραγμάτων, ὃς ἦν πρὸς τοῦ βασιλέως σταλεὶς δι' αἰτίαν τινὰ χρειώδη πρὸ μικροῦ τῇ πόλει, περὶ ἧς νῦν οὐκ ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Τούτοις οὖν καθ' ἑκάστην μέχρι τῶν ἡμερῶν τοῦ ἀπόπλου συχνῶς ἐρχομένοις ἀνεκοίνωσε τὴν κατὰ τῶν εἰρημένων βουλὴν ὁ δεινὸς οὗτος λέων εἰπὼν πρὸς αὐτοὺς, ὡς Ἐγὼ ἀπεχθῶς, φησὶ, φερόμενος ἐξ ἀρχῆς καθ' ὑμῶν, οὐκ ἔκρινον ζωῶσαι τῶν ἁλόντων οὐδένα· τίς γὰρ

ἐκ Θεοῦ μισθὸς πολεμίοις ἀνδράσιν ἐν καιρῷ νικης τὸν θάνατον συγχωρεῖν, ὃν αὐτοῖ μᾶλλον ἐτέκταινον καθ' ἡμῶν ; Ἀλλ' ἐπειδή χρεία τις ἐπείγει, καθ' ἣν ἔστιν ἐπάναγκες ζωωθῆναι τούτους, εἴπερ αἴτιου τύχοι τοῦ πέρατος, περὶ τούτου καθ' ἑαυτοὺς ὑμεῖς σκέψασθε· ἐπείγομαι γὰρ ἤδη τοῦ καιροῦ με καλοῦντος πρὸς τὴν ἰδίαν ἀποπλεῖν πατρίδα. Δύνασθε οὖν ἀντιποιήθῆναι τούτων ὄντων διακοσίων τὸν ἀριθμὸν, δι' ἐγγράφου ἐγγύης, ὡς λαβεῖν ἡμᾶς ἀντ' αὐτῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς καταλλαγῆς Ἰσαρίθμους Ἀγαρηνοὺς, πεῖσαί τε τὸν κρατοῦντα τῶν Ῥωμαίων τὰ σκῆπτρα, μηδερίαν περὶ τούτου ἀμφιβολίαν ἔχειν, ἀλλὰ συνθεσθαι τοῖς ὑφ' ὑμῶν πεπραγμένοις· ἢ δεδίττεσθε μὲν τὴν ἐγγύην, ὡς μὴ ἐν ὑμῖν κειμένην, ἄδηλον ὄν, ἢ παραδεχθήσεται ὑπ' ἐκείνου, ἢ μή· ἐν οὐδενὶ δὲ τίθεται τοσοῦτον κακὸν, μικρᾶς προμηθείας μέγα προξενοῦν τοῖς ὁμοφύλοις τὸν ὅλεθρον· εἴπατε οὖν ἀποτέρψ τούτων στοιχεῖτε, ἵν' ἑνί γε τὴν ψῆφον δῶμεν, ἢ τοῦ ζωωσαι, ἢ τοῦ ἐπαλλάξαι αὐτούς. Ὁ οὖν ῥηθεὶς Συμεὼν, ἅτε δὴ τῶν ἄλλων προτέχων πρὸς αὐτὸν ἔφη· Ἐγὼ ταύτην τὴν ἐγγύην μόνος κανεγγυῶμαι, σαφῶς εἰδὼς τὸ περὶ πάντα φιλάνθρωπον τοῦ κοθ' ἡμᾶς αὐτοκράτορος, καὶ ὡς δίχα λόγου παντὸς παρέξεται τούτων ἕνεκεν, ἐξ ὧν ἔχει δεσμίων Ἀγαρηνῶν τοσούτους, ὅσοι καὶ οὗτοι τυγχάνουσιν ὄντες, οὓς καὶ αὐτὸς ἐγὼ τῇ Ταρσῷ διακομίσω, ἵν' ἐπ' [54] ἐμοὶ πάλιν τὰ περὶ τῆς ἐγγύης λυθῇ, καὶ μηδὲν ἔχῃς κατ' ἐμοῦ προφέρειν, ἐπὰν τὴν ὀφειλὴν ἐκπληρώσω. Μόνον τύχωσι κἂν οὗτοί τινος σωτηρίας, ἵνα συλλέξαντες ταφῇ δῶσι τῶν ἀποιχομένων τὰ σώματα, ἃ διὰ πάσης τῆς πόλεως κείμενα, καὶ αὐτὸν τὸν ἀέρα πρὸς θρῆνον ἐφέλκεται. Ταῦτα ἀκούσας ὁ κακοήθης ἐκεῖνος, ἔγγραφόν τε πείσας τὸν αὐτὸν Συμεὼν καὶ ἐνώμοτον παρασχεῖν τὸν περὶ συνθηκῶν τούτων λόγον, ἀπολυθῆναι πάντας ἐκείνους τοὺς ἐξ ἡμῶν περιττεύσαντας ἄνδρας ἐπέτρεψεν. Ἐπειδὴ καὶ τὰ περὶ τούτου καλῶς εἶχεν αὐτῷ, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ ἦν τὸ πανούργευμα, ἕτερον πάλιν οὐκ ἔλαττον τούτου τῇ δολιότητι τῶν φρενῶν ἐπενόησεν· πυρπολυθῆναι γὰρ ἅπασαν τὴν πολιν προσέταττεν, ἵν' ᾖ καὶ τοῦτο αὐτῷ οὐ τὸ τυχὸν παρεμπόρευμα, ἥδει γὰρ ὡς οἱ τοὺς αἰχμαλώτους ὠνούμενοι, οὐδὲ τοῦτο πράττειν αὐτὸν ἐξ ἀνάγκης ἀνασχοιντο, αἱρούμενοι μᾶλλον αὐτοὺς ἐκείνους καταπρησθῆναι, ἢ τοιοῦτόν τι κἂν ἀκοῇ παραδέξασθαι· μήπω γὰρ τῶν Βαρβάρων διὰ μέσου τῆς πόλεως τὴν φλόγα διασπειράντων, ἀλλ' ἔτι πλησιαζούσας τῇ θαλάσσῃ πυρπολούντων οἰκίας, μόνον ὅτι πρὸς τὸ καταβάλλειν τὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως τιμὰς οἱ παρόντες πρὸς ἀλλήλους ἐκύρωσαν, καὶ πάλιν πρόσταγμα παντα χοῦ διεπέμπετο, παύεσθαι τῆς οἰκείας συνεργείας τὸ πῦρ, ὡς εἰς χρηστὸν αὐτῷ πόρας καὶ ταύτης προελθούσης τῆς ἐπινοίας. Οἱ γὰρ ἄνδρες ἐκεῖνοι σὺν τῷ ῥηθέντι Συμεὼν, μὴ ἔχοντες ἀλλοθέν πόθεν καταβλίσθαι τὴν περὶ τούτου ποσόνητα, τὰ δύο ὑπέσχοντο τοῦ χρυσίου τάλαντα, ἅπερ ἦν ὁ θανὼν ἐκ τῶν ῥοπάλων εὐνοῦχος πρὸς τὸν Στρυμμόνα ἐξαποστελλας, ἃ καὶ θᾶττον ἀγαγόντες διά τινων ταχυδρόμων, ὅθεν ἐκρύπτοντο, καὶ τοῖς Βαρβάροις ἐναριθμήσαντες, οὕτως τὴν πόλιν τῆς πυρκοϊᾶς διεσώσαντο. *Advenientibus nonnullis qui utcunque effugerant post excisam urbem, et captivos proprios redimentibus, una cum iis advenerat*

A *vir, cui Symeoni nomen erat, provecta prudentia, et multarum rerum experientia celebris. Ille ab imperatore paulo ante in urbem ob causam maxime percommodam missus accesserat, de qua nunc aliquid dicere operæ pretium non fuerit. His itaque quotidie confertimque ad recessum usque navium concurrentibus, consilium suum adversus jam dictos immitis iste Leo communicavit. Ego, ait, vobis ab initio infensus ex captivis neminem vivum relinquere in animo habui. Quæ enim ex Deo merces est hostibus victoriæ tempore mortem condonare, qui illam adversus nos magis sedulo procurabant? Sed cum necessitas urgeat, ut hi superstites vivant, siquidem fortunato fine res sortiatur, de hoc inter vos vosmetipsi consulite. Jam enim cogor, tempestate poscente ad propria remeare. Valetisne in vos assumere, cum hi sint numero ducendi, fideijussione scripto consignata, nos, pro iis, cum reconciliatio concordiæ subsecuta fuerit, tot alios Agarenos recepturos, persuadereque res Romanorum moderanti sene ulla hæsitatione a vobis pactis ascensum præbere: an vero dubitatis similem fideijussionem in vestra potestate non esse, cum in incerto res pendent, an ab eo excipienda sit, negligatque tantum malum, pusilloque desiderio postponat damnum suo generi tantumdem noxium? Dicitote ergo utrum approbatis, vitamne, an cladem? Tum dictus Symeon, tanquam aliis præstantior sic eum affatur: Ego hanc fideijussionem solus firmo, cum bene*

B *nostri imperatoris ad omnia humanitatem calleam: et* [55] *absque ulla tergiversatione pro his exhibebit ex captivis Agarenorum tot alios, quot hi sunt, quos ipse Tarsum deferam, ut rursus in me fideijussio dissolvatur, nihilque prætendas contra me, cum debitum exsolverim. Tantum hi libertate potiantur, ut recollecta cadavera, quæ per universam urbem projecta aerem ipsum in sui miserationem ac lacrymas trahunt, sepeliant. His ille malus, perversusque perceptis, suadet Symeoni, ut scripto pacta illa consignet, et jurejurando confirmet: tum omnes illos homines, qui ex nostris supererant, solvi mandavit. Hæc cum prospere absolvisset, fraudemque complesset, aliam non minorem calliditate propria comminiscitur. Universam urbem*

C *igne succendi jubet, ut hoc quoque negotiationi lucrum accederet, nec incommode. Sciebat enim, qui captivos redimebant, omnino nunquam id permissuros, electuros potius semet succensis ignibus torreri, quam tale quidpiam vel solo auditu sustinere. Nondum enim a Barbaris in media urbe flamma asportata, sed adhuc mari proximis ædibus deflagrantibus, qui tum aderant pretium pro urbe ponere inter se stabiliunt: rursumque jussa quoque sparguntur, ignem ab ædibus submovendum, cum et hunc machinam prospere sibi successisse cognosceret. Viri enim illi cum dicto Symeone, cum non haberent aliunde pretium rei conficere, duo auri talenta promiserunt, quæ eunuchus fustibus eneca-*

tus ad Strymeonem dimiserat, illis citissime per veloces cursores, unde latebant, advectis et Barbaris numeratis, urbem ab incendio conservarunt. His plane concluditur, multo quam isti faciunt, Symeonem ætate grandiorem fuisse.

Et, ut magis urgeam, Symeon ipse suam eo tempore ætatem edisserat: in Vita sanctæ Theoctistes rogatur a Symeone anachoreta ne scribendi onus detrectet, causasque prætendat, quibus se a suscipiendo scribendi munere subrahat. Causas, quas poterat afferre Metaphrastes præcipue esse poterant: Λόγων ἀπορίαν, δουλείας, γυναῖκα καὶ τέκνα, οἴκου φροντίδας, *dicendi inopiam, servitiorum frequentiam, uxoris, et filiorum molestiam, et domus proprias curas.* Neglectis reliquis, duas, sed brevissime examinabo, δουλείας, *servitia* publica fuisse ab imperatore in variis negotiis reipublicæ demandata, dubium non est. Ergo non tum primum legati munere fungebatur, sed similibus assuetus, atque exercitus, ut sine mendacio aliquid sibi imponendi ad excutiendum laborem, denegandumque quod petebatur, satis essent. Altera est, uxor, et filii, Σὺ μὲν ἴσως προφάσει περὶ ὧν ἀξιοῦν ἐθέλω σου τὴν ἀγάπην, ἀπορίαν λόγων, ἢ δουλειῶν ἀφορμὰς, ἢ γυναικὸς καὶ τέκνων, καὶ οἴκου φροντίδας, ἢ τινας ἄλλας αἰτίας διακρουόμενος ἡμῶν τὴν ἀξίωσιν. Ἐγὼ δέ σοι καὶ εὐημερίαν, καὶ εὐπορίαν πάντων ἐπαγγέλλομαι, καὶ πολλὴν ἐκεχειρίαν εὑρεῖν. *Tu quidem fortasse ad te excusandum de non suscipiendo eo, de quo sum tuam rogaturus charitatem, in medium adduces, sermonum inopiam, aut servitiorum occasiones, aut uxoris, et liberorum, et domus curam, aut aliquas alias causas, recusans id, de quo nos te rogamus. Ego autem tibi rerum prosperitatem, fertilitatem, et abundantiam* [56] *rerum omnium polliceor, et fore ut magnum tibi suppetat otium.* Quomodo ergo qui majora in reipublica opera sustinere et poterat et solebat, quique uxori adjunctus liberos ex illa procreaverant plures, viginti duorum vel viginti et quator annorum erat, et nimis adolescentulus, et non potius quadraginta, aut triginta puinque minimum natus? Ordo quoque ipse rerum gestarum id postulat, id exposcit, id stabilit. Antequam enim Metaphrastes munia publica, et legationes apud exteras nationes obiret, in aliis officiis, quæ privatim, et inter domesticos parietes exercentur, apud imperatorem sui specimen dederat, tumque cum iu arcanis, et secretis consiliis fides illius innotuit, imperatorum mandato publicas curas suscepit. Psellus: Καὶ πρῶτα μὲν ταῖς μυστικωτέραις ἐφεστήκει τῶν πράξεων, καὶ τοῖς ἀπορρήτοις βουλεύμασι κοινωνὸς παρειστήκει τοῖς συμβουλεύουσιν. Ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ τρόπου πίστις ἐν τούτοις τοῦτον ἐκήρυξε, μετὰ τῶν ἀδύτων, καὶ τὰς κυσμικὰς φροντίδας συνελῆφεν, ὡς αὐτὸν γεγενῆσθαι εἰσαγγελέα τε τῷ κρατοῦντι τῶν ἔξωθεν, καὶ ἐξαγγελέα τῶν τοῦ κρατοῦντος τοῖς ἔξωθεν. *Et primum quidem præfuit rebus magis arcanis et secretorum consiliorum fuit particeps cum consulentibus. Postquam autem ejus fides fuit in his rebus spectata, et prædicata simul cum arcanis publicas quoque curas suscepit; adeo ut imperatori renuntiaret ea, quæ afferebant exteri, et rursus exteris quæ jubebat imperator.* Quæ autem sunt illæ πράξεις μυστικώτεραι, illius temporis scriptor Ignatus diaconus in Vita sancti Nicephori patriarchæ Constantinopolitani, ita explicat. Καὶ τὴν διὰ χειρὸς καὶ μέλανος τέχνην ποιούμενος· ἠρέθη γὰρ ὑπογραφεὺς τοῖς τῶν κρατούντων μυστηρίοις ὑπηρετούμενος. Οὕτω γὰρ παρὰ τῇ Αὐσονίδι διαλέκτῳ τὸ ἀσηκρῆτις ὄνομα, δεπὶ μυστηρίων μεθερμηνεύεσθαι βούλεται. *Et eam, quæ manu et atramento ars factitatur, exercens: namque electus fuerat scriba, dominantium arcanis subserviens. Lingua Ausonia siquidem a secretis nuncupatur, qui apud nos ab arcanis exprimi suevit.* Primum ergo fuit a secretis, et a consiliis imperatoris: deinceps non statim, sed postquam ejus fides spectata fuit, publicis negotiis destinatur: et nos adolescentulum, et non ultra viginti quatuor annorum somniabimus? Tempus idque non exiguum, et experientia longa annorum serie examinata fidem hominis comprobabunt. Sophocles in Ædipo tyranno:

Χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσι μόνος.
Κακὸν δὲ κἂν ἐν ἡμέρᾳ γνοίης μιᾷ.

Tempus bonum declarat immensum virum.
Cum sit dies satis una prodendis malis.

At ponebat tum virtutis tirocinium sub Himerio, Ita est. Sed cujus virtutis? Aliud est militiæ tyrocinium cum in castra deducimur, ibique primis artis militaris præceptis initiamur, que potius militiæ auspicamenta, et elementa, et incunabula dici merentur: aliud est imperatoriæ virtutis tirocicium, cum emensis militaris [57] peritiæ rudimentis ad majora, et nobiliora gradum facimus, et regendi alios, et ducendi exercitus, et fallendi inimicum artem ediscimus, provecti jam ætate, non juvenes, qualis erat Symeon iste apud Himerium, ut ipse aperte ait: Τούτου μὲν ἐκείνῳ συστρατευόμενος, καὶ προβιβαζόμενος εἰς πεῖραν στρατηγικὴν, οἷα πῶλος μήτρι πρὸς τὰ γενναιότατα τῶν στρατηγημάτων συσκαίρων. *Partim cum eo militans ad imperatoriæ artis documenta promorendus, ut equulus matri solet ad præclarissima stratagemata assiliens.* Strategica enim est, ut Onosander et Leo imperator tradunt, στρατηγῶν ἀγαθῶν ἄσκησις, *strenuorum ducum exercitatio.* Eoque potissimum, quod asserat Metaphrastes, non ad πεῖραν στρατηγικήν, *exercitationem strategicam* tantum, sed ad τὰ γενναιότατα τῶν στρατηγημάτων, *ad præclarissima stratagemata.* Dices, se vocare *equulum ad matrem*, πῶλον πρὸς τῇ μητρί. Similitudo non ætatem respicit, se docilitatem et disciplinam. Quemadmodum enim equulus matri obtemperans, obediensque, ea quæ matris sunt, addiscit, ita et qui aliorum, imperto morigerus subest, cujuscunque ille sit ætatis, a ducente, ac manutenente,

quæcunque ille exsequitur, tanquam a majore suo instruitur atque imbuitur.

Atque ita sub Constantino Porphyrogenito Leonis filio tum Theoctistæ eam vitam, tum alia divorum acta eum elucubrasse certum videtur, non ut Allatius scribit sub Leone et Constantino. Allatius Diatriba, quam scripserat de Psellis, de ætare Metaphraste quærens tradit eum sub Leone, et Constantino vixisse. Si ante Leonis obitum annos fere decem Metaphrastes ejusdem Leonis mandato legati provinciam apud Arabes susceperat filiis auctus, ac prope quadragenarius, malene scripsit Allatius eum sub Leone et Constantino vixisse? Sed scripsit cum scriptionem exorsum sub Leone, sub Constantino et Romano nepote absolvisse. Quid tum? Annon potuit scribere quadragenarius? Sed non scripsit Theoctistes vitam. Nec Allatius id dixit, nec cæcus id dixisset, cum aperte in ea Vita dicatur Leone mortuo Vitam scriptam fuisse. Dixit Allatius scriptionem exorsum. Probare debuit Bollandus, præter Vitas et Acta sanctorum nihil aliud scripsisse. Cum anachoreta Metaphrastæ imponat, ne ἀπορίαν λόγων, *sermonum imperitiam* in medium afferat, plane jam certum reliquit Metaphrastem in scribendo multum habuisse usum, in eoque multum se exercuisse. Quanam ergo ratione dicimus Metaphrastem sub Leone non scripsisse? Inter vitas itaque sanctorum primum locum occupat Theoctiste, cum ante alias illam scripserit ita Psello asserente, ante alias scriptiones, non item, cum alia quoque eum scripsisse certissimum sit. Et quænam ille scripserit? Dicent alii : ipse divinus non sum, et hominem provectum ætate, et qui scientiis, ac disciplinis, et præcipue rethorica operam dederit, ante quadraginta annos aliquid scripsisse, edidisseque in vulgus, quis prudens negabit? Possumus etiam dicere ante Leonis imperatoris obitum [58] concinnasse illa, quæ de Theoctistes virtutibus scripsit, publicaturum vera postea ea addidisse, quæ de Leone defuncto, et rebus ipse suis enarrat. Præfationes enim, ut sermonum proœmia sæpissime opellis scriptis addimus Ego præter Vitas multa hujusce auctoris, et carmine, et prosa, oratione scripta, eaque elegantissima vidi, et per otium legi, quæ infra recensebo.

Si Vita sanctæ Theoctistes *prima ejus commentatio fuit, nihil igitur sub Leone scripsit, quod quidem ediderit in lucem.* Hoc vero falsum est ; namque, ut supra diximus, homo ea ætate si Vitas sanctorum non scripsit, alia scripsit. At non edidit in lucem. Quis id ait? Si edere in lucem, publicare fuerit, mula ante Theoctistes Vitam publicasse, quis neget? *Neque Alexandro rerum potiente ita laudare Himerium ausus esset.* Solemne id fuit aliis etiam historicis. Quot laudat Procopius viros illustres, quos Justinianus imperator, et Theodora diris afflixerant malis, adhu Justiniano superstite. Quot alii? ne singulos recenseam. Non laudat Himerium Metaphrastes propterea quod in exsilium ab Alexandro actus est. Namque potuit aliquando, vir alias prudentissimus et imperatoriæ virtutis magister solertissimus adversam ferræ ærumnam, et calamitatibus genere fortunæ impetu, et ut magis infortunio gemeret injuriis principis urgeri. Id vero adhuc examinandum est, an Alexander adeo iniquus fuerit, ut laudes quoque Himerii in dolore poneret, vel ita sedulus scripta aliorum indagarit, ut si quid in illis esset, quod minus arrideret, investigaret? Homo nefariis libidinibus deditus, ventri addictus, die noctuque in somno, et segnitie sepultus, et plane juvenculus. Cedrenus : Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος καὶ πάλαι βίον ἀδροδίαιτον ἔχων, καὶ διακεχυμένον, καὶ πρὸς μόνα ἐπτοημένον τὰ κυνηγέσια, καὶ τὰς ἄλλας ἀκολάστους, καὶ ἐκδεδιητημένας τῶν πράξεων, καὶ μηδὲν ἔργον βασιλέως, καὶ τῶν ὅλων ἐγένετο ἐγκρατής, οὐδὲν ἄξιον λόγου, ἢ διενοήσατο, ἢ κατεπράξατο. *Enimvero Alexander jam pridem mollis dissolutæque assuetus vitæ, solisque deditus venationibus, aliisque intemperantibus atque intempestivis actionibus, nullius imperatorem decentis rei gerendæ ignarus, tantumque luxui, et libidinibus intentus, imperium adeptus, nihil memorabile neque cogitavit, neque egit.* Et Constantinus Manasses :

Ὁ γὰρ Ἀλέξανδρος τρυφαῖς ἠσχολημένως καὶ πότοις
Καὶ μόνον τὸν γαργαλισμὸν τοῦ σώματος φροντίσας,
Ἄλλο δ' οὐδὲν κατάξιον τοῦ βασιλείου κράτους
Οὐ δράσας, οὐ φθεγξάμενος, οὐ σχὼν κατὰ καρδίαν,
Ὡς ἄνθος ἐρρύευσεν οἰκτρὸν ἐκμαρανθὲν ἡλίῳ,
Καὶ τάχιον ἐξέλιπε νόσοις ταχείς φθινάσι.

Nam Alexander voluptatibus et compotationibus indulgens, nec ulla re tanto imperio digna, vel opere, vel verbis perfecta, vel animo denique concepta, ceu flos solis efficacitate marcescens exstinctus est, et a morbis celeriter absumptus. Et mirabimur si Metaphrastes, vivo Alexandro [59] si tamen tum, cum illa Metaphrastes scriberet, Alexander vivebat, qui Leoni tredecim tantum menses supervixit, laudes illas suo Himerio tribuisse? Equidem difficile ad fidem est, Metaphrastem post scriptum aliquid ita neglexisse ; ut nunquam postea illud in manus sumpserit, legeritque, relectumque correxerit. Potuit ergo laudes Himerii mortuo Alexandro Vitæ antea scriptæ annectere.

Subditur, *præcipue publicas res tractasse sub Leone cæpit.* Quid ante Leonem egerit Metaphrastes, ignoratur. Et forsan potuit Basilii Macedonis imperio publico negotio defungi. Sed esto cæperit sub Leone. Annon potuit sub ipso imperii exordio non adolescens, sed ætate provecta munus publicum sustinere? Quid ergo doctissimus Bollandus contra Allatium inferet, qui dixit Metaphrastem sub Leone vixisse? An qui sub Leone incipit res publicas tractare, sub Leone vivere, aut florere dicendus non est? Vixit itaque, scripsitque sub Leone, et Constantino Metaphrastes, ut Allatius scribit ; non ut Bollandus excludens Leonem, sub Constantino Porphyrogenito Leonis filio.

Testimonio Pselli certo innotuerat nobis Metaphraste ætas. Postmodum cum Baronio, et Bellarmino, aliisque laudationem illam Metaphrastæ ad seniorem Psellum Leonis Philosophi magistrum retulisse visus sum, cum scripserim: *Juniori Psello adjudicari nullo prorsus argumento auctorem orationis Psellum alterum esse, non Leonis Philosophi magistram, nunquam evicturos, qui contra sentiunt.* Audiamus Bollandum: *Leo Philosophus postquam Psello illi seniori in Antro insula dederat operam, cum non quantum voluisset, ab eo hausisset eruditionis, monasteria varia obivit, repositosque in illis libros investigans studiose legit, atque excellentem est eruditionem adeptus, ut Curopalates tradit: Dein Constantinopolim reversus privatim quosdam docuit: horum quidam in prætio captus a Saracenis ac viro illustri traditus in servitutem, cum postmodum Geometriæ peritiam profesus, a quo eum didicerat Leonem privatum, et inopem degere significasset, litteris eum ad se amplissima proposita mercede invitavit Barbarorum rex. Hac litteras Leo Theoctisto Logothetæ, hic Theophilo imperatori obtulit qui eum summo favo favore complexus, amplis apibus ditavit, jussitque publice docere, ac postea Thessalonicensi Ecclesiæ præficiendum curavit. Verum mortuo sub annum 841 Theophilo, redactus quoque in ordinem est Leo, quod hæresim sectatus esset Iconomachorum. Quæ si quis recte omnia expendat, fatebitur sub Michaele Bolbo, qui anno 820 in imperium, ac sub illius decessore Armeno viperi Leonem Psello dedisse operam maturæ jam ætatis viro. Qui potuit igitur a Psello laudari Metaphrastes vita functus, qui centum post Psellum annis vixit? Neque de Psello Metaphrastæ laudatore repugnasset Baronius, si aliunde asseri Metaphrastæ ætatem posse existimasset. Ast hunc alii cum sub Constantino Porphyrogenito, qui septennis Alexandro patruo, anno* 912 [60] *exstincto imperare cœpit, vixisse fateantur: miror non perspicere a Psello qui centum, ut minimum eum antecessit, laudari equidem mortuum non potuisse.*

Et hæc quidem Bollandus: quid vero Franciscus Scorsus ex eadem societate Bollando dixeris, inspiciamus. Optime potuisse Metaphrastem a Psello seniore laudari, antiquiorem a recentiore. Metaphrastæ enim meminit Theophanes Cerameus, et Homilia de Lazaro suscitato. Ὁ δὲ τῶν Μεταφράσεων γλυκὺς συγγραφεὺς, παρρησίας εἶπε λόγον εἶναι ὀηλωτικόν, *Metaphraseon vero suavis scriptos, fidentem ac liberum animum a sermone indicari censet.* Et in quarto Matutino. Ἀλλὰ περὶ τούτων ὕμεινον ἐμοῦ λέγει τῶν Μεταφρασεων ὁ γλυκὺς συγγραφεύς. *Sed de his melius, quam ego id faciam, scriptor ille dulcis Metaphraseon disserit.* Et quinto: Καὶ ὡ ἂν μὴ καὶ ἡμεῖς δόξαμεν ἀπεοικόνα μαντεύεσθαι, ἀξιόχρεων ἐνταῦθα παράγωμεν μάρτυρα Συμεώνην, τὸν τὰς Μεταφράσεις εὖ μάλα συνθέμενον. Ἀπόχρη οὖν οὗτος ἐν τῷ εἰς τὸν ἱερὸν Λουκᾶν ὑπομνήματι τοῦτο ποιούμενος. *Ac ne nos etiam sine, probabili causa divinare velle videamur, fide dignum testem ad hanc rem produ-*

cimus, Symeonem illum, qui Metaphrases præclare composuit. Satis igitur sit hic, qui in sanctum Lucam commentario existimavit. Meminit itaque Metaphrastæ Theophanes, sed Theophanes vivebat tempore Basilii Macedonis, et Leonis illius filii, ergo Metaphrastes antiquior Theophane potuit a Psello, qui sub Michaele tertio circa annum Domini 860 vivebat laudari, eoque magis, quod de Metaphraste, tanquam fatis functo, et plurimam apud omnes auctoritatem assecuto, quod in paucis annis non fit, sermo habeatur. Cadunt ergo tot Bollandi computus exactæque temporum discussiones, dummodo verum sit, quod de ætate Theophanis tradit Scorsus. Constituit Scorsus duos annorum intercurrentium terminos, intra quos Theophanem vixisse certum omnino censet: primus est annus 862 argumento Jacobi Gretseri tom. II de Cruce in Notis ad duas Orationes Theophanis, qui putat eum floruisse, quo tempore Sicilia nondum tota a Saracenis esset subacta, quod est circa annum nongentesimum. Alter est annus, quo captum a Saracenis Tauromenium fuit, quod sub Leonis Basilii Macedonis filii imperio contigisse tradunt Leonis filius Constantinus Porphyrogenneta libro II Thematum imperii Orient. Joannes Curopalata, et alii recentiores, quem fuisse pluribus antiquorum monimentorum testimoniis probat 893. Floruit itaque Tauromenii ab anno Basilii tertio, qui fuerit Christi 870 usque ad Leonis annum decimum sextum, qui est 702. Probat aliis ejusdem auctoris locis: in Homil. De parabola cœna vocat Agarenos ὁμόρους, ὁποίους ὁρῶμεν τοὺς ὁμόρους ἡμῖν ἀπογόνοις τῶν Ἰσμαήλ. *Cujusmodi videmus hos finitimos Ismaelis posteros*, Homilia de sanctis apostolis Petro et Paulo magnifice exornat templum conditum ab imperatore Basilio in Palatio Constantinopoli. Συνήδομαί σοι, πόλις, καὶ σοὶ, θεῖε τῶν ἀνακτόρων [61] ναέ. *Gratulor tibi, civitas, et tibi, sacrum in Palatio templum erectum.* Concludit hoc palmari argumento, quo rem omnem evidenter evincere confidit: natu idem Theophanes scribit ad amussim imperatores, pro quibus in perorando Deum deprecatur, Homil. De Ramis Palmarum, Ἐπευχόμενοι τὸ θεοφρούρητον κράτος τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ἡμῶν τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ διαμένειν, ἀσάλευτον, καὶ κατευοδοῦσθαι ὑπὸ Θεοῦ τοῦ κοσμήσαντος τοῦτον σοφίᾳ, καὶ ἀνδρείᾳ βασιλικῷ διαδήματι. *Oremus etiam, ut piissimi imperatoris nostri imperium divinitus custoditum, filiis atiam ejus permaneat incancussum, ut intendat, et prospere Dei ductu procedat, qui hunc sapientia, et fortitudine, et imperatorio diademate exornavit.* Et Homilia de sanctis apostolis: Ἀδιαλείπτως εὐχόμενοι ἐν πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις τὸ κράτος διαφυλάττεσθαι τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως ἡμῶν, ὃς εὐσεβείᾳ τῆς ἀρχῆς ἰθύνων τοὺς οἴακας καὶ λόγοις κοσμῶν τὸ διάδημα, καὶ χρηστότητι τροπων κοσμούμενος ἐξ ἀρετῆς γνήσιον ἔχει τὸν ἔπαινον. *Et sine intermissione Deum oremus, ut per multa annorum spatia pio imperatori nostro conservet po-*

lentiam, qui dum clavum imperii per pietatem dirigit, et cum morum probitate ornatus ipse sit, tum etiam diadema doctrinis exornat, veram ingenuamque obtinet laudem. Subdit Scorsus : *Quis autem est, obsecro, alius hic imperator, qui sapientia ornatus, et diadema doctrina exornarit, nisi Leo Basilii Macedonis filius, qui sapiens, seu philosophus ab omnibus scriptoribus cognominatur.* Et *rem insuper mentio filiorum imperatoris quæ fit a Theophane valde corroborat: habuit enim Basilius quidem Leonem hunc, et Alexandrum*: addere poterat Constantinum, et Stephanum; *Leo, Constantinum.* Præterea, id idem probat epistola Photii patriarchæ ad Theophanem monachum missa, quam integram Græce simul et Latine descriptam edidit in Procemii secundi § 3, quem Theophanem esse Cerameum suadent, ut Scorsus conjectat, Sicilia ipsa, cujus fit mentio in ipsa epistola, eo quod cum aliis epistolis una reperiatur, quæ et Gregorio Syracusano episcopo, et Euthymio Catanæ Metropolitæ, et Marco Siculo scriptæ sunt, et temporis ratio, quam dicit se intra subtilius supputaturum. Theophanes igitur, qui eo tempore monachus erat, postea ad episcopi dignitatem evectus, Zachariæ fuit successor. Et hæc quidem Scorsus Bollando reponeret.

Quid Scorso Bollandus? Pauca, sed pro re. Metaphrastæ ætatem sub Leone, et Constantino ejus filio certissimam ex Psello haberi. Frustra aliam inquiri hinc conjecturas omnes de ætate Theophanis nullas esse. Etenim si Theophanes Metaphraste recentior est, ut plane est, cum ipse Metaphrastæ, tanquam antiquioris, et auctoritatis jam adultæ meminerit : et Metaphrastes vixerit sub Leone et Constantino, necesse est Theophanem subsecutis temporibus ætatem egisse, ruereque omnia Scorsi, quibus Theophanis ætatem sub Basilio et Leone constabilit, et terminos illos annorum intercurrentium, [62] inter quos Theophanem vixisse censet, leves esse, ne quid pejus dicam. At floruit ante Tauromenium captum a Saracenis, quod captum fuit sub Leonis Basilii Macedonis filii imperio : cum Tauromenii concionem habens vocet Saracenos confines. Plura hic probanda fuerant, concionem illam Tauromenii habitam : cum concio illa habebatur, nondum Tauromenium a Saracenis subactum fuisse. Tauromenium semel occupatum a Saracenis, nunquam a Christianis recuperatum, quæ nec probata sunt, nec unquam probari poterunt. Quare potuere esse Saraceni finitimi, sed non Tauromenio, sed urbi, in qua ipse perorabat, et perorasse Theophanem in aliis urbibus non uno exemplo idem Scorsus probavit. Sic finitimos esse non tantum urbi, in qua sumus, proximos, sed eos etiam, qui provinciæ, in qua sumus, et imperii limitibus adjacent. Ita Turcæ finitimi sunt Italiæ, et Siciliæ Africani, et Poloniæ Tartari. De templo Sanctorum Apostolorum in palatio nihil est. Non unus Basilius id solum conatus est. Et πόλιν eo loco Byzantium quis dicet? Verumtamen palmare argumentum excutiamus. Bona precatur Imperatori ; et filiis, quem dicit sapientia, et fortitudine, et diademate a Deo exornatum, et imperium per pietatem dirigere cum morum probitate, tum etiam doctrinis præditum. Id ait, non nego. Leo imperator fuit pietate et doctrinis insignis, adeo ut Sapientia cognomentum sibi asciverit. Verum est. Ergo de Leone imperatore verba illa intelligenda sunt. Hoc vero nequaquam. Nunquam id, nisi dormiens affirmabo. Imperator, qui filios habet, ille est, qui et virtutibus, et disciplinis pollet. Si de Leone intelligas falsum est : quamvis enim ille et pietate, et doctrina excelluit, nunquam tamen filios habuisse dicendus est, qui unico tantum superstite, eoque puerulo adhuc Constantino vitam finit. An non insaniret Theophanes, probeque ab imperatore, aliisque irrideretur, filium unicum in filios, eosque plures discerpens? Si de Basilio falsum quoque est; quamvis enim ille filios habuerit, nunquam tamen eum et doctrina, et disciplinis præstasse dices. Is arti militari deditus, et corporis viribus strenuus, non doctrina, aut sapientia innotuit. Et licet sub ejus nomine et capita paræneticа ad Leonem filium, et nonnulla alia circumferantur, non propterea Sapientis, vel Philosophi sibi nomen eorum auctor vindicat it. Quare certo certius concludendum, Theophanem non deprecari Deum, neque pro Basilio, qui disciplinis exornatus non fuit, neque pro Leone, qui filios non habuit. De epistola Photii ad Theophanem, nihil est quod dicam, qui enim scribere potuit Photius sub Basilio Theophani Cerameo, qui mentionem facit Metaphrastæ sub Leone Basilio filio, et Constantino nepote vitam argentis, nisi rerum ordinem invertamus? Fuerit eo tempore et Marcus Siculus, et Euthymius Catanæ metropolita, et Gregorius Syracusanus, ad quos scribit Photius : fuerit et iste Theophanes monachus ergo ne statim iste Theophanes erit Cerameus ille, cujus [63] istæ Homiliæ leguntur, et quod magis est, Zachariæ successor?

Quonam ergo tempore vixit Theophanes? Quærat cui placitum est. Satis sit nobis ostendisse, eum Basilii Macedonis, et Leonis illius filii ævo multo posteriorem esse. Et quam ipse se invenisse profitetur Scorsus Metaphrastæ ætatem adeo antiquam, ut a Psello seniore laudari potuerit, fabulam esse. Sed ne in argumento tam serio jejuni esse videamur, non aliud in gratiam studiosorum afferemus, quam quod ipse Scorsus convellere conatur, et in aliam, atque aliam sententiam traducere. In homilia dicta die Dominico Palmarum inscriptio illa. Ἐλέχθη δὲ ἐνώπιον τοῦ ῥηγὸς Ῥογερίου, *dicta est præsente rege Rogerio*, quamvis a duobus codicibus Gallicanis absit, recipitur tamen ab innumeris aliis manuscriptis, tanquam antiqua et genuina, licet in aliquibus ita descripta sit, ut nomen Rogerii per compendium signet : namque exprimitur in linea ῥογ, supra lineolam expansam apertissim ου agnoscitur. Quod indicat inter pri-

mas litteras in linea,et alias supra in spatio medio aliquid deesse, ideoque facili negotio suppleri, si extente Ῥογερίου nomen proferas ; nam si ῥόγου enuntias,miram scriptoris inconsiderantiam,atque ineptiam deprehendes qui nullo fructu, et ut ita dicam, litterarum fœnore nomen illud ea ratione decurtavit, quod poterat facilius eadem linea integrum exprimere. Tum enim nomina ita decurtantur, ut litteræ alias in linea pari exprimendæ, quodammodo interceptæ ex indice superis lineolæ, et litterarum integræ habeantur : quod fit a scriptoribus vel cum inopia papyri urget,vel tempus breve moras sollicitat : sæpius etiam ad scripturæ concinnitatem, et elegantiam, et potissimum Græce, quæ similibus litterarum tractibus, et decurtatis syllabis venustatus. Scorsi machinæ examinantur:Rogerii regis tempore Tauromenitanum episcopum floruisse,vel etiam fuisse in Sicilia nemo dixerit, vel lectum, vel traditum, modo historiarum lectione, et præsertim Siciliensium rerum paululum sit imbutus. Probat testimonio Gaufridi Malaterra eorum temporum scriptoris, qui in sua Historia unius tantum Panormitani archiepiscopatus restitutionem a Rogerio comite, et duce Roberto commemorat *Qui sane cum tam diligenter eorum temporum facta describat, is quis alius ab illa clade incolumis evasisset episcopus, dicere certe non omisisset.* Siluerunt Thomas Facellus, alii quorum hoc ipsum fuit institutum perscrutari,et in lucem prodere notitiam episcoporum. Si aliquid de Tauromenitano episcopo ad Rogerii regis tempora superstite alicubi scriptum esse reperissent, evulgassent.Et cum de aliis episcopatibus restitutis, sive erectio cum a Rogerio,tum a sequentibus regibus memoria habeatur, si Tauromenitanus instauratus a Rogerio rege fuisset,id aliquis scriptor memoriæ prodidisset. Propterea inscriptio τοῦ ῥηγὸς non convenit cum iis,quæ in ipsa Homilia dicuntur, in qua βασιλεὺς [64] appellatur, *cujus præsentia, quam nunc timeo, et contremisco sudore aspersus, pavore occupatus, reverentia detentus, pavente anima,nutente mente, et subsultante corde, intercluso etiam vocis sono,quod* βασιλικαῖς ἀκοαῖς, *imperatoriis auribus sermonem, quasi salsugine amarum propino.* Tanta demissio, tantusque tremor dicentis nonnisi ab imperatoria majestate excitari videtur posse. Nomen βασιλέως convenire Rogerio non potuit et solum appellatos imperatores a Michaelis Tertii temporibus usque ad concilium Florentinum trecentis post Rogerium annis celebratum comperitur.Hinc,necnon ex diademate,et consessu,adventuque episcoporum,quæ non alibi, quam in urbe ipsa Constantinopoli congruentius evenire posse videntur,et frequentia ducum, et magistratum aulæ Constantinopolitanæ illam Homiliam Constantinopoli habitam, et titulum corruptum suspicatur Scorsus; et cum eo die imperatores olim ac patriarchæ ῥόγας, hoc est munera, et dona distribuerent, emendat, et vestibus aliis circumvestit,reponens, ἐλέχθη δὲ ἐν τῇ ῥόγᾳ, vel fortassis ἐνώπιον τῆς ῥόγας, re ipsa et distributione munerum pro conventu, consessuque sumpta : quod ab ignorantibus, quid sibi velit ἐν τῇ ῥόγᾳ, vel ῥόγου, et hariolantibus nomen illud esse concisse scriptum pro Ῥογερίου titulum ipsum addidisse τοῦ ῥηγός. Quæ ita velim a lectoribus accepta, ut ex his illud se scire profiteatur, non esse eam Homiliam ad Rogerii tempora referendam ; cætera de epigraphe, ut excogitata a se et opinata non explorata, atque comperta dici.

Subtilis est, et satis acuta Rogerii in ῥόγου, vel ῥόγας immutatio : ut tantum antiquitatis servetur Theophani sub Basilio, et Leone. Eam tamen nullam esse, ut opinor, cum supra abunde demonstratum sit, nulla causa fuerit, ut vires ingenii ad tot comminiscenda exerceamus. Rogerii ævo nullus fuit Tauromenitanus episcopus, comprobaturque silentio scriptorum.Argumentum ab auctoritate negative,quantum valeat,doctissimi quique viri sciunt. Cum omnia scriptorum monumenta non sint ad manus. Et forte fuit, qui illius meminerit, incuria tamen hominum, vel injuria temporum, cum deperditus sit scriptor,non potuit nobis indicari.Id de Panormitano etiam restituto contigisset, nisi superstes Gaufridus Malaterra memorasset.Et Rogerii tempore plures in Sicilia episcopos Græcos fuisse probari potest ex Rogerii Ectypo, *cujus* Græcam inscriptionem nobis Scorsus ab aliis acceptam expressit.Qua enim causa Rogerius Græcis litteris nomen imprimi suum procurasset, si a nemine vel intelligeretur, vel legeretur, et præsertim eo tempore, quod barbaries fere omnia occupaverat, exstinctis litteraturæ politioris luminibus ? Et sane nemini dubium esse debet eo tempore Græcis Siciliam abundasse,nondum per Latinos Græcis episcopis expulsis, vel summo etiam studio a Rogerio ipso, cui cum Romanis pontificibus inimicitiæ fuere,et magnæ rei familiaris controversiæ,procuratis, ut medio Schismate, [65] vel eorum quoque auxiliaribus conatibus se suis hostibus redderet formidabiliorem. Dicit Malaterra Rogerium, et Robertum adepto Panormo Ecclesiam Sanctæ Mariæ, quæ antiquitus archiepiscopatus fuerat, violatam a Saracenis, reconciliata dote, et ornamentis ecclesiasticis auxisse, renovantesque restituisse archiepiscopum natum Græcum, qui in paupere Ecclesia sanctæ Cyriacæ cultum Christianæ religionis pro posse exsequebatur. Quidquid sit de Tauromenitano episcopo,ex his Malaterræ verbis nihil de Latinis episcopis elicitur: imo si verba illius attentius considerentur, Panormitanus episcopus Græeus erat natione in templo sanctæ Cyriacæ commorans, et forte etiam Græco ritu ordinatus, Græcoque ritu cultum Christianæ religionis exercens : et hunc eumdem non alium revocantes restituerunt, Solent id Græci etiam sub tyrannide Barbarorum, et Christianæ religionis hostium episcopos a se ordinatos mittere in eas

urbes, in quibus antequam a Barbaris occuparentur, jus aliquod adepti fuerant. Imo hoc eodem tempore Rogerii fere per universam Siciliam, et urbes illius præcipuas Græcos episcopos a patriarcha Constantinopolitano ordinatos jurisdictionem et potestatem in eos populos exercuisse habeo ex auctore illius ævi Nilo Doxapatrio, qui de quinque thronis patriarchalibus rogatus ab eodem Rogerio ad eumdem Rogerium scripsit, et præfatur : Σύγγραμμα γενόμενον παρὰ Νείλου ἀρχιμανδρίτου τοῦ Δοξοπατρὶ κατὰ κέλευσιν τοῦ εὐγενεστάτου μεγάλου ῥηγὸς Ῥογερίου περὶ τῶν πέντε πατριαρχικῶν θρόνων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἀρχιεπισκοπῶν, καὶ μητροπόλεων, καὶ τῶν ὑπὸ τὰς μητροπόλεις ἐπισκοπῶν, καὶ τῶν ἐνοριῶν ἑκάστου πατριαρχικοῦ θρόνου, καὶ πῶς καὶ πότε συνέστη ἕκαστος πατριαρχικὸς θρόνος, καὶ περὶ τῆς τάξεως αὐτῶν, καὶ τῶν ἰδικῶν ἑκάστου ὀνομάτων, καὶ ποῦ λόγον ἐπέχουσι. Συνεγράφη δὲ ἔτει ,ϛχνα', ἰνδικτιῶνος ϛ' Πανευγενέστατε αὐθέντα μου, περὶ ἧς μοι ἔγραψας ὑποθέσεως, μέμνημαι, ὅτι ἐν τῷ καστελλίῳ Πανόρμῳ ὧν ἔγραψα πρὸς τὴν σὴν ἀντίληψιν, πλην οὐχ οὕτω πλατύτερον, ὡς νῦν ἠρώτησας· νῦν δὲ πολλά εἰσι τὰ ἐρωτηθέντα, καὶ χρεία λεπτοτέρας γραφῆς, καὶ διηγήσεως. Διὰ τοῦτο καὶ παντὸς πόνου καταφρονήσας (τοῦτο γὰρ ἐκ χρέους ἐστὶν ἀπαραιτήτου ὀφειλόμενον, τὸ ὁλοψύχως ἐκπληροῦν τὸ παρὰ τῆς σῆς μεγαλυπερόχου ὑπεροχῆς ἐπιτατόμενόν μοι μετὰ καὶ προτροπῆς τοῦ ἁγίου μου Πατρὸς), πειράσομαι διὰ βραχέων ὅσον τὸ κατὰ δύναμιν διὰ γραφῆς σαφοῦς παραστῆσαι πάντα τὰ ἐπιτεταγμένα μοι. *Commentarius concinnatus a Nilo Doxapatrio archimandrita, jussu nobilissimi magni regis Rogerii de quinque patriarchalibus thronis, et ilis subjectis archiepiscopatibus, et metropolitatibus, et qui metropolitatibus subduntur, episcopis, et diœcesibus uniuscujusque sedis patriarchalis. Et quomodo, et quando patriarchici throni instituti sunt, et eorum ordine, et propriis nominibus, et cujus locum teneant. Concinnatus est anno* 6651, *indictione sexta. Per quam illustrissime domine mi, de eo quod ad me scripsisti, argumento recordor me, cum in castro Panormo essem, ad tuam quæstionem rescripsisse, non ita tamen fuse, ut* [66] *nunc postulasti. Nunc vero quæ a te poscuntur pleraque sunt, indigentque scriptione exactiore et narratione. Propterea omni labore neglecto (hoc enim ex debito quod effugere nemo valet, tibi debetur, toto pectore ac animo explere, quidquid a tua præexcelsa eminentia mihi imponitur, et potissimum cum sancti Patris mei imperium accedat) conabor breviter, uti potero, scriptione plana, atque aperta commissa mihi omnia complanare.* Si Rogerii tempore nulli erant episcopi Græci in Sicilia, frustra de quinque patriarchalibus thronis, et eorum subjectus episcopis quæsivisset Rogerius: frustra enim eorum, quæ ad nos non spectant cognitio quæritur. Hic itaque Nilus cum de episcopis patriarchæ Constantinopolitano obnoxiis ageret, Syracusani in Sicilia meminit, cujus inter viginti et unum episcopos subjectos, secundo loco ponit Tauromenitanum. Illius verba in Syntagmate nostro de Ecclesiæ occidentalis, atque orientalis perpetua consensione lib. I posuimus. Primum enim locum Catania, secundum Tauromenium, tertium Messana occupat. Et antea dixerat suo ævo episcopatus a se numeratos, inter quos et Sicilienses fuere, quos ipse commemorat sub patriarcha Constantinopolitano fuisse Νῦν οὖν κατέχει ὁ θεοφρούρητος θρόνος Κωνσταντινουπόλεως ὃν ὁ πρωτόκλητος Ἀνδρέας ἐνίδρυσεν πρῶτος ἐπίσκοπον ἐν αὐτῷ καταστήσας της πόλεως ἔτι Βυζαντίου οὔσης, μέρος οὐκ ὀλίγον τῆς πόλεως καὶ τῆς Ἀσίας, καθὼς ἐξῆς δηλώσομεν. *Nunc igitur possidet a Deo custoditus thronus Constantinopolitanus, in quo adhuc cum esset Byzantium, primum vocatus Andreas primus instituit episcopum, partem non parvam Europæ, Asiæque, ut infra indicabimus.* Potuit ergo Theophanes Rogerii tempore Tauromenii episcopus esse, et coram Rogerio homiliam illam habere.

Quanam igitur ratione βασιλέως, illiusque titulis Rogerium regem præter Græcorum morem insignivit? Tyrannis Rogerii, ambitio, fastus; tum Græcorum subditorum adulatio, qui de eo bene mereri cuperent, id fecit. Solemne id fuit Græcis proprios dominos, non quibus illis debebantur titulis, sed multo amplioribus adornare, ut eos sibi simili titulorum liberalitate conciliarent. Et ne plura hic aggeram ex eodem, ex quo Scorsus contrarium constabilire conatur, a Nicela probatur, et constantissime Photius illis iisdem temporibus, quibus controversia hæc inter orientales atque occidentales agitabatur, imperatori occidentali, atque imperatrici, si sibi morem gererent, pollicetur se βασιλεῖς proclamaturum. Δώροις γὰρ λαμπραῖς ὅτι μάλιστα τὸν ῥῆγα Φραγγίας Λοδόϊχον, καὶ Ἠγιλβέρταν δὲ τὴν αὐτοῦ γαμετὴν, ὑποποιούμενος βασιλεῖς τούτους ἀνευφημεῖν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπηγγέλλετο, εἴγε συνεργήσειεν αὐτῷ πρὸς τὴν ἄτοπον ταύτην καὶ ἄθεσμον, ἐπιθυμίαν, καὶ τὸν δίκαιον ἄνδρα τῆς κατ' αὐτὸν Ἐκκλησίας βιαίως ἐξωθήσειεν. *Magnis eorum muneribus præcipue regem Francis Podoechum et Enbhilbertam ejus uxorem sibi propitios reddens, eos imperatores, βασιλεῖς, in urbe Constantinopoli* [67] *se proclamaturum pollicebatur, si sibi opem ferrent in hac re adeo absurda, et injusta, ut sanctum illum virum ab Ecclesia vi ejicerent.*

Si patriarcha in urbe Byzantii, reluctante, ac contendente imperatore, nomen hoc exteris tribuisset, quanto magis minor episcopus in propria diœcesi, tyranno, ac impio, et forte etiam ambitiose affectanti, extra urbem Constantinopolitanam? Ne quid de minoribus etiam principibus, qui hoc idem inter Græcos obtinuerunt, dicam, etsi serenitatis titulus præfecto urbi tributum est, quare id non potuit, et honestiori respectu Rogerio tribui? Concludam argumentum, si altero ejusdem ævi scriptoris testimonio probavero, Rogerium honorum similium ac dignitatum perquam cupidum fuisse,

nomenque imperatoris summopere captasse. His fuerit Joannes Cinnamus Historia librum III. Ῥογέριος δὲ ἐπειδὴ τοῦ κατὰ σκοπὸν ἔτυχε, πρέσβεις εἰς βασιλέα Ἰωάννην, ἔτι πριόντα πέμψας, ἠτεῖτο κήδους τοῦ ἐκ βασιλείων αἱμάτων ἐπὶ παιδὶ τεύξασθαι τῷ αὐτοῦ. Ἀλλ' οὔπω εἶχε τὰ τῆς πρεσβείας, καὶ Ἰωάννης τὸν βίον κατέλυσε. Μετὰ δὲ τινα χρόνον Μανουὴλ ἤδη τὴν αὐτοκρατορίαν διέποντος, ταυτὰ καὶ πάλιν πέμψας ἠξίου. Ὅθεν καὶ βασίλειός τις ἐπώνυμον Ξηρὸς εἰς Σικελίαν ἀφῖκτο, Ῥογερίῳ περὶ τούτου διαλεξόμενος. Ἀλλ' ἐκεῖνος χρυσίῳ κλαπεὶς παρ' αὐτοῦ ἀλλόκοτά τινα ὡμολόγει, ὧν δὴ κεφαλαιον ἦν τὸ ἐν ἴσῳ μεγαλείου Βασιλεῖ τε τοῦ λοιποῦ καὶ Ῥογέριον ἕσεσθαι. Ὅθεν δὴ τὰς μεγάλας ἀναῤῥαγῆναι ξυμβέβηκε μάχας. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν Ξηρὸς εἰς Βυζάντιον ἐπανιὼν τὸν βίον κατέστρεψε, δίκην οὔπω τῶν τετολμημένων δοὺς, βασιλεὺς ὅσα καὶ ἀθύρμασι ταῖς ἐκείνου πρεσβείαις προσεσχηκὼς, Ῥογέριον αὐτοῦ χαίρειν εἶα. *Rogerius vero, quæ ipse cupiebat assecutus ad imperatorem Joannem adhuc superstitem oratoribus missis ex imperatorio genere mulierem nuptum filio suo locare poscebat. Sed nondum legatio finem habuerat, et Joannes fato defungitur. Post aliquod tempus cum Manuel summam imperii administraret, hæc eadem rursus legatis missis postulabat. Hinc Basilius quidam cognomento Xerus Siciliam venit de his cum Rogerio tractaturus : sed auro a Rogerio seductus, absurda quædam ex se, atque immania concedebat, quorum caput erat in pari dignitatis gradu impositum cum imperatore Rogerium futurum. Hinc ingentia bella exorta sunt. Cum enim Xerus Byzantium rediens mortem obiisset, pœnis, quas ille meruerat ob ea quæ deliquerat, nondum persolutis, imperator illius legationibus veluti ludicris animum non advertens, res Rogerii minus, minusque impendio curavit.* Hinc quantum fieri debeat correctio illa de ῥόγου et ῥόγας prudens indicet lector. Et hæc quidem pro ætate Theophanis, et Metaphrastæ ad Scorsum.

Nunc ad Bollandum convertamus orationem. Postremis suis verbis Bollandus in me latenter stylum exacuit. Ignoscendum nempe esse Baronio, qui cum aliunde ætatem Metaphrastæ non haberet, laudationem illam in Metaphrastem Psello seniori adjudicavit: non item Allatio, qui cum eum posuerit sub Constantino Porphyrogenito, non perspexit Metaphrastem non potuisse laudari mortuum ab illo Psello; qui eum centum, ut minimum, annos antecesserat. [68] Vapulo, quod rei partem ignoraverim; quod partem sciverim, aliisque indicaverim, nullus sum? Metaphrastæ ætatem ignotam hactenus, et suspicionibus, iisque levissimis nixam, certam atque indubiam ipse primus signavi : neque propterea nimis mihi arrogo, quamvis aliquid id quoque sit, et ad refellendos hæreticos qui Vitis sanctorum tandumdem detrahunt, pietatemque que ex eorum lectione percipitur, constabilienJam, admodum necessarium. Et miratur Bollandus me tempora exactius non digessisse, et laudationem Metaphrastæ Psello seniori, qui centum annos antecesserat attribuisse? Ipse scripseram sub Leone et Constantino Metaphrastem, non sub Constantino, excluso Leone, ætatem ægisse, quod abunde supra probatum existimo. Sed quis vere dicet Psellum Metaphrastem præcessisse centum annos? Vixerit sub Theophilo Psellus, imo sub Leone Armeno, vivebat sub Leone sapiente Metaphrastes non adolescens, sed ætate matura, provectaque et dubio procul media. Numerant ab Armeno ad sapientem annos 73 ab Theophilo annos 65, si de defuncto Metaphraste sermo est, tum plane anni centum intercedant. Sed quis tam perspicam diem obitus Metaphrastæ certo signaverit? Constantini imperium longissimum fuit, et aliorum dominatione sæpius interruptum.

Scribit Bollandus, me in Diatriba de Psellis censere, *Panegyrim illum in Metaphrastem juniori Psello adjudicari nullo prorsus argumento. Auctorem illius orationis Psellum alterum esse, non Leonis philosophi magistrum, nunquam evicturos, qui contra sentiunt.* Videamus, quod ipse sentiam, cum de Baronio ad seniorem Psellum panegyrim referente tracto pag. 11. *Et nos ad quemnam Psellum oratio illa referri debeat, certo affirmare non possumus : conjectura, tamen eaque levissima ducimur hanc recentiorem esse illius auctorem: quod et plura scripserit in omni disciplina, et scriptorum omnium gloria celeberrimus fuerit. An vero senior ille aliquid scripto tradiderit, certo non constat.* Qui negat omnia, negat quoque Panegyrim illam senioris Psselli fuisse Et qui orationis illius auctorem in dubium in incertumque revocat, nihil de eo certo statuit; et qui potius ad recentiorem refert, seniorem excludit. Imo infra pag. 53 apertissimis verbis Psello juniori ascripsi. Sed dixi Panegyrim illam nullo argumento adjudicari Psello juniori, et alterum Psellum esse non Leonis Philosophi magistrum nunquam evicturos (Bollandus addit *qui aliter sentiunt*. Sed non Allatius, qui si quid addere vellet, adderet sine ulla hæsitatione) *hæreticos*, contra quos tum agebat, et Metaphrastem ex ætate Psselli panegyris auctoris contendebant esse recentissimum. Frustra enim operam sumerent, etiamsi id totis viribus conarentur. Licet enim argumentum Bollandi de ætate Pselli, qui ante Metaphrastem vita excesserat, gravissimum sit, mihi tamen ipsi concluderent, cum respondere possent eodem ipso ævo Constantini [69] Porphyrogeniti Psellum fuisse, vel eumdem Metaphrastæ encomiastem, vel alium omnino; certe Psellius Michaelis ducæ præceptor esse non potuit, et cum diversum a primo illo fuisse eviuci non posset, firmissimum quodammodo remanet, antiquissimum fuisse: et fuisse sub Porphyrogenneta Constantino ex latrico Pselli ad Constantinum Porphyrogennetam, cujus nob prœmii copiam fecerit doctissimus Melchior Incofer, et legitum in Vaticana bibliotheca, et alibi, de quo animadvertebam pag. 89. *Sive enim Constanti-*

num Porphyrogenetum primum, sive secundum, qui cum Basilio imperio præfuit, intelligas, Psellus auctor esse non potuit, quem sub imperio Alexii Commeni vivum adhuc deprehendimus, nisi tum primum et natum, et libros componentem dicere velimus; et tunc etiam vitam ejus ultra centesimum annum productam fateri cogemur. Itaque Psellus hic utcunque ille sit, impedit, ne Hæretici certum quid e seniore Psello, et auctore laudationis in Metaphrastem pronuntient.

Quonam ergo tempore vixit Psellus auctor laudationis in Metaphrastem? Parum id refert ad Metaphrastæ ætatem expiscandam, quæ aliunde et firmissimis argumentis habetur. Conferam tamen ipse nonnulla, ut rebus hisce exercitati et perspicacis ingenii viri determinent. Et ante alia propono auctorem ante illam laudationem alia quoque sui ingenii monumenta scripsisse. Εἰ γὰρ κἀμοὶ πολλὰ καὶ περὶ πολλῶν συγγράφεται· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι τοιοῦτον ζῆλον καὶ μίμησιν τὰ σπουδάσματα, ἀλλὰ λογίοις μὲν ἴσως ἀνδράσι φανήσεται περισπουδαστα, καὶ ζηλώσουσι ταῦτα διὰ τὴν λέξιν, καὶ τὸν ποικίλιον σχηματισμόν· καταφρονήσουσι δὲ οἱ πολλοί, ὅτι μὴ μέλον αὐτοῖς ζητημάτων, καὶ ἐννοιῶν ἀποῤῥητοτέρων. *Nam etsi a me multa quoque de multis scribuntur, non habent talem zelum, et commendationem opera: sed viris quidem fortasse doctis videbuntur digna, in quæ studium conferatur, et ea æmulabuntur propter dictionem, et varias figuras: multi autem contemnent, quod non sit eis curæ quæstionis et sententiæ nimis arcanæ.* Alterum est Michaelem Psellum, cujus mula circumfereuntur in quocunque argumenti genere monumenta, sub Constantino monomacho, et disciplinis et dicendi gloria floruisse. Hoc adeo perspicuum est, ut nihil divinatione opus sit: ipsius enim orationes post nonnullas alias, et laudationem in Metaphrastem exstant aliæ orationes in codice meo satis antiquo, quem mihi post Diatribam meam de Psellis, licet lacerum, madore infirmatum, tineisque depastum conquisiveram. Orationum initia in Diatriba prætermissa afferam. Primæ initium tribus lineis mutilum est. Διδόασι γὰρ ὑποψίαν ὧν οὐχὶ τὸ ἑκάστου. Secundæ, Ἔδει ποτὲ, θειότατε βασιλεῦ, τὴν πάντα κρίνουσαν φιλοσοφίαν. Tertiæ, Ὦ βασιλεῦ ἥλιε, καὶ τίς ἂν με καταιτιάσαιτο ταύτην σοι προσφυῶς τὴν κλῆσιν. Quartæ, Ὦ βασιλεῦ προσθήκης ὥπερ καὶ συναφῆς, καὶ μόνε τῶν ὄντων ἀπαράμιλλε. Quintæ, Μὴ θαυμάσῃς, ὦ βασιλεῦ, εἰ πλείστων λογίων ἀκροασάμενος. Sextæ, Μίγιστε βασιλεῦ, τον ὁρατὸν τοῦτον κόσμον, τὸ μέγα τοῦ Θεοῦ δημιούργημα. Septimæ. Ὡς ἐκ τοῦ βασιλέως τοῦ μονομάχου [70] πρός τινα σοφὸν κανηχούμενον. P. Ἀνέγνων τὸ γράμμα σου, λογιώτατε καὶ σοφώτατε, καὶ τῷ ἀμυθήτῳ κάλλει. Præterea hæc scripsisse Psellum ætate adulta, et annis minimum quadraginta natum, colligo ex ejusdem ad Monomachum oratione secunda, qui satis confidenter apud ipsum imperatorem asseverat, non tantum dicendi autem, sed reliquas disciplinas omnes ingenuas jam deperditas sua industria, et diligentia fuisse restitutas. Ὁρᾷς, ὦ θειότατε βασιλεῦ, τὸν ἱερὸν τοῦτον καὶ φιλόσοφον σύλλογον; τῆς ἐμῆς γεωργίας γεννήματα σύμπαντες. Πάντες ἐκ τῶν ἐμῶν νομάτων πεπώκασι, καὶ τῆς ἐμῆς πηγῆς ἀπηρύσαντο, καὶ νῦν ἠκόνηνται μὲν καὶ πρὸς ῥητορείαν τὴν γλῶσσαν, οὐχ ὥστε μόνον διαιρεῖν ἐπιχειρεῖν τε, καὶ περιεργάζεσθαι καὶ διαφόροις ἰδέαις τὸν λόγον κατακοσμεῖν, ἀλλ' ὥστε καὶ πράττειν συστάσεις προβλημάτων· καὶ τὰ ἑξῆς. *Vides, o divinissime imperator, sacrum hunc, vereque philosophum cœtum. Omnes sunt meæ culturæ fœtus et germina; omnes ex meis laticibus adbiberunt, et ex meo fonte hauserunt: et nunc quidem lingua ad artem dicendi prompti sunt, et parati, non tantum ut dividant, argumenta ducant, curiose elaborent, et variis idearum formis orationem perficiant, sed ut et problemata construant,* etc. Et infra? Καὶ τὴν μὲν φιλοσοφίαν σβεσθεῖσαν αὐτὸς ἀνῆψα. Δεῖ γὰρ ἐν καιρῷ καὶ παῤῥησιάσασθαι. *Et exstinctam quidem philosophiam ipse, ut novo lumine illuceret, effeci; necesse est enim cum occasio sese offert, suas quemque laudes libere proferre.* Qui artes exstinctas restituit, illisque restitutis ita alios promovet, ut eas commode quoque pertractare possint, ea ætate censetur omnino, qua et puerilia nugamenta, et adolescentum morosas illecebras, primosque etiam ætatis virilis impetus firmiore ætate evitavit, qui plane minor quadragenario non est. Et ut melius ætas Pselli hujus dignoscatur, ex aliis quoque ipsius orationibus proferam, quæ sententiam nostram etiam contra moroses disputatores firmabunt. Oratione funebri in Joannem Xiphilinum patriarcham: Ὅσον ἐγὼ πὲν πρὸς τὴν τέχνην τῶν λόγων, καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἀπένευσα, καὶ μαθημάτων ἡψάμην, οὐ παρ' ἄλλου λαβών· ἔσβεστο γὰρ αὐτοῖς ὁ πυρσός· ἀλλ' ἐγὼ αὖθις τοῦτον ἀνάψας, καὶ τοῖς πόθοῦσι διαπυρσεύσας. Et, Ἐντεῦθεν παραλαμβάνω μὲν ἐγὼ τὸν νοῦν εὐφημούμενος, καὶ πρῶτος προσπελάζω τοῖς προπυλαίοις οὐκ ἀπονητὶ, οὐδ' ἄνευ δοκιμασίας καὶ κρίσεως, ἀλλὰ πρῶτον δοκιμασθεὶς, καὶ βασανισθεὶς ἐπὶ παντὶ λόγῳ, ἐπὶ πολλαῖς κρίσεσιν, ἐπὶ τοῖς αὐτοσχεδίοις συγγράμασιν, καὶ οὕτως συμπιεσθεὶς πρὸς τὴν εἴσοδον ὧν μόλις που τὸ πνεῦμα ἀνακαλέσασθαι. *Et ego quidem ad artem dicendi, et disciplinas philosophicas animum applicui, et mathemata attigi, non aliis mihi tradita: lumen enim eorum exstinctum evanuerat. Sed ipse denuo illud accendens, qui similium desiderio tenebantur, illis præluxi.* Et, *Hinc ego præoccupo, laude ingenii celebris, primusque vestibulis admoveor, non sine labore, non sine probatione et examine, sed primum in omni dicendi genere examinatus approbatusque, tum denique hac ratione introitus earum rerum concessus est, per quas mihi nec respirare quidem licebat.* Sermo est de imperio Monomachi. Multum temporis ætatisque [71] humanæ non minima pars in similibus absolvendis consumitur: siquidem homines sunt quæ in istis se exercent, perficiunturque.

Nam excipi videtur heroum illud genus. Josephus Scaliger, qui in musæo abditus inclususque, quod ex aliis non potuerat, se magistro didicit, et vix delibatis conjugationibus Græcis Homerum cum interpretatione arreptum, uno et viginti diebus totum didicit : poeticæ vero dialecti vestigiis insistens grammaticam sibi ipsi formavit: neque ullam aliam didicit, quam quæ sibi ex analogia verborum Homericorum observata fuit. Reliquos vero poetas Græcos omnes intra quatuor menses devoravit. Nescio an citius se expediisset, si in vastam illos voraginem simul colligatos projecisset. Immani fauces diductæ hiatu, quas tam operosus, indiscretusque bolus non strangulavit, sed de his alii dicent: ipse nequeo satis decernere. Addam tantum modo Psellum nostrum, quamvis et ingenii acutissimi fuerit, et memoriæ tenacissimæ et nunquam intermissi laboris hominem fuisse, nec supra quam ferant vires humanæ potuisse; quare cum tempore et ætate in studiis, et comparanda prudentia profecisse, et hæc, quæ ex ipso retulimus, non alia quam dicta ætate attentasse, ausisseque. Pervenisse etiam ad Romanum Diogenem ex ejusdem ad alios et eumdem orationibus, certissimum fit. Quare eum imperia Basilii Junioris, et Constantini Porphyrogennetæ, sub quo Metaphrastes florebat, nepotum circa annum millesimum natum non incongrue dixerimus; potuisseque commode ab iis, qui defunctum Metaphrastem viderant, quæ in ejus obitu evenere, audire, et aliis scripto tradere. Quemadmodum ego jam fere sexagenarius multa a senioribus, qui viderant, adolescens audivi ante centum annos gesta. Neque id implicat ætati meæ, quam ago; neque tempori quo hæc scribo. Quare nec est alius Psellus junior quærendus, qui laudationem illam scripserit. Quid de Psello præfante in Dioptra Philippi sentiendum sit, abunde dixi in Diatriba mea de Psellis.

Nimis tandem subtiliter explicantur verba Pselli; dum narrationem ore factam cum ea, quæ scripto traditur confundimus. *Ita loquimur, dicere aliquid Ciceronem, Livium, Tacitum, non quasi ii tunc vivant, sed quia omnis ætatis hominibus illorum scripta loquuntur.* Ut taceam cogit reverentia viri, quem ob doctrinam singularem, et laborem immensum summopere suspicio. Plura posse dicere satius est, quam dicere. His quoque refellitur sententia Petri Lanselii disputatione apologetica de sancto Dionysio, atque ejus scriptis, temere decimo sæculo Symeonem Metaphrastem ponentis : namque cum initio noni Metaphrastes esset, ut supra probavimus, ætate provectiore, non potuit decimo supervivere, nisi eum centenario majorem vitam obiisse dicamus. Nullus interim, ut id quoque notem inter Hæreticos cautius locutus est, et rem acu tetigit, ut proverbio fertur, [72] quam Franciscus Goduvinus de Præsulibus Angliæ cop. 1. de Conversione Britanniæ. Metaphrastes, *octingentis et amplius annis post obitum D. Petri vixit, circa annum videlicet* A *salutis* 900. Et de ætate Metaphrastæ hæc satis multa.

His etiam patet, quam absurde ii agant, qui ex uno Metaphraste duos faciunt: quamvis enim Metaphrastæ cognomen a posterioribus Græcis aliis doctis hominibus, et illis potissimum qui Vitas sanctorum non bene consulas, neque aliquo dicendi decore conspicuas, nova dicendi forma novaque figurarum structura a rure et agris in elegantissimas civitates, ut cum aliis civibus viverent, deduxerunt, ut in Constantino Acropolita factum vidimus, attamen dum de Symeone sermo est, solo Metaphrastæ cognomine contenti fuere cum aliis communicant, τοῦ νέου, Junioris addere consueverunt. Quemadmodum itaque absurdum Metaphrastem duplicare, ita ex Symeone novo Theologo, B sive juniore et Symeon Metaphraste unum facere Symeonem, quod suspicatur Gretserus, absurdissimum fuerit. Suspicatur enim ipsissimum Metaphrastem esse Symeonem illum Juniorem Theologum, cujus Orationes de moribus Christianis et monasteriis vertit ex Græco Pontanus et publicavit. Vult dictum Juniorem Theologum respectu antiquioris Gregorii Nazianzeni, qui Theologi nomen adeptus fuerat. Subdit in Indice Bibliothecæ Vaticanæ in cod. 38, legi : Τοῦ Μεταφραστοῦ κυροῦ Συμεὼν τοῦ νέου Θεολόγου περὶ προσοχῆς. *Metaphrastæ Domini Symeonis novi, seu junioris Theologi de Attentione.* Vides eum, qui junior Theologus est, nominari Metaphrastem? Nec obstare, quod Psellus alia C ejusdem scripta non recensuerit, nec monachatus meminerit; nam Psellus satis habuit historica sanctorum volumina attingere, et brevitati studens non omnia de ea, quæ poterat, sed quemdam adducere voluit; testarique idipsum encomium valde et rebus, et verbis concisum. Poterat plures alios manuscriptos codices cum ex Vaticana, tum ex aliis bibliothecis adducere, qui Metaphrastem novum Theologum nominant. Συμεὼν τοῦ Μεταφραστου καὶ νέου Θεολόγου κεφάλαια ἕτερα. *Symeonis Metaphrastæ, et junioris Theologi capita alia.* Τοῦ Μεταφραστοῦ, ἢ νέου Θεολόγου περὶ ἀρχῆς βίου τοῖς ὀρχαρίοις μοναχοῖς. *Metaphrastæ, sive novi Theologi de principio vitæ Archuriis monachis.* Ante Gretserum, Metaphrastem cum hoc novo Theologo confudisse visus est Josephus Methonensis Apologia D pro synodo Florentina contra Marcum Ephesium, Καὶ Συμεὼν δὲ ὁ νέος Θεολόγος, ὁ καὶ Μεταφραστὴς καλούμενος. *Et Symeon novus Theologus, qui et Metaphrastes dicitur.* Sed Gretserum exscriptorum incuria nihil juvat nec dictum Methonensis aliis intenti prolatum temere. Obstat, ne hi duo unus sint, ætas utriusque longe diversa ; vitæ institutum varium, officii dignitas non eadem. Impedit denique dicendi forma, modus, orationis structura, reliqua, quæ nos cum de Symeone hoc novo Theologo agemus, post nostrum Metaphrastem examinabimus.

[73] Scripsit Metaphrastes Vitas sanctorum, Scri-

ptiones sive ab ipso, sive ab aliis vocatæ sunt *Metaphrases*. Psellus in Acrostichide canonis in eumdem: Μέλπω σε τὸν γραψαντα τὰς Μεταφράσεις. *Canote, qui Metaphrases scripsisti.* Ode 4 : Γραφαις ἐσχόλαζες θείας, ὅσιε, καὶ ἁγίων τοῦ βίου ἰχνηλατῶν τούτων τὰ παθήματα. καὶ τοὺς ἀγῶνας ἐξύμνεις ταῖς σοφαῖς σου Μεταφράσεσιν. *Scripturis incubebas divinis confessor, et sanctorum vitas vestigans, horum passiones, et certamina laudabas sapientibus tuis Metaphrasibus.* Dictæ quod ex una phrasi, dicendique modo in alium delatæ sunt. Hinc ipse postea sub Metaphrastæ nomen posteris innotuit. Sic maxime fallitur Lipomannus scribens, Metaphrastem nostrum Vitas sanctorum ex diversis auctorum libris in unum volumen redegisse; quæ alicujus viri titulo erant inscriptæ, eas sub suo titulo reliquisse ; rudi et inculto stylo descriptas multis laboribus et sudoribus exornasse, et eruditione sua expoliisse; quæ a nemine scriptæ fuerant, sed quasi per manum, et traditionem a Patribus acceptæ, et pro veris habitæ, has ipsum eleganti stylo et condito descripsisse, et legendas Ecclesiæ proposuisse. Nam Symeon laborem omnem ad se assumpsit, et sive Vitæ illæ auctorem præferrent, sive rudi stylo congestæ lectorem deterrent, eas re semper immota manente suo stylo circumvestirit, ut eodem omnes decore, unoque genio fideles ad sui lectionem allicerent. Symeonis Stylitæ Vitam scripserat rudi sermone Antonius illius discipulus. Theodoretus elegantissimo ; non contentus tamen Metaphrastes, suis eam luminibus de novo adornatam in publicum ire jussit. Stephanus Byzantinus jussu Epiphanii Vitam sancti Stephani junioris collegit, et edidit, et Metaphrastes illius conscribendæ denuo laborem suscepit. Possem alias innumeras hic afferre; rudiori stylo conscriptas non correxit, neque in aliquibus mutato stylo perpolivit, sed omnes ex integro, ut de aliis fecerat, suo ipse modo digessit. Multas etiam ex traditione acceptas, et quæ sola memoria hominum fluctuarent, in seriem et ordinem redegisse, non est a verosimili alienum.

Et ne tantum opus tanquam levi brachio actum, et negligenter procuratum condemnes ipse, aut negligas, audi curam et sudium ; sumptus etiam immanes ad id collatos, et auxilia aliorum, ac subsidia implorata, et fidem etiam, quæ in rebus majoribus administrandis adjuvant plurimum, et lege ex Psello in eumdem Symeonem oratione. Φασί γέ τοι μηδὲ ἐκ παρέργου τοῦτον ἧφθαι τοῦ πράγματος, μηδὲ αὐτὸν προθέμενον εἰ μὴ ὅσον βούλεσθαι. Βασίλειοι δὲ τοῦτον παρακλήσεις ἐπὶ τοῦτο πρόσηνεγκαν, καὶ οἷς ἐφροντίζετο λόγος, καὶ σύνεσις. Καὶ ἦν αὐτῷ ἡ παρασκευὴ ἐξ ἑτοίμου, κύκλος τε οὐ βραχὺς τοῦ τε πρώτως ἐνσημαινομένων τὴν λέξιν, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα τιθέντων. Καὶ ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, ὁ μὲν τὰ πρῶτα ποιῶν, ὁ δὲ τὰ δεύτερα, καὶ ἐπὶ τούτοις οἱ τὰ συγγεγραμμένα ἐξακριβούμενοι· ἵν' ὅτι τοὺς ὑπογραφέας λάθοι, πρὸς τὴν ὑποκειμένην διορθώσωνται ἔννοιαν. Οὐ γὰρ ἐνῆν αὐτῷ διὰ τὸ πλῆθος τῶν συγγραμμάτων, πολλάκις τὰ αὐτὰ ἀνακυκλεῖν τε καὶ ἐφορᾶν. Ἀλλ' εἰ καὶ πολὺς [74] ὁ κάματος καὶ ἡ φροντὶς περιττοτέρα τοῦ δέοντος, ἦ μᾶλλον πρὸς τοῦτόν δὴ ἀξιόχεως, ἀλλ' ὅγε στάχις ἐνεικήκει μακρῷ τὴν σποράν, καὶ τὸ λῆϊον, οἷον οὐδέπω καὶ τήμερον. Εἴτε καὶ μηδὲν ἄλλο τῷ ἀνδρὶ διεσπούδαστο, μηδὲ ἀποχρῶντα τὰ ἄλλα σύμπαντα, καὶ καθέκαστον πρὸς ἀφορμὴν εὐφημίας ἀρκοῦν· ἀλλὰ τόγε τοιοῦτον ἐλέσθαι σπούδασμα, καὶ οὕτως καταπράξασθαί τε καὶ ἀκριβώσασθαι, αὐταρχες ἀντὶ παντὸς ἄλλου πρὸς ἐγκώμιον τῷ ἀνδρί. *Porro autem dicunt, non leviter et quasi aliud agentem, hanc rem esse aggressum; neque ipsum id sibi proposuisse, ut faceret quantum vellet, sed imperatoris adhortationes eum ad hoc adduxerunt, et ii, quibus cura esset doctrinæ et intelligentiæ: et promptus ei fuit apparatus, sed non parvus orbis eorum qui primo dictionem notis excipiebant, et eorum qui postea transcribebant: et alius post alium quidem primo faciebat; hic vero secundo scribebat, ei post hos alii, qui que scripta fuerant pulchre intelligebant; ut quod scriptores latuerat, ad propositam corrigerem sententiam. Nam propter scriptionum multitudinem, non licebat ei sæpe eadem revolvere et videre: sed etsi fuerit ingens labor, et major quam par esset sollicitudo, imo vero digna quæ in hoc adhibeatur, sementem tamen longe vicit spica et seges, qualis nondum fuit usque in hodiernum diem. Quoniam etiamsi nihil aliud viro illi fuisset elaboratum, et non alia omnia, quæ nobis singula sufficiunt ad laudem conciliandam, opus tamen tale incœpisse, et id tam pulchre eflectum reddidisse, viro cuivis ad laudem sufficiat.* Qua autem de causa rem tantam in se susceperit Metaphrastes, non ab alio, quam ipso Psello petenda est. Οἱ δὲ πρὸ τοῦ θαυμασίου τούδε ἀνδρὸς ἐνταῦθα τὰς ἐκείνων πράξεις ἀναγραψάμενοι, οὓμενοῦν τῆς μεγαλοπρεπείας ἐκείνων ἀφίκοντο. Ἀλλὰ τὰ μὲν αὐτῶν κατεψεύσαντο, τὰ δὲ μὴ δυνηθέντες κατάλληλα θεῖναι, ἄκομψον ἐκείνοις τὸ ἀγαθὸν καὶ ἀφιλότιμον συγγεγράφασιν, οὔτε καλὴν ὑποθέμενοι ἔννοιαν, οὔτε μὴν εὐπρεπέσι κατακοσμήσαντες λέξεσιν, οὐδ' ἀκριβῶς ὑπογράψαντες, οὔτε τὴν τῶν κολασάντων βαρύτητα, οὔτε τὴν τῶν μαρτύρων πρὸς τὰς ἀπακρίσεις πυκνότητα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀσκηταῖς τὴν ἄσκησιν ἐλιβδήλωσαν, ἀφελῶς αὐτοῖς, καὶ ὥσπερ ἐκ τοῦ παρατυχόντος τὰ ἐσπουδασμένα διεξιόντες. Ἔνθεν τοι οἱ μὲν οὐδὲ ψιλὴν ἑκατέρουν τὴν τῶν ὑπομνηματισθέντων ἀνάγνωσιν, τοῖς δὲ καὶ γέλωτος ἀφορμὴ τὰ λεγόμενα ἐγνωρίζετο, καὶ τὸ τῆς συνθήκης δὲ ἀκαλλὲς, καὶ τὸ τῆς ἐννοίας, καὶ τὸ τῆς λέξεως εὐτελὲς, ἀγλευκὴ τοῖς ἀκούουσιν ἦν, καὶ ἀπηχθάνοντο μᾶλλον, ἢ προσίεντο. Καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς ἀναγραψαμένοις διεκωμῳδεῖτο ἡμῖν τὰ θαυμάσια τῶν τοῦ Χριστοῦ θεραπόντων ἀγωνίσματά τε καὶ τροπαια. Καὶ ξύμπαντες μὲν διελοιδοροῦντο σαφῶς τοῖς συγγράμμασιν· ἀντεισενεγκεῖν δὲ τούτων τὰ κρείττονα, οἱ μὲν δι' ὄκνον ψυχῆς, οἱ δὲ ὡς τελειότατον σπούδασμα, καὶ ὡς μηδὲ βίος ἂν ὅλος ἀνδρὸς ἐξαρκέσειεν, οὔτε βουλομένοις δύναμίς οἱ προσῆν, οὐτε δυναμένοις βούλησις. Αλλ' οὐχὶ καὶ ὁ θαυμάσιος Συμεὼν ταυτὸν ἐπεωνόθει τούτοις· ἀλλὰ μέχρι

τοῦ μέμψασθαι τοῖς γεγραμμένοις συμπροῖών αὐτοῖς, ἔπειτα περαιτέρω προδέδηκεν, καὶ θαῤῥεῖ τι πρᾶγμα νεανικὸν, μᾶλλον δὲ εὐτυχὴ πρᾶξιν, ἣν οὐδεὶς τῶν πάντων εὐτύχηκε. Δι' ἧς ἐκεῖνός τε περιφανέστερος τῶν ἁπάντων ἐλλογίμων ἐγένετο, καὶ τῷ τε Θεῷ τὰ κάλλιστα τῶν ὄντων ἀφωσιώσετο, καὶ τοὺς τῶν μαρτύρων ἀγῶνας, καὶ ῥόμους, τάς τε τῶν ἀσκητῶν ἐγκρατείας, καὶ καρτερίας ἐκάλλυνέ τε καὶ κατεκόσμησε, καὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις [75] προσενεγκὼν εὔτοιαν, τὰ παρὰ πάντων ἀντείληφε. *Qui autem ante hunc beatum virum res gestas illorum scripserunt, non erant illorum assecuti magnificentiam ; sed partim quidem de iis erant mentiti, partim autem cum non possent rebus eorum respondentem afferre orationem, bonum illi conscripserunt, quod nec esset ulla de gratia ornatum, nec laude prosequendum ut qui ne pulchram tribuerint sententiam, nec cum verbis maxime decentibus, neque accurate descripserint, neque sævitiam et atrocitatem eorum, qui punierunt, neque martyrum in dandis responsis prudentiam; quin etiam monachorum adulterarunt exercitationem, simplicius, et quasi temere, et ut accidit, referentes, quæ studiose ab illis facta sunt. Hinc factum est ut nonnulli ne legere quidem sustinerent ea, quæ erant litterarum mandata monumentis : aliis autem eo quæ dicebantur, præberent ridendi materiam: et compositionis inelegantia, sententia absurda et nulla consequentia, et dictio vilis et abjecta, erant iis, qui audiebant, insuavia, et odio habebantur potius, quam admittebantur; et propter eos qui conscripserant nobis, ludibrio habebantur admirabilia Christianorum certamina atque tropæa : et omnes quidem aperte semper insectabantur maledictis, eorum autem loco afferre meliora, aliis quidem propter eorum socordiam, aliis autem, ut quod est opus perfectissimum et maximi studii, et cui nec tota quidem viri vita sufficerit : neque vires aderant volentibus, nec iis qui poterant, voluntas: sed non etiam admirabilis Symeon eodem modo quo ii fuit affectus; sed cum eis procedens ad reprehensionem, deinde processit ulterius, et juvenile aggrediens facinus, vel felicem potius actionem, quam nullus omnium gessit feliciter, per quam ille evasit clarior omnibus qui erant ubique eruditis, et Deo consecravit eo quæ sunt omnium pulcherrima ; martyrum certamina et cursus, et monachorum abstinentiam et patientiam ornavit et decoravit et eamdem quam illi adhibens benevolentiam, etiam gratias vicissim accepit ab omnibus.*

Non ita tamen adeo severe se gessit, ut omnes, omnium sanctorum Vitas et laudes ante se ab aliis probatissimis auctoribus scriptas rejecerit, et factis, decretisque jugulaverit ; sed falsas, aut nequiter compositas, veluti indignas, quæ a piis legerentur voluntaria oblivione contrivit : ab aliis errata aliorum codicium, vel scriptorum fide correxit, suoque stylo exornatas edidit ; aliarum rem integram, nihil de sententia immutans suo sermone exornatus digessit : quæ tandem erant optime scriptæ, nec sua ope indigebant, ita eas inter suas elucere, veluti sidera, lapidesque pretiosos reliquit, quibus et suæ celebriores fierent et piis hominibus, populoque acceptiores. Hinc frequenter inter ejus volumina occurrunt orationes, et encomia in varias festivitates aliorum ; inter eos præcipui habentur Athanasius patriarcha Alexandrinus, Basilius Magnus Cæsariensis, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Joannes Chrysostomus, Basilius Seleuciensis, Amphilochius Iconiensis, Ephræm Syrus, Ephræm [76] Chersonensis, Antipater Bostrorum episcopus. Cyrillus Alexandrinus, Epiphanius Cypri, Joannes Damascenus, Georgius Nicomediensis, Pantaleo diaconus et cartophylax Magnæ ecclesiæ, Theodorus Studites, Andreas Cretensis, Proclus patriarcha Constantinopolitanus, Leontius Bysantius, Leontius Hierosolymitanus, Procopius diaconus et chartophylax, Gregorius Neocæsariensis, Germanus patriarcha Constantinopolitanus, Asterius Amaseæ, Sophronius patriarcha Hierosolym., Timotheus Hierosolymit. et alii.

Sed quasnam Metaphrastes Vitas sanctorum conscripsit? Hoc vero difficillimum est discernere. Nec alius poterit, nisi qui similes Vitas Græce percurrerit, et orationem, et lumina in dicendo Symeonis optime calluerit. Nam id ex Latinis expiscari stultissimum fuerit, quod continget difficilius, quod nondum capio qua causa id factum sit, cum in aliis orationibus et Vitis, auctorum ut plurimum nomina præfigantur ; in his, quas Symeon descripsit, nunquam aut raro prænotatum inveniatur. Hinc viri de antiquitate ecclesiastica bene meriti Vitas sanctorum, quæ auctorem sibi præscriptum non præferunt, omnes non sine erroris atque inscitiæ nota Symeoni vindicarunt, quæ vere Symeonis non sunt. Vindicantur tamen Symeoni, et veluti Symeonis germanæ evulgantur a Surio, et Lippomano, et aliis Latine tantum, *Mense Januario* 1, Sancti Basilii, Euphrosynes Alexandrinæ. 5, Apollinaris virginis. 7, Luciani martyris. 9, Polyeucti martyris, Juliani martyris, et sociorum. 10, Marciani presbyteri. 11, Theodosii cœnobiarchæ. 13, Hermyli et Stratonici martyrum. 15, Joannis Calybitæ. 22, Timothei apostoli, Vincentii levitæ et martyris, Anastasii Persæ. 23, Clementis Ancyrani episcopi, Joannis Eleemosynarii. 25, Eusebiæ, quæ cognominata est hospita. 27, Joannis Chrysostomi, 28, Jacob Eremitæ. 31, Cyri et Joannis, Melanæ Romanæ. *Mense Februario.* 1, Ignatii episcopi, martyris, Pionii presb. mart. Ephræmi Syri. Tryphonis. 3, Blasii Episcopi, sancti Isidori, Agathæ virginis. 6, Faustæ, Euelasii, et Maximinæ. 8, Evagrii et Mariæ ejus filiæ. 9, Nicephori martyris. 13, Martiniani anachoretæ. 14. Auxentii abbatis. 16, Onesimi martyrium, Julianæ. 18, Leonis et Paregorii martyrum. 19. Auxibii archiepiscopi Selensis. 20, Jadoth episcopi, et sociorum martyrum. 27, An-

pita sancti et Deiferi Patris nostri Macarii Ægyptii, ex illius sermonibus paraphrasi exposita a Logotheta Metaphraste. P. Χάριτι μὲν καὶ ὡρεᾷ τοῦ Πνεύματος θείᾳ ἕκαστος ἡμῶν τὴν σωτηρίαν πορίζεται, πίστει δὲ καὶ ἀγάπῃ, ἀγῶνί τε προαιρέσεως αὐτεξουσίου τοῦ τελείου μέτρου τῆς πνευματικῆς ἡλικίας ἐφικέσθαι δύναται. Horum capitum Macarii a Metaphraste metaphrasi exornatorum mentio fit in eclogis testimoniorum Patrum adversus Barlaamum et Acindynum et eorum hæreses. Subnectebantur in eodem Codice : Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Μακαρίου κεφάλαια ἕτερα ὠφελείας πάσης πεπληρωμένα μϛ'. *Ejusdem sancti Macarii alia capita perquam utilia quadraginta quinque.* P. Πᾶσα ἡ εὐαρέστησις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ διακονία τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς λογισμοῖς ἐστιν. Σπούδασον οὖν ἔνδον. Ab eodemne Metaphraste paraphrasi et ipsa explicata? Ego puto : alii certius determinent. Sic eodem ipso tempore non alio scopo Leo imperator edidit, Οἰακιστικὴν ψυχῶν ὑποτύπωσιν. *Gubernatricem animarum Hypotyposim*, Capitibus CXX comprehensam.

Scripsit item Epistolas ad diversos, ex quibus penes me sunt novem. P. Ὡς εὐστόχως. Eæ sunt satis compositæ et accuratæ, publicabunturque a me, si Deus dederit, aliquando, una cum Nicolai patriarchæ Constantinopolitani, Theodori Metropolitæ Nicæni, Photii Patriarchæ Constantinopolitani, Demetrii Cydonii, Nicetæ Magistri, Manuelis Palæologi, et aliorum Epistolis.

Carminibus quoque operam impendit, iambicis et politicis potissimum, quibus mores hominum componebat, pietatemque adaugebat. Eorum specimen supra habes ex iis, quæ supra inter illius preces signavimus. Nunc nonnulla apponemus, tum ut hominis ingenium ferax, expertumque agnoscas, tum ut ab imperitis similes antiquitatis opes propter sui molem exiguam, interitui obnoxiæ per me conserventur posteritati.

I.

Alphabetum domini Symeonis et logothetæ cursus (a).

Ab oculis Deo Creatori lacrymas, cordisque una ærumnas, animæ autem pœnitentiam offero.

Quæ voluptatis gratia feci, nunc cor transfodiunt, siquidem carnis voluptates cruciatus animo pepererunt.

Proclive est, probe scio, genus humanum ad peccatum ; ego autem, proh dolor! brutorum instinctum sum prætergressus.

Adeste, animæ benignæ, lacrymarum fontes vivos effundite ; nam gravia commissa sunt offendicula.

Sed audacius proloquar. Si penes te, Christe, sanctitas peccatorum sordes superat, jam mihi securrito.

Ut est melius mori quam sic peccatis obrutum vivere! quanto melius erat non nasci!

Levavi ad te, Domine, oculos mentis, nequidquam, misericordiæ spe ipsa destitutus.

Mortis imago terret mortales ; me quæ post mortem erunt, majori etiam formidine percutiunt.

Respice, Verbum, animæ meæ pravitatem; auxiliator : mihi sis propitius.

Reos punire tibi haud volupe ; imo salvare me magis gratum. His me consolor.

Leo crudelis me aggressus est, quærens animam meam perdere. Ecce ore improbo ruit. Porrige manum tuam salvatricem.

Tu solus sine peccato es, Christe Patris unigenite.

Ego autem actiones tenebrosas patravi, lucis opera perosus : quare crassæ me obvolvunt tenebræ.

Tu quidem facta verbaque mea reprobas; si tamen me reprobatum salvas, dicam te sospitem meum.

Quando peccatorum meorum multitudinem supputo, ob instantem pœnam metu excrucior!

Multos per gradus gloria tua incedit, per multos castigatio etiam tua : quomodo supplicia isthæc portabo?

(a) Interpretationem Latinam addidimus, EDIT.

Α'.

Ἀλφάβητον τοῦ κυροῦ Συμεὼν καὶ λογοθέτου τοῦ δρόμου.

Ἀπὸ βλεφάρων δάκρυα, ἀπὸ καρδίας πόνους,
Ἀπὸ ψυχῆς μετάνοιαν προσφέρω σοι τῷ Κτίστῃ.
[133] Κέλη μοι νῦν γεγόνασιν αἱ φιλήδονοι πράξεις·
Ἡδοναὶ μετεσσράφησαν εἰς χαλεπὰς ὀδύνας.
Γένος βροτῶν εὐόλισθον, οἶδα, πρὸς ἁμαρτίαν·

Ἀλλ' ἐγώ, φεῦ! παρέδραμον καὶ τὴν ἄλογον φύσιν.
Δεῦτε, ψυχαὶ φιλάνθρωποι, δεῦτε δακρύων ὄμβρος,
Ἀπὸ ψυχῶν κενώσατε, πολλῶν θρήνων ἄξιαι.
Ἐρῶ τι καὶ θρασύτερον· Εἰ νικᾷ σοι χρηστότης,
Χριστὲ, κακίαν ἄμετρον, ἐπ' ἐμοὶ νῦν φανείτω.
Ζῆν οὕτως ἁμαρτάνοντι τὸ θανεῖν πόσον κρεῖττον!
Ὦ καὶ μᾶλλον συνέφερεν ὅλως μὴ γεννηθῆναι.
Ἦρα πρὸς σὲ τὰ ὄμματα, Δέσποτα, τῆς καρδίας·
Κράζοντι πικρῶς ἔλεον, ἐξέλιπον ἐλπίδες.
Θανάτου τὸ μνημόσυνον πικρόν τι τοῖς ἀνθρώποις·
Ἐμὲ τοῦ τέλους πλέον δὲ, τὰ μετὰ τέλος τήκει.
Ἰδὼν ἴδε τὴν κάκωσιν τῆς ἐμῆς ψυχῆς, Λόγε,
Καὶ συμπαθῶς ἐπίστηθι, καὶ μὴ ἀντιπαρέλθῃς.
Κολάζειν, οἶδα, Δέσποτα, γνώμην οὐκ ἔχεις ὅλως,
Χαίρεις δὲ μᾶλλον σώζων με. Τοῦτό με θάλπει μόνον.
Λέων πικρὸς ἐπέστη μοι, λέων ὁ ψυχοφθόρος
Ἤνοιξε στόμα. Πρόφθασον· χεῖρα δός· ἥρπασέ με.

Μόνος αὐτὸς οὐχ ἥμαρτες. Ἀλλὰ τοσαῦτα μόνος.
Σὺ μόνος ἀναμάρτητος, καὶ Χριστὸς ὄντως μόνος.
Νυκτὸς πράξεις ἠγάπησα, φωτὸς ἔργα μισήσας·
Ὅθεν καὶ περιμένει με σκότος τὸ ψυχοφθόρον.
Ξένα σοι καὶ παράδοξα, πάντα νικῶντα λόγον·
Ἐμέ δὲ τὸν κατάκριτον εἰ σώσεις, πάντων μεῖζον.
Ὅταν ἀναλογίσωμαι τῶν κακῶν μου τὰ πλήθη,
Ποῖος τρόμος συνέχει με τῆς ἴσης τιμωρίας!
Πολλαὶ μοναὶ τῆς δόξης σου, πολλαὶ καὶ τιμωρίαι,
Τάξεις καὶ μέτρα, Δέσποτα. Φεῦ μοι! καὶ πῶς ὑποίσω;

Ῥῆξον ἐμοὶ, φιλάνθρωπε, χειρόγραφον πταισμάτων,
Καὶ τῆς μερίδος ἄξιον τῶν σωζομένων δεῖξον.
Σταγόνες τῶν δακρύων μου πρὸς τὴν σὴν εὐσπλαγχίαν,
Ποταμοὶ γενηθήτωσαν εἰς κάθαρσιν κακῶν μου.
Τί τῶν παρόντων ἄξιον πρὸς δόξαν τῶν μελλόντων ;
Τί Χριστοῦ ποθεινότερον ; Ὦ πλάνης ! Ὦ μανίας !

Υἱὲ Θεοῦ προάναρχε, μὴ χωρισθῶ σῆς ποίμνης,
Μὴ τῶν ὀδόντων γένωμαι τοῦ ψυχοφθόρου βρῶσις,
Φεῖσαί μου μόνον, Δέσποτα, φεῖσαί μου καὶ δικάζων,
Ἡμερον ὄμμα δεῖξόν μοι. Χεῖρα δὸς δεξιάν σου.

Χορὸς ἀγγέλων, πρόστηθι ψυχῆς ἀθλιωτάτης,
Καὶ μὴ ὀφθῆναι θνήσκοντι πρόσωπα τὰ ξοφώδη.
Ψυχὴ τοῦ τέλους μέμνησο, καὶ πένθει καθεκάστην.
Τὸ μετὰ τέλος πένθος γὰρ πένθος οὐδὲ ἀνύει.
[134] Ὦ χοῦ συναρμόσας με, φύσει, Λόγε, πιπτούσῃ,
Μνησθεὶς τίς μου ὑπόστασις, σώζων, ὡς οἶδας σῶσον.

Β'.

Ἕτερον Ἀλφάβητον.

Ἀναλογίζου, ταπεινὴ ψυχή μου παναθλία.
Βῆμα τὸ φρικωδέστατον κρίσεως τῆς μεγάλης.
Γυμνὴ γὰρ μέλλεις ἵστασθαι καὶ τετραχυλισμένη
Διδόναι λόγον ὑπὲρ ὧν ἐπράξαμεν ἐν βίῳ,
Εἴτ' ἀγαθῶν, εἴτε κακῶν ἀδίκων ἢ δικαίων.
Ζῶν μὲν οὖν, ἂν ἠλέησάς τινα ἐλεηθήσῃ,
Ἢ ἐξ ἀνάγκης ἔκωσας, ὡσαύτως καὶ σωθήσῃ.
Θεὸς ἀπροσωπόληπτος· τάντάξια γὰρ νέμει.
Ἰδοῦσα ἂν ἐσκέπασάς τινα γυμνὸν ἐν βίῳ,
Καὶ πενομένους ᾤκτειρας, νοσοῦντας δ' ἐπεσκέψω,
Λιμώττοντας δ' ἐνέπλησας, ἐκόρεσας διψῶντας,
Μονήν τε παρεσκεύασας ἀστέγοις καὶ πλανήταις,
Νεμεῖ σοι πολυπλάσιον καὶ ὁ κριτὴς τὴν χάριν.
Ξένην ὡσαύτως δ' ἀγαθῶν παντοίων σε πδιήσει,
Ὅλως ἂν οὐκ ἠλέησάς τινα τῶν δεομένων.
Πτωχὸν ἂν οὐκ ἐνέπλησας, πεινῶντα καὶ διψῶντα.
Ῥευστὸν ἂν οὐκ ὠμφίασας ἐκ πλούτου ἀναμφίους.
Σώζειν ἰσχύουσά τινα οὐκ ἔσωσας ἀνάγκης
Τοῖς δὲ, ψυχὴ, προσέχουσα καὶ διανοουμένη,
Ὑπάνοιξον τὰ πλάγχνα σου τοῖς ἐπιδεήμενοις,
Φθειρόμενα διάνειμε, μένοντα ὅπως κτήσῃ.
Χρῆσον ἀγάπην καθαρὰν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πίστιν,
Ψυχὴ, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτὴν ἀγάπα.
Ὡς ἂν ἀξιωθείημεν τῆς ἄνω βασιλείας.

Γ'.

Εἰς τὴν ἰδίαν ψυχήν.

Ψυχὴ, στέναζε, καὶ σταλαγμοῖς δακρύων.
Σπούδασε τῶν σῶν ἐλαλείφειν πταισμάτων
Τὸ γραμματεῖον· ἀλλὰ μὴ πάλιν νέας
Γράφειν ὀφειλὰς, καὶ παροργίζειν θέλε.
Ὁ Χριστὸς, οἶδα, χρηστός· ἀλλ' εἴπερ φθάσει
Τὸ κοινὸν ἁρπάσαι σε τοῦ βίου τέλος
Οὕτω ῥυπώδη καὶ βεβορβορωμένην,
Οἴ μοι ! τί δράσεις ; πῶς πιῇ ποτηρίου
Τὸ πικρὸν, ὃ κίρνυσι θυμος Κυρίου ;

[135] Δ'.

Εἰς τὸν κῦριν Στυλιανὸν τὸν πρωτασηκρῆτιν.
Φίλου θανόντος πῶς τις οἴσει ῥᾳδίως ;
Φίλου θανόντος καὶ συνῳκειωμένου.

Dele, pro humanitate tua, chirographum peccatorum meorum, et in beatorum numerum accenseto.

Fac ut lacrymorum rivuli qui tibi fluunt, flumina fiant quæ cor meum mundum reddant.

Qui tandem in terris cum rerum futurarum magnificencia comparandum erit ? Quid Christo optabilius ? O stultitiam inania sectantium ;

Fili Dei æterne, ne me sinas a grege tuo separari, victimamque fieri malignantium.

Parce mihi, Domine, parce mihi in justitia tua. Oculum mihi monstra propitium ; dextera mihi porrige tuam.

Angelorum chorus animæ meæ ærumnosæ subveniat, et avertat ab ea signa feralia in articulo mortis.

Memento, anima, finis ultimi, et lugere ne desine ; post finem enim nullus jam luctui locus.

Fragili me, Verbum, natura circumdedisti ; tu me plane novisti ; salutem ergo mihi impertire ne dirrectes.

II.

Aliud alphabetum.

Meditare, misera anima, horrores extremi judicii. Nuda enim et humi depressa rationem reddes omnium quæ per vitam fecisti, sive bona sunt, sive mala, sive justa, sive injusta. Quod si misericors fueris, misericordiam et tu nanciscaris, salutemque invenies si alios salvos reddidisti. Nulla apud Deum personarum acceptio, et remuneratio ejus justa semper. Si igitur nudum vestisti, aut pauperis misertus es, aut ægrotantem visitasti satiastive fame vel siti laborantem ; si denique errabundos hospitio excepisti, scias, Dominum id multifarie redditurum esse. Quorum nihil tibi continget si egenorum preces aspernatus es, si fami ac siti alienæ non subvenisti nudosve fratres vestire recusasti. Nam cum posses miserorum allevare infortunium, deses mansisti.

Agestum, anima, horum omnium memor, aperi misericordiæ thesauros et da egentibus. Res fluxas amittendo mansuras possidebis.

Charitatem et fidem integram Deo exhibe, anima, et proximum tuum dilige sicut te ipsam. Sic regno cœlesti digni judicabimur.

III.

In propriam animam.

Gemebunda, anima, et lacrymis manantibus peccatorum memoriam dele, et cura ne novorum, Deo irato, accurseris,

Christus, hoc quidem constat, misericors est ; at si forte vitam tuam perversam ac sordibus molarum actionum inquinatam abrumpere voluerit, heu ! quid facies ? qui calicem amarum a Domino irato propinatum bibes ?

IV.

In dominum Stylianum protosecretarium.

Amici ejusdemque familiarissimi mortem quis facile tulerit ? Sic equus ab equo separatus mordet,

et bos bovis societate privatus lacrymas fundit.

Equidem amico eoque nobilissimo defuncto quid faciam? Lacrymis profecto offusis hæc ad te, Syliane, scribo, ad te qui mihi es dulce decus, in ærumnis consolator, in rerum adversitate auxiliaris; qui mearum in te partem curarum suscipis, philtrum qui es omnium dierum, insons erga insontem, cum libertate verba faciens, animi nequaquam ambigui; qui me nonnunquam pusillanimem erigis, qui semper in rerum discrimine præsto est: ad te, chari capitis desiderio vulneratus, accorro, qui unicum solamen in gemitibus et lacrymis habeo.

A Ἵππος διαπτὰς ἔκλαυσε τὸν συννόμου,
Καὶ βοῦς στερηθεὶς τοῦ συνήθους ἄκρᾶτ.
Ἐγὼ τί δράσω ζημωθεὶς τὸν φίλον;
Φίλων τὸ κάλλιστον, τὴν καρωνίδα;
Σὲ, Συλιανὲ, ταῦτα ἀκρύων γράφω,
Πρόσφυγμα τερπὸν, πῶν ἐμῶν πόνων λύσις,
Κόπων βοηθὲ, συμμεριστὰ φροντίδων,
Κοινωνὲ πάντων, καὶ πλέον τῶν χειρόνων,
Φίλτρον βέβαιον οὐ πρὸς ἡμέραν βλέπον,
Φίλτρον φυλάξας, οὐδαμοῦ φέρον φόγον,
Ἐλεύθερον φρόνημα, διπλόης ξένον,
Ἐμῆς παρηγόρημα μικροψυχίας,
Ὃ καὶ πλέον μοι συνδεθεὶς δεσμοῖς πόθου,
Ἅλυτος ἦλθες πρὸς πνοὰς νᾶς ἰσχάτας.
Καὶ νῦν ἐγώ σου τῷ πόθῳ τετρωμένος,
Καὶ μηδὲν εὑρὼν εἰς ἀναψυχὴν πλέον,
B Μόνοις στενάγμοις καὶ σταλάγμοις δακρύων,
Ψύχω τὸ πνεῦμα, σπένδομαι τὴν καρδίαν.

Commentaria in Lucam scripsisse Metaphrastem, non nemo probare conabitur testimonio Theophanis Ceramei Homilia in quintum Matutinum Evangelicum; sic enim ille: Καὶ ὡς ἂν μὴ, καὶ ἡμεῖς δίχωμεν ἀπεικότα μαντευεσθαι, ἀξιόχρεων ἐντεῦθεν παράγωμεν μάρτυρα Συμεώνην, τὸν τὰς μετανοίας εἰς μέλη συνθέμενον· ἀφορμὴ οὖν τῷ εἰς τὸν ἱερὸν Λουκᾶν ὑπομνήματι τοῦτο ποιούμενος. *Ac ne nos etiam sine probabili causa divinare velle videamur, fide dignum testem ad hanc rem producimus Symeonem illum, qui Metaphrases præclare composuit: satis igitur sit hic, qui in sanctum Lucam Commentario ita existimavit.* Qui id affirmaret deceptus ipse primum pravo verborum intellectu, alios postea, si ipsi fiderent, deciperet. Verum siquidem est, quemadmodum in Prophetas, sanctosque alios veteris Testamenti Viros, necnon Novi, quorum in sacris Litteris mentio exstat, *Commentarios* scripsit, ita et in Lucam scripsisse, quis id negabit? Ergo et in Evangelium Lucæ Interpretationem. Ne minima quidem ex parte. Sanctorum, quorum Vitas composuit Metaphrastes, genus duplex invenio: alterum cujus in Scriptura memoria aliqua exstat; alterum cujus nulla. Cujus nulla est, ipse, quæ ex aliorum scriptis habuerat, narratione sua, temporis serie non turbata, digessit, et Vitas, resque gestas, sive Martyria nuncupavit: cujus exstabat, verba illa, in quibus [136] continebantur, arripiens, et sua, vel aliorum antiquorum interpretatione expoliens atque locupletans, res illius Sancti ita concinnabat, ut Commentarium potius scribere, quam res gestas illius narrare videretur: ideoque non alio titulo usus, quam Commentarii. Hinc apud illum, Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην. *Commentarius in sanctum Evangelistam Joannem.* Ὑπόμνημα εἰς τὸν μέγαν Προφήτην Δανιήλ. *Commentarius in sanctum Prophetam Danielem.* Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον καὶ Εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον. *Commentarius in sanctum apostolum et Evangelistam Matthæum.* Ὑπόμνημα εἰς τὸν Προφήτην Ἀβδιού. *Commentarius in Abdiam Prophetam.* Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Φίλιππον. *Commentarius in sanctum apostolum Philippum.* Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Ἀνδρέαν. *Commentarius in sanctum apostolum Andream.* Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον Ἰάκωβον τὸν ἀπόστολον. *Commentarius in sanctum Jacobum apostolum.* Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον τοῦ Χριστοῦ Θωμᾶν. *Commentarius in sanctum apostolum Christi Thomam.* Parique ratione, Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον Εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν. *Commentarius in sanctum Evangelistam Lucam*, et C incipit: Εἰ καὶ δικαίου μνήμη μετ' ἐγκωμίων τελεῖσθαι, quod Leo Centuripinus expressius dixit, in sanctum Jacobum apostolum Zebedæi filium, λόγον καθ' ὑπόμνημα ἐν εἴδει πανηγυρικῷ. *Oratio quæ vice Commentarii esse poterit in genere demonstrativo.*

Antonius Verderius in Supplemento Bibliothecæ Gesnerianæ in Catalogo exhibito a Grammatico recenset, *Symeonis Metaphrastæ Dioptram.* De qua nihil ipse habeo. Potuit illam, quemadmodum et alia scribere Metaphrastes, et forte scripsit, et modo alicubi latet. Nos non omnia vidimus. Neque quia nobis ignotum, ideo etiam non fuisse scriptum existimatur.

Ilis prope diebus cum a me de ætate Symeonis Metaphrastæ doctissimus ac eruditissimus Simon D Wagnereckius percontatus fuisset, respondi, ut potui, misique eam Diatribæ partem, qua Symeonis ætas asseritur et stabilitur. Legit ille mea, examinavit, tandemque in nonnullis non absque ratione dubitans rescripsit. Ea lubet hic apponere, ut pene absolutam de Metaphrastæ rebus cognitionem habeamus, quibus addam et mea. Si dubitationibus illius satisfeci, bene est; sin minus, supplebit ille quæ deerunt.

Nobilissime e eruditissimo Viro D. Leoni Allatio suo Simon Wagnereckius S. I. In Metaphrastæ temporibus pervidendis miram mihi lucem attulerunt

litteræ tuæ: ita nimirum quotidie monimenta vetera novis nos beneficiis beant, quibus res plurimas didicimus, etiam Baronio ac Bellarmino ignotas. Ac certe in hoc infinito sacræ antiquitatis recessu dici non potest, quam cupide amplectar tuam πανεπιστήμονος *αὐτοψίαν. Porro inter cætera parum quidem rite illud evincis: si temere omnes illæ sanctorum Vitæ quæ Metaphrastæ nomen habent affixum, an afflictum, a Metaphrastæ calamo fluxisse videantur, cum perridiculo quodam paradoxo,* [137] *prope omnibus Christi sæculis vixisse debere: cum hæ Vitæ de diversissimarum ætatum sanctis conscriptæ, sæpissime scriptorem suum, tanquam oculatum testem adducant. Verum est hoc loco, quod etiamnum forte possit expendi: quid si enim Metaphrastes eumdem olim morem servavit, quem nuper Surius Patrum nostrorum memoria? Is quippe multas sanctorum Vitas a Latinorum veteribus quibusdam, ut putabat, sordidius scriptas, prolixiore passim stylo digessit, idque non in sua, sed auctorum, quos emendabat, persona: quod quidem Surii factum, an satis ad eruditionem antiquariam prosit, non disputo. Mihi certe nulla in sacris antiquitas sordet, ut venerandam ejus canitiem ornatu alieno indigere putem. Illud aio, si quis aliquando e posteris longe post nos futuris ignoraret factum hoc Surii, et præfationibus ejus amissis, solas divorum Vita a Surio editas inveniret* (ut in Metaphraste scriptis, heu! factum esse videmus), *an non et ille demum perplexissimus fieret in cognoscendis temporibus Surii, cum sæpe Surius in eorum auctorum persona, quorum stylum emendare se credidit, de diversissimorum temporum Sanctis testimonia passim oculatissima dicat? Vide igitur, amantissime Leo, annon et Metaphrastes quid simile fecerit, ideoque Cionitæ Alypii Vita, et aliæ similes, nihilo tamen secius ad Metaphrastem pertineant, qui quidem diversissimarum ætatum testem oculatum se dicere videatur, non quidem in sua, verum in Auctorum persona, quos loqui emendatius docuit. Exspecto mira cupiditate, quid sentias. De illo autem loco Metaphrastæ, quo se adhæsisse dicit Himerio, ut solere videmus* τὸν πῶλον πρὸς μητρί, *plane ad te hic, a partibus Bollandi mei discedo: nam re vera talibus* ὑποκοριστικῶς *dictis, Græci infinitis modis abundant, etiam cum de adultis loquuntur: sicut et Christus discipulos suos non utique tum ætate puerulos,* παιδία *tamen vocavit. Itaque propter alias etiam rationes a Te præclarissime positas, nullus dubito, Metaphrastem sub Leone Basilii Macedonis filio confirmata jam ætate virum fuisse. Illa tamen Metaphrastæ alia scripta* (*cum ego præter divorum Vitas, et Odas quasdam in Menæis sub Symeonis Logothetæ nomine nihil unquam aliud viderim*) *illa inquam ejus alia scripta, quæ multa et elegantissima per otium vidisse te scribis, plane cognoscere aveo. Nam in hac nobili Diatriba tua summo cum amore mihi transmissas etsi Metaphrastæa te scripta infra enumeraturum pollicitus es, tamen aliis forte negotiis factum crediderim, ut præter scriptionum Pselli*

Catalogum de novo Metaphrastæ scriptorum syllabo adjunxeris nihil. In quibus tamen ipsis lucubrationibus Pselli, ne utique a te positam miror, illam ejus bene longam ad Xiphilinum Epistolam, qua vir ille aurum verum a se confectum gloriatur, ejusque artificii modum arcanissime indicat patriarchæ. Habeo eam cognitam mihi ex illa manuscripta Chrysophærum Græciæ amplius viginti Bibliotheca, quam inter Græcorum codicum suorum Cimelia noster Serenissimus possidet. Quod autem nostrum hunc Metaphrastem nunquam monachorum albo adscriptum [138] *fuisse suspicaris: in eo te, amicissime rogo, ut unicum opinionis contrariæ firmamentum perpendas. Nam Josephus Methonensis episcopus in Defensione contra Marcum metropolitam* (*exstat hic liber in conciliis Græco-Latinis, editionis Romanæ ad finem concilii Florentini*) *Symeonem hunc Metaphrastem a Græcis dictum esse Theologum* τὸν νέον, *ait, seu Juniorem: ut jam merito sentire quis possit, illum Symeonem Theologum juniorem, seu* νέον (*cujus orationes tres et viginti noster Jacobus Pontanus e codice Bavarico edidit*) *esse Symeonem Metaphrastem, qui denique factus sit monachus et præpositus monasterii S. Mamantis, fortasse e tot Sanctorum exemplis permotus, quorum ille Vitas conscripsit. Certe sicut Græci in Menæis Odas Symeonis Metaphrastæ vocant Odas Symeonis Logothetæ, quia nempe Magnus aliquando Logotheta fuit, id est supremus Imperatorum Græciæ Cancellarius: cur non similiter, omisso Metaphrastæ nomine* (*quod ille a Vitis sanctorum accepit*) Symeonem *tantum* Theologum Juniorem, *vocare alibi possit? Cum præsertim Josephus Methonensis testetur eum reipsa* Theologi Junioris *nomine indigitatum fuisse, ad distinctionem divi Nazianzeni: qui vetus quidem Græcorum Theologus est: attigi hanc rem paulo pluribus in Prolegomenis num. 28, fol. 106, etiam ex mente Gretseri. De seniore Psello, vel antequam rescriberes mihi, cogitabam jamdudum, te a Bollando nostro dissentire non posse. Cum enim seipsum Metaphrastes in sanctæ Theoctistes Vita* (*quam ab eo scriptam esse se ipso monstrante, Junior Psellus affirmat*) *sub Leone Basilii Macedonis filio publicis muneribus esse functum ostendat, quem tamen Cæsarem senior Psellus longe præcessit, non utique potuit ipse senior Psellus. Metaphraste jam defuncto, encomium illud scripsisse, quod apud Surium, et alios nomine Pselli circumfertur. Itaque nescio quid doctissimo Bollando nostro evenerit, cum eam de seniore Psello sententiam tibi tribueret: quanquam Te inter* doctissimos et viros *omnino* tantos *recenset* (*ut ibidem loquitur*) *quos suo plane merito colat. Est autem fragili vitæ hoc proprium, ut vel festinatione nimia, vel difficultatibus aliis absorpti, non semper rite assequamur, quæ alii sentiunt. Sicut etiam arbitror, Lansselium nostrum nullo modo a te dissentire, licet in verbis aliquantulum discrepet, cum nostrum Metaphrastem sæculo Christi decimo posuit. Nam quod tu temporis spatium ab anno Christi nongentesimo usque mille-*

simum, sæculum Christi nonum appellas (nempe decursum, ac jam plane completum), id omnino temporis spatium Lansselius noster, sæculum Christi decimum vocat, nempe inchoatum, et adhuc currens millesimoque Christi anno perfecte complendum.

De Parallage tonorum Joannis Lascaris in gratiam meam exscripta, οἷδα μὲν σοι χάριν τὴν πλείστην. *Vellem tamen, ut hic scriptor has ipsas nudas tonorum differentias definitionibus suis explicasset. Amo mirum in modum incredibilem amoris erga me tui abundantiam, cum res tam multas, mihique insigniter utiles, ac prope necessarias e manuscriptis codicibus*[139] *vestris perliberaliter communicare libuerit. Agam ego in parte secunda mea, quod in prima jam cœpi: atque germanitate summa, ut vel patria mea requirit, iterato fatebor, quam multa, mi Leo, ab excellenti eruditione tua didicerim. Francisci Scorsi nostri Theophanem, nunquam hactenus vidi: non dubito eruditum valde interpretem esse: sed de ejus Ceramei ætate unaque de summa Rogerii* φιλοτιμίᾳ *in appetendo titulo Regis, tecum plenissime sentio ex pluribus causis: proinde illa de Rogerii nomine subtilitas, tanquam mendosa* ἀντὶ τῆς ῥόγας *posita fuerit, plus me delectat, quam movet. De Genebrardo quid dicam? Tantumne virum in illis Suidæ verbis intelligendis, quæ mentionem de Symeone Logotheta faciunt, tam turpiter labi? At ille Caminiata, quem in tua diatriba citas, quis est? nam et hunc nunquam editum puto, ut et Cinnamum illum, cujus nunc tamen editionem Possinus noster adornat. Ita nimirum ego, qui jamdiu Græcorum auctores omnes cognoscere studeo, adhuc infinitos superesse cerno, quos nesciam. Licebit hic videas, mi Leo, memor triti illius de Macedone propter Democriti mundos infinitos irato; ut qui nondum vel unum probe subegisset. Mitto nunc simul et semel totam partem hanc primam; utque illam in pignus amicitiæ nostræ Dominatio Vestra acceptare dignetur,* δέομαι τῆς σῆς φιλανθρωπίας τῆς πάνυ. *Monachi* 29 *Maii* 1648.

Humanissimis his litteris mihi ob novas turbas in Bavaria exortas principio mensis Septembris redditis, statim ita respondi: *Admodum Reverendo Patri, Doctissimoque Simoni Wagnerechio Leo Allatius S. P. D. Mea de Symeone Metaphraste dicta proburi abs te, triumpho et gaudeo: jam enim ad adversariorum telis, morsuque tutus vix ero a Doctissimo, et rerum harum callentissimo probatus. Ut verum fatear, horrebam antea non parum, pendebamque animi, mihique quodammodo metuebam inscius, an quæ ipse de Metaphrastæ ætate, et aliis disputaveram, tibi placitura essent, neque potius ad correctionem, quam ad gloriam comparata. Quid enim sperare poteram in rebus occultissimis, et a viris tuæ Societatis apprime eruditis adeo solide pertractatis ingenioli mei tantillis viribus nisus? Dum interim laudor abs te pluceoque, laboris jam suscepti nec modo pœnitet nec pœnitebit imposterum: imo ad similia scrutanda etiam non requisitus appellam animam. Factum Surii non probas, nec ego laudo: nec puto alii, nisi de fœce homines laudabunt. Mutare stylum, mutare rerum et personarum faciem, membra etiam ipsa in meliorem statum, ut videtur componere, posteaque pro iisdem primis divendere ac publicare, astutia est, fallacia est, fraus est, auctoribus piis sursum versum os offucia sublinere est, ut nihil de sententia dicam, quam an mutato stylo, firmam in omnibus ille tenuerit, judicent alii. Ni forte apud nonnullos veniam sibi inveniet fraus ab ipso, qui eam comminiscitur, professa. Sed quis minimum excusabit eam apertam fraudem non esse, cum Lector Suriana ab auctoris geminis verbis dignoscere non valeat? Poterat ille sua characterum alio, atque alio genere in ipsa editione ab aliis distinguere, ut fecere in Interpretatione Thucydidis a Valla conscripta Stephanus et Portus. Tum Surio gratias ageremus, quod illius opera, et auctorem veterem* [140] *haberemus, et illius studio elegantiorem, et ictu oculi et Suriana, et Auctoris verba, sententiasque conferemus. Mihi sane æque ac tibi simplex illud, minimeque fucatum dicendi genus, quod tantopere admirata est Christiana antiquitas summopere perplacet, et veritas ab omni ornatu denudata animum acrioribus stimulis ad pietatem excitat: non ita tamen ut res illæ elegantiori stylo expositæ, et amœnioribus colorum flosculis interstinctæ rejiciantur. Complector summe elegantes, et Latinas dicendi formulas cum veritate conjunctas, quibus doctior factus una pietatem addisco. Sed mihi sermo est de mutato in aliorum scriptis stylo, posteaque illis Auctoris primi nomine sine ulla mutationis nota divenditis. Videndum est,* An et Metaphrastes quid simile fecerit. *Videamus. Psellus, qui omnia Metaphrastæ studia in scribendis Vitis sanctorum accuratissime prosecutus est, quamvis dixerat, male comptas, inurbaneque conscriptas elegantiore stylo enarrasse, nunquam tamen dixit, in aliquibus stylum immutasse; in aliquibus ita ut erat reliquisse: postmodum Vitam illam sub primi scriptoris nomine publicasset. Quod et verum est; nam Symeon Vitas, quas sibi scribere proposuerat, ita in alium sermonem extulit, ut prope jam essent elocutione a primis illis diversæ, ideoque suas* Μεταφράσεις, Metaphrases, *in aliam nempe linguam conversas vocavit, et sub suo nomine, abolito vetere scriptore, edi curavit. Et licet in antiquis scriptoris fieret mentio, Metaphrastes tamen illius supresso nomine, ne tempora confunderentur, reliqua sibi probata scripto consignavit. Ubi vero scriptoris Antiquioris memoriam facere voluit, id ita fecit, ut non videretur illius Vitæ, quam commentabatur Symeon, auctor, sed alterius, quæ ante ipsum circumferebatur. Vitam enim illam ante se conscripsisse fatebatur hunc, vel illum scriptorem. Id exemplo patentius fiet. In Vita Symeonis Stylitæ in Mandra:* Συμεώνην τὸν πάνυ, τὸ μέγα θαῦμα τῆς οἰκουμένης καὶ ὅσοι τῆς γῆς ἄλλο τι μέρος λαχεῖν ἔλαχον. Οἱ μὲν ὄψει τὰ ἐκείνου, οἱ δὲ ἀκοῇ παραλαβόντες,

ης τροφὴν τὸν ἄνδρα πεποίηνται. Μέγας τοίνυν A
ὢν, καὶ πολὺς τὴν φήμην γενόμενος, πολλῶν
καὶ τῶν συγγραφέων · ἀλλ' οὐδεὶς οὐδέπω κατὰ
τὰ κατ' αὐτὸν διεξῆλθεν, οὐδὲ εἰς ἅπαντα καθ-
ἑαυτὸν, οὐδὲ ἀκριβῶς, ὅπως ἕκαστα εἶχον,
κψεν. Ἀλλὰ τοὺς ἄνω χρόνους ἐν κεφαλαιώδε-
τιτομαῖς εἰπόντες, ἕνιά τε τῶν ἐν μέσῳ παρ-
ον, καὶ οὐδὲ πρὸς αὐτὸ τὸ τέλος τῶν τούτου
ων ἦλθον · ἡμῖν δὲ χρήσιμος ὁ περὶ αὐτοῦ ἔσται
. ἄνωθέν τε ἀρχομένοις, καὶ ἐπὶ τὰ τελευταῖα
ὸρὸς καταβιβάζουσι τὴν διήγησιν. Magnum Sy-
iem, ingens orbis terrarum miraculum, et ex
ii terræ regiones alias atque alias incoluerunt,
im res gestas illius oculis, quidam auditu per-
ntes, viru n linguæ suæ delicias fecere. Ma-
itaque hic cum esset, et fama illius esset un- B
pervulgata, multos habuit suarum rerum
lores; sed nemo unquam ad hæc tempora
s persecutus est, nec universas colligendi
im insumpsit, neque accurate, ut singula ac-
e, scripto signavit; sed superiores annos capi-
compendio digestis describentes, nonnulla,
media fuere, silentio involverunt [141], nec
narum actionum exitum pervenerunt. No-
ero erit sermo de eo proficuus, qui ab an-
is incipimus, et ad viri postremas actiones
tionem dirigimus. *Vitam sancti Joannis*
monis scripsisse Sophronium et Joannem ha-
t Leontio Cyprio in Supplemento Vitæ illius:
μὲν οὖν καὶ ἕτεροι φθάσαντες πρὸ ἡμῶν κάλ-
τε καὶ ὑψηλότερα περὶ τούτου τοῦ ἀρχιερέως
αυμασίου ἀνδρὸς ἐφιλοσόφησαν, δυνατοὶ ὄντες C
καὶ λόγῳ, λέγω δὴ, Ἰωάννης καὶ Σωφρόνιος
σεβεῖς καὶ φιλάρετοι, καὶ τῆς εὐσεβείας ὄντες
αχοι. Ἀλλ' ὅμως καὶ τοιοῦτοι τυγχάνοντες
ξίας, καὶ αὐτοὶ τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς ἀπελεί-
ιν, καὶ ταυτὸν πεπόνθασιν, οἱονεί τινες φιλό-
γεωργοὶ ἄμπελον εὐθαλῆ καὶ καταίκαρπον
ντες, ὅτι καταλείψουσι πάντως ἐκ τῆς τοῦ
οῦ εὐλογίας, καὶ μὴ βουλόμενοι τοῖς κατόπι-
αὐτῶν ἀκολουθοῦσι πεωχοῖς ἐπιρωγολογουμένοις,
ἄμπελον, ἐξ ὧν ἐσμεν καὶ ἡμεῖς ἐλάχιστοι. Εἰ
καὶ πάσῃ αὐτῶν δυνάμει οἱ πανόσιοι οὗτοι τὴν
πον ταύτην ἐλαίαν ἀληθῶς διὰ τῶν ἐν αὐτῇ
ίων ἐλαιῶν, τὴν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, ὥς φησιν
ψδὸς Δαυὶδ πεφυτευμένην τρυγᾷν ζήλῳ Θεοῦ
δευσαν · ἀλλ' ὅμως διέλαθεν αὐτοὺς ὁ πολὺς D
ἐλαίας καρπὸς, καὶ τὴν ἡμετέραν εὐτελῆ καὶ
ἂν προθυμίαν προσδέξασθαι, ὡς τὰ δύο τῆς
ς λεπτά. Οὐ γὰρ ἐκείνους διαβάλλοντες, οὐδὲ
ὑνάμενοι τὴν αὐτῶν θεοδώρητον σοφίαν μιμεῖ-
τὰ τοῦ δικαίου κατορθώματα συγγραφῇ παρα-
ι ἐσπεύσαμεν. Jam enim et alii ante nos opti-
quæque sublimiora de hoc præsule, et admi-
o viro philosophati sunt, qui opere et sermone
im in modum præstabant, Joannes et Sophro-
pii et studiosi, pietatisque propugnatores.
imtamen licet tales dignitate, Viri virtute in-
ires fuere: et subiere laborem æque atque

agricolæ industrii et diligentes, qui vitem fœcundam et fructibus uberem vindemiantes, omnino ex illius fructus benedictione, etiam nolentes iis, qui retro eos sequuntur, pauperibus fructus decerpentibus, aliquid prætermittunt. Ex quibus nos quoque sumus minimi. Licet enim totis viribus sanctissimi hi vere hanc olivam fructiferam, propter abundantes in ea olivas in domo Dei, ut ait hymnodus David, plantatam vindemiare divino zelo studuerunt, nihilominus fugit ipsos multos olivæ fructus, Deo providente nostrum humile, segneque studium accipere, quemadmodum viduæ æra minuta duo. Neque enim eos criminantes, neque tanquam eorum a Deo donatam sapientiam æmulari volentes, Justi facinora scripto tradere suscepimus. *Metaphrastes ex his, nec non et Leontio sua hausit, dum scripto consignat Eleemosynarii Vitam. Videamus ergo quanam ratione, quæ illi de se dixerunt, ipse referat et pertractet.*

Σήμερον ὁ ταπεινὸς Ἰωάννης, εἶπεν, μισθὸν, οὐδ' ὑπό τινος οὐδένα διεκομίσατο, μηδ' ἔσχε μικρόν τι καὶ τὸ τυχὸν ἐξίλασμα ὑπὲρ τῶν μεγάλων αὐτοῦ καὶ πολλῶν σφαλμάτων προσενεγκεῖν τῷ Χριστῷ · ὥσπερ γοῦν οὐδὲ ἄλλοτέ ποτε. Ὁ τοίνυν ἱερὸς Σωφρόνιος εἰς ὃ τὸ ῥηθὲν αὐτῷ ἐβούλετο, χαίρειν, ἔφη, σήμερον ἔδει, καὶ εὐθυμεῖν, μακαριώτατε δέσποτα, ἀνθ' ὧν οὕτω τὴν πιστευθεῖσαν ποίμνην ζῇν ἐν εἰρήνῃ παρεσκεύασας. Hodie humilis Joannes mercedem nullam a quoquam retulit, nec habuit pusillam et vilem expiationem pro [142] magnis suis multisque erratis, quam Christo offerret: quemadmodum nec usquam alias. Sacer itaque Sophronius, in quem dictum direxerat, Gaudendum esse hodie, dixit, hilariterque diem traducendum, Beatissime domine, propterea quod gregem tibi concreditum in pace vivere efficis, etc. *Scripserat de Inventione Capitis S. Joannis Baptistæ Marcellus Archimandrita, scribit et Metaphrastes; sed Marcellus;*

Ἀπεκαλύφθη δὲ μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐν εἴδει ἀστέρος πυρὸς ἐμοὶ τῷ ἐλαχίστῳ ἀδελφῷ Μαρκέλλῳ κατὰ τὰ ὑποτεταγμένα ὁράματα πίστιν ἔχον. Revelatum est autem cum timore et tremore in specie sideris ignei mihi minimo fratri Marcello, secundum subjectas visiones fidem habens. *Et,* Κατηξίωσεν ἐμὲ τὸν ἑαυτοῦ δοῦλον Μάρκελλον θεατὴν γενέσθαι τῆς προκειμένης ὁράσεως. Εἶδον γὰρ ἐν ὁράματι τῆς νυκτός. Dignatus est, me servum suum Marcellum spectatorem fieri præsentis visionis. Vidi enim in visione noctis. *Metaphrastes:* Μάρκελλός τις τὸν βίον ἐπιφανὴς, τὸν τρόπον θεοφιλὴς, ὃς καὶ μονῆς τῆς κατὰ τὸ Σπήλαιον καθηγεῖτο, κατά τινα νύκτα τῆς μέσης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν ὄναρ τοιοῦτον ὁρᾷ, ὃς καὶ τὸ ὀρθὲν τοῖς ὑπ' αὐτῷ διηγεῖτο, οὑτωσὶ πρὸς λέξιν διεξιών. Marcellus quidam vita illustris, moribus pius, qui monasterio, quod in Spelæo est, præerat, nocte quadam mediæ jejuniorum hebdomadis visionem hanc intuetur, visumque sibi subjectis enarrabat hæc ad verbum enuntians. *Quæ itaque alii de seipsis in rerum gestarum serie, dum scripto vi-*

tam aliorum enarrant, pronuntiant, Metaphrastes non sibi, ac si ipse loqueretur, quod Surius fecerat, sed eorum personis, quando opus est, appingit; sæpius etiam, nulla eorum facta mentione, rem ipse meram veluti alius enarrat. Conferri possunt Vitæ sanctorum ante Metaphrastem ab auctoribus Synchronis scriptæ, quæ certe adhuc supersunt plurimæ, cum descriptis a Metaphraste. Nihil ibi commune invenies. Sua de se narrat Metaphrastes, aliorum ut aliena et Scriptorum antiquorum propria, non facta, neque personas cum suis confundens, ut aliena prosequitur. Quare cessat dubitatio de illis Vitis, quæ sub Metaphrastæ nomine veniunt, ex ipsis tamen colligitur alios, non Metaphrastem, fuisse illarum scriptores. Adde etiam, si lubet, Vitam sancti Eustathii et sociorum ante Metaphrastem scriptam, cujus illud est principium : Πρόκειται τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐκ φύσεως. *Scriptor in Proœmio refert, sua ætate tantum illuxisse virtutem:* Οὐδὲν οὖν ἧττον προεθέμην προσθεῖναι τοῖς ἐγγράφοις τῶν ἀρχαίων ἀνδρῶν ἀνδραγαθήμασιν, καὶ τὸν νῦν ἐν τοῖς καιροῖς ἡμῶν κατορθωθέντα πρὸς εὐεργεσίαν μὲν τῶν ἀκουόντων, ἐπιστροφὴν δὲ τῶν φασκόντων μὴ δύνασθαι νῦν τοιαῦτα κατορθοῦσθαι, οἷα ἐν τοῖς παλαιοτέροις χρόνοις. Non minus itaque mihi proposui aliis antiquorum præclare gestis, scriptoque mandatis addere, et quæ nunc hac nostra ætate summa cum laude patrata sunt, tum ad utilitatem audientium, tum eorum conversionem, qui dicunt non posse hoc ævo talia absolvi, qualia antiquitus facta sunt. *Cum suam ex eodem Metaphrastes conscriberet, nihil simile suis interseruit, sed alio proœmio appicto, cætera narrat de suo, ut frustra Scriptoris ætatem in Metaphrastæis quæras.*

[143] *Scripseram in Diatriba mea alia quoque Metaphrastæ scripta egisse, quæ tamen in Diatriba ante transmissa non habebantur. Ita est. Et plane in Diatriba egi abunde de illis. Illa tamen transmissa non sunt, quod nec Diatriba ipsa integra, sed tantum ea pars, in qua de ætate Metaphrastæ, de qua per tuas percontatus fueras, agebatur. Agitur in ea de aliis Symeonibus, quorum memoria est apud veteres, vel recentiores aliquid Græce scripsisse. Inter eos non infimum sibi locum occupat Metaphrastes, cujus pleraque examinantur; vitæ etiam pleraque ab eo scriptæ a suppositititis secernuntur: numerantur que alia scripta præter Vitas et Canones, quos te vidisse in Menæis refers. Ea sunt preces variæ, orationes, sive laudationes in sanctos, orationes morales* XXIV, *ex divi Basilii operibus, sententiosa capita de suo* CXXXI, *ex sancto Macario Ægyptio* CL. *Epistolæ, carmina varii generis, Dioptra, quæ tamen in Pselliana Diatriba perperam perquiruntur, ubi Pselliana tantum scripta numerantur: etsi neque illa omnia, cum post vulgatam Diatribam allatus mihi fuerit codex Manuscriptus, tineis, madoreque confectus, in quo multo plura ipsius Pselli reperiuntur. Lege, quæso, meæ Diatribæ paginas 45 et 88. Ibi inter alius Pselli lucubrationes, epistolam ad Xiphilinum de Chrysopœia pluribus videbis expressam.*

Josephus Methonensis episcopus adversus Marcum Ephesium Metaphrastem vocat juniorem Theologum, *ex quo merito quis dixerit, Symeonem juniorem theologum, cujus orationes tres et viginti, et alia Jacobus Pontanus Latine edidit, esse Symeonem Metaphrastem, qui denique factus sit monachus et præpositus monasterio sancti Mamantis. Et sane Græci Symeonem hunc quemadmodum solo Logothetæ nomine exprimunt, quia nempe magnus aliquando Logotheta fuit, cur non et similiter, omisso Metaphrastæ nomine, tantum theologum juniorem vocare alibi possint, ad distinctionem divi Nazianzeni, qui ante eum Theologi sibi nomen vindicaverat? Cum de hoc fusius in Diatriba de Symeonibus egerim, paucis me hic expediam. Verum est Symeonem Juniorem theologum monachum fuisse. Verum est Metaphrastem sub Logothetæ tantum nomine intelligi: male tamen juniorem theologum cum Metaphraste confundit Methonensis, aliquorum codicum manuscriptorum auctoritate deceptus, qui tractatulos Symeonis præpositi sancti Mamantis sub hoc titulo notant :* Τοῦ Μεταφραστοῦ Κυρίου Συμεών, καὶ νέου Θεολόγου περὶ προσοχῆς, ἤ προσευχῆς. Metaphrastæ Domini Symeonis et Junioris Theologi de Attentione sive Oratione. *Et,* Συμεὼν τοῦ Μεταφραστοῦ καὶ νέου Θεολόγου ἕτερα κεφάλαια· Symeonis Metaphrastæ et junioris Theologi alia Capita. *Ut reliqua præteream, unum eumdemque fuisse Symeonem Metaphrastem et Symeonem sancti Mamantis præpositum tempora ipsa non sinunt. Metaphrastes vivebat sub Leone sapiente Basilii filio, sancti Mamantis præpositus sub Alexio Comneno, qui ejecto Botaniato imperium occupaverat,* [148 *sic*] *Metaphrasta junior fere annos septem, et ducentos. Id firmatur ejusdem Symeonis testimonio, qui Orat,* 13 *ait :* Αὐτὸς δὲ ἑξακισχιλίοις, καὶ ἑξακοσίοις, καὶ ἐπέκεινα τούτων ἔτεσι διαμείνας ἀεὶ πολεμιος τῶν ἀνθρώπων, *nempe diabolus.* Sexies mille sexcentis et amplius annis permansit hominum hostis. *Supputat, Græcorum more, ab orbe condito : quare erit hic annus Christi* 1092. *Et* ἑξακοσίοις *integris syllabis describitur in Palatino. Sed si cum aliis legamus* διακοσίοις, *ducentis, ut reprœsentavit Pontanus, adhuc isti Symeones ætate diversi sunt, et Symeon Metaphrastes erit Theologo juniori minimum annos* 194, *si Symeon Xerocerci anno mundi* 6200. *scribebat, qui respondet anno Christi* 692, *sub Justiniano Rhinotmeto ante Iconomachorum hæresim annos circiter triginta. Quod si Stephani junioris a Copronymo ob defensionem sacrarum imaginum interfecti anno Christi* 767 *meminit, et sic etiam erit multo Metaphraste antiquior, anno forte centum. Sed qui potuit anno Christi* 692 *vivens Stephani junioris meminisse, martyrium passi anno* 767, *annis* 75 *antiquior? Hinc in hoc secundo numero error manifeste colligitur, et consequenter primus numerus verosimilior est, quo hic Xerocerci præpositus Metaphrastæ posterior est. Quidquid tamen sit, omnino concluditur alium esse*

Symeonem Metaphrastem, et alium Xerocerci præpositum, ruereque argumentum:—Præfectus Xerocerci fuit monachus, ergo et Metaphrastes,—cum longe hi duo diversi sint: ideoque male infertur ex eo, quod præpositus Xerocerci monachus fuit, Symeonem Metaphrastem monachum fuisse. Sed de his, ut jam dixi, fuisse in Diatriba.

Sed Metaphrastem monachum non fuisse, quando etiam ista, quæ de Xerocerci præposito, et aliis dicitantur vera non sunt, unde id habet Leo? Habet confirmata jam ætate uxori obnoxium fuisse: nec unquam postmodum legit, eumdem ea demortua, nuptiis solutum alio se vitæ genere astrinxisse. At potuit, ita annuente uxore, et sese in monasterium trudente, vel etiam morti proximus pro more Græcorum, et præcipue Magnatum, monasticum habitum induere. Potuit, non abnuo: fecit ergo. Hoc vero probandum est. Ipse oppositum habeo: donec contrarium auctoritate non stabiliatur, nunquam ipse manum dabo. At opinione Græcorum infectus, quod et habitu omnia délerentur peccata, in ipso vitæ fine habitum assumpsit. Hoc etiam a contrarium vserentibus probandum est. Non id præcipuum pietatis monumentum siluisset Psellus, cum ejus laudes reliquos prosequitur. Adi verba. Πόσοις δ' οὐκ ἂν στεφανωθείη ἀριστείας στεφάνοις ὁ θαυμαστὸς οὗτος ἀνήρ; μᾶλλον δὲ πόσοις οὐκ ἂν ἤδη κατέστεπται, ἀναδραμὼν πρὸς Θεὸν, καὶ παρ' ἐκείνοις χορεύων, ὧν ἐνταῦθα τὰ ἤθη, καὶ τοὺς βίους συνέγραψεν, Ἔδειξε γὰρ κἀν τῷ τέλει ὁποῖος αὐτῷ ὁ διεσπουδασμένος βίος ἐτύγχανεν. Οὐ γὰρ ὥσπερ τετμῆσθαι αὐτὸν οἱ συνεωροκότες φασὶν, οὐδὲ διῃρῆσθαι· ἀλλ' ἐῴκει ὥσπερ τινὸς δέσμης ἐλευθερουμενος, καὶ ἱλαρῷ πρὸς τοὺς ἄγοντας ἀγγέλους ἀνατεινόμενος νώτῳ καὶ πως ἐπιδιδοὺς ἑαυτὸν ταῖς ἐκείνων χερσὶν, ἵνα ταχὺ ἀναστατὴ τοῦ σώματος. Καὶ ἐτεθνήκει κἀν οὕτως· εὐοδίας δὲ αὐτίκα πάντα ἐγεγόνει μεστά. «*Quam multis autem fortis viri coronis non* [149] *fuerit coronandus hic vir admirabilis? Imo vero quibus non est jam coronatus, cum ad Deum ascenderit et apud illos ducat choros, quorum mores et vitam conscripsit? Nam vel in fine ostendit qualem vitam egerit: non enim eum veluti abscissum aut divisum fuisse dicunt ii, qui viderunt, sed videbatur, veluti a quodam vinculo liberatus, et hilari vultu se extendere ad ducentes Angelos, quo modo seipsum traderet illorum manibus, ut cito emigraret corpore. Et sic quidem est mortuus; omnia autem statim copia summi odoris complevit.*» *Qui minutiora ista prosequitur, non tacet majora. Dices ex taciturnitate argumentum nihil concludere. At loquente eodem Metaphraste in ætate provecta, uxore et filiis impediebatur, quorum* εὐημερίαν καὶ εὐπορίαν, **felicem successum et abundantiam**, *inter alia promisit senex ille Parius: quos etiam illi superstites fuisse nullus dubitaverit. Sic enim Deus amicorum suorum facta repensat. De uxore cum oppositum non asseratur, merito quid dixeris? Vide omnino Pselli in eumdem Officium tibi eam a me transmissum. In eo sane cum sæpius de monachatu, quando is fuisset, mentio inculcanda esset, inter non minimas illius laudes, alium silentium est: de omnibus aliis fortasse Psellus verbosior est, quam lector vellet.*

Joannes Caminiata clericus et Cubuclesius Thessalonicensis, Leonis Sapientis imperatoris Constantinopolitani temporibus florebat, genere nobilis, divitiis affluens, cum Leo Tripolita ignominiosa fidei Christianæ adjuratione infamis, potens classe virisque, anno ac impetu disjectis muris inflammavit, et miseris modis funestavit: vivos præter paucos Imperatoris ære redemptos, classi impositos captivos ad Tripolitanos agros abduxit; inter eos non postremus fuit hic Joannes cum patre, et universa familia, qui alienis pererrans regionibus ad Gregorium quemdam doctum equidem et studiosum virum, id impense poscentem, universam excisæ patriæ historiam non ineleganter prosecutus est: ita tamen omnia exsequitur, ut non scribere, sed pingere, ponereque ante oculos videatur. Næ ille durior adamante est, qui tantum sibi imperare poterit, ut inter legendum lacrymas cohibeat, nec illis subjectas oculis chartas conspergat? tanta est in lacessendis Christianis Barbarorum immanitas, tanta in affligendo perdendoque humano genere efferata sævities, tanta in amoliendis sacris ædibus perversitas. Hunc Joannem de excidio Thessalonicensi, et aliam Joannem Lectorem, itidem Thessalonicensem de obsidione et excidio altero Thessalonicensi sub Murate Turcarum Amera, et Constantinum Porphyrogennetam de vita et rebus gestis Basilii Macedonis cum nonnullis aliis Græce et Latine (si Deus dederit) utilitati Reipublicæ litterariæ evulgabo.

Cinnamus, descio quo suo fato, a quibusdam Sinnamus dicitur, reluctante apertissime Vaticano Codice, ex quo exempla cætera exscripta sunt. Cinnamorum familia ad hæc usque tempora non contemnenda in Græcia agnoscitur, Sinnamorum nulla est; quæ etiam si esset, cum illa (150) *Historia Cinnamum præferat auctorem, frustra operam ludunt, qui aliter proferunt, posterioris exscriptoris incuria decepti. Cinnamorum mentio habetur apud Psellum Michaelum;*

Τοῖς ἓν πνεουσι, καὶ συνουσιωμένοις,
Συγκλητικοῖς, ἄρχουσι τῆς Ἐκκλησίας,
Βάρδαις, Προκοπίοις τε, Κιννάμοις πλέον,
Ὀστιαρίοις, Ὑπομιμνήσκουσί τε,
Κλητεῖς, ἀνλήτοις, γνωρίμοις, ἀνωνύμοις,
Πρώτοις, μεγίστοις, ἐσχάτοις, παρεσχάτοις,
Ἐμοῖς ἀδελφοῖς καὶ φίλοις, καὶ συντρόφοις,
Τὰ πάντα μίγδην τοῖς ὁμοῦ μεμιγμένοις.
Οὐ γὰρ διαιρεῖν βούλομαι τὰς ἀξίας.
Οὐδὲ φθόνου πρόσκομμα γίνεσθαι θέλω.
Εἷς εἰμι, καὶ κάτοιδα δεσπότην ἕνα,
Καὶ πάντας ὑμᾶς ὁμογνωμονήσαντος.

Vivebat is sub Manuele Comneno, cujus res gestas oculatus ipse testis pluribus libris digessit, quemadmodum et Joannis Manuelis patris. In codice tamen Vaticano septimi, nec ultra, legitur. Quod inde factum existimo, quod ille codice exscribebatur, cum Constan-

tinopolis, terra marique obsessa, tormentis bellicis a Mahumetanis oppugnabatur, ut exscriptor in margine adnotaverat. Dei postmodum justo judicio urbe hostibus tradita, exscriptio quoque illa post aliquot paginas finem habuit, vel expugnatione urbis, vel infortunio, utinam non cæde, exscriptoris interturbata. Quidquid tamen sit, actor elegans est, si quis alius; formulis dicendi peregrinis sæpius utitur, figuris ex Sophistarum penu. Periodi illi concisæ, plenæ, nisi cum compositionis novitate asperantur et obscurantur. Totum se, ut verbo extricem, ad Procopium componit. Et mirum est, inter tot alios posterioris sæculi scriptores, tumultuarie in dicendo, scribendoque delirantes, hunc tantum sapuisse. Nonnemo dixerit cum nimium sibi indulsisse in enarrandis rebus Græcorum, quas majores, quam erant, fecerit. His tamen respondebit Thucydides : Μέχρι τοῦδε ἀσφαλεστάτοι οἱ ἔπαινοί εἰσι περὶ ἑτέρων λεγόμενοι, ἐς ὅσον ἄν καὶ αὐτὸς ἕκαστος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαί τι, ὧν ἤκουσε. Τῷ δὲ ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσιν. Eatenus tolerabiles sunt alienæ laudes, quatenus se ipsum quisque parem arbitratur alicui illarum assequendæ : quibus vero imparem, iis invident, fidemque non habent. *In pontifices Romanos, cum sese tulerit occasio, semper, et acriter intemperans est. Sed hæc æquius clii examinabant.*

Accepi Marianæ pietatis Græcorum primum partem integram. Gratias ago immortales, excitabo me ad illam lectione tam suavi et docta, notisque eruditissimis velut lapillis gemmeis utique inspersa Ne succumbas oneri, quæso, in tanta temporum nostrorum calamitate. Mariana ipsa pietas tuos in laboriosissimo negotio maximi subsidiis conatus sufficiet. Nuntiatur mihi jam finem habuisse syntagma meum de Concensione perpetua Ecclesiæ occidentalis atque orientalis cum dissertationibus meis, altera de Dominicis et Hebdomadibus Græcorum ; altera de Missa Præsanctificatorum, Amstelodami, sive Coloniæ editum. Romæ nondum visum est. Vale, vir præstantissime, et me tui obsequentissimum, ut facis, ama. Romæ CIↃ IↃCCXLVIII. *Septembris* XXV.

CERTI AUCTORES GRŒCI,

Allatiano primo Indiculo, alii a Metaphraste, qui Sanctorum Vitas ac Encomia scripsere.

Numeri ad eos te revocant quos in textu inter uncos posuimus.

A

Alexander monachus in S. Barnabam apostolum, 99. De Inventione crucis, 110.

Ammonius monachus, de Monachis in Raithu et monte Sina occisis, 86.

Amphilochius Iconiensis, Basilii Vitam et Miracula, 81. In Magnum Sabbatum, 92. In Symeonem, 108. In quadriduanum Lazarum, 113. In Ileiparam et Annam et Symeonem, 107. Est Theodoti Ancyrani.

Anastasius Sinaita, in eos qui in Christo dormierunt, 111. In Transfigurationem, 116.

Anastasius Theopolitanus archiepiscopus, de Rebus in Perside gestis, 83. In festum Occursus, 104. In Annuntiationem, 109. In eamdem, 111.

Anatolius episcopus Thessalonicensis, in Præcursoris Decollationem, 92. In eamdem, 104. In eamdem, 115.

Andreas Cretensis, in Georgium martyrem, 87. In Annuntiationem, 91. In quatriduanum Lazarum, 98. In Transfigurationem, 103. In humanam vitam et defunctos, 103. In Præcursoris Decollationem, 106. In vivificam crucem, 98 et 109. In Ramos Palmarum, 114. Unus laudatus in S. Mariæ Dormitione, ejus laudator, 106.

Antipater Bostrensis, in Joannem Baptistam, etc., 89.

Antonius monachus, Symeonis Stylitæ, 101. Ejus discipulus, 8. Male Metaphrastes habitus, 9.

Archippus eremita ac Prosmonarius, de S Michaelis Miraculo in Chonis, 94. De revelatione S. Michaelis, 113.

Arsenius Corcyrensis in Barbaram Virginem, 90. In Andream primo vocatum, 94.

Asterius Amaseæ episcopus, in SS. martyres, 92. In Phocam martyrem, 96.

Athanasius archiepiscopus Alexandrinus, S. Antonii, *ibid.*

Athanasius scriba, Æcatharinæ martyris, 93.

B

Barsaphthas, Ananiæ martyrium, 82

Basilius archiepiscopus Cæsariensis. In Christi Nativitatem, 88. In Gordium martyrem, 100.

Basilius Seleuciæ, de Actis S. Theclæ protomartyris, 97. In S. Thomam, 102. In sanctam Pentecosten, 108.

C

Callistus patriarcha Constantinopolitanus, in Exaltationem crucis, 101.

Chrysippus presbyter Hierosolymitanus, in Joannem Præcursorem, 95. In archangelum Michaelem, 100.

Constantinus Acropolita, in sanctam martyrem Theodosiam, 84. S. Neophytum, 105. Theodorum Tyronem, 109. Joannem Damascenum, 112.

Constantinus Chartophylax Diaconus Magnæ Ecclesiæ, in SS. omnes martyres, 81.

Constantinus Porphyrogenneta; de imagine Edessena, 103. De Joannis Chrysostomi corpore relato Constantinopolim, 111.

Constantinus episcopus Tii, de Inventione corporis S. Euphemiæ, 94.

Cosmas, Vestitor, de Relatione corporis Joan. Chrysostomi Constantinopolim, 94. In Joachim et Annam, 95. In Zachariam prophetam et pontificem, 100.

Cyrillus Alexandrinus, in Transfigurationem, 101. Josephi Genealogia ab Abrahamo ad Davidem, 106.

Cyrillus monachus et presbyter Scythopolytanus, sancti Sabæ, 93. Sancti Theodosii, 96. Sancti Euthymii, 102, 107.

D

Daniel monachus Raithenus, Joannis Sinaitæ, 112.

Demetrius Chrysoloras in Demetrium Myroblytam, 85.

Demetrius Cydonius, in sanctam Pentecosten, sive de sancto Spiritu, 101.

Diadochus episcopus Photices Epiri, in Assumptionem Dominicam, 113.

E

Ephræm Chersonæ episcopus, de miraculis S. Clementis, 90. De miraculo erga puerum, 96.

Ephræm Syri, in quadraginta martyres, 89. In magnum Basilium funebrem, 88 In crucem, 106.

Epiphanius Cypri episcopus, in Dominici corporis sepulturam, 111. In Ramos, 114.

Epiphanius monachus, de sancto Andrea, 90. De vita sanctæ Deiparæ, 106 Auctores in ea illi laudati, et sugillati, 106.

Evagrius monachus, sancti Pancratii, 86.

Evodius, Quadraginta duorum martyrum, 113.

Euripus, de Joannis Præcursoris Decollatione, 92.

Eusebius Alexandrinus, de Joannis in infernum adventu, 82 In Christi resurrectionem, *ibid.* In proditionem Judæ, 84. In Dominicam Assumptionem, 94. De Christi

baptismate, 91. De secundo adventu, 99. In Christi Natalem. 105. De Incarnatione, 112.

Eusebius monachus, Eustratii et sociorum Acta, 83.

Eustratius presbyter, Magni Eutychii patriarchæ Constantinopolitani, 96.

Euthymius monachus, in Encænia S. Mariæ in Chalcopratæis, 108.

Eutolmius, SS. Galationis et Epistemes, 85.

F

Florentius, SS. Senatoris. Viatoris, etc., 89.

G

Georgius Alexandrinus, Joannis Chrysostomi, 105. In eo male sugillatus Savillio, 46.

Georgius Grammaticus, sanctæ Barbaræ martyris, 92.

Georgius Hagiopolita, in sanctos Spiritus, 97.

Georgius monachus et chartophylax, in Præsentationem S. Mariæ in templo, 113.

Georgius Nicomediensis, in Nativitatem S. Mariæ, 87. In Conceptionem S. Dei Genitricis, 94. In dubietatem Joseph, 98. In Conceptionem S. Annæ, 103. In Conceptionem S. Dei Genitricis 104. In S. Mariam astantem cruci, 108. In SS. Cosmam et Damianum, 110. In assistentiam ad sepulcrum, 113.

Γραφικῶν ἐξεχύθη σου, Συμεών, ἐν τοῖς χείλεσι, τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις ἄῤῥητος. Διὸ τὸν μάτην καυχώμενον, πλοκαῖς διαλέξεων ἐξώλεγξας ταπεινοῖς. Ὡς καλάμη γὰρ γέγονε, κατὰ πρόσωπον τοῦ πυρὸς τεφρουμένη, καὶ σὲ μᾶλλον μεγαλύνων, ἀνεδείχθη βρύξας νοός σου τὴν δύναμιν.

Ὡς θεράπων γενόμενος τοῦ Θεοῦ, ἐκ τῶν ἔργων σου, ὡς ἁγίων σύσκηνος, οὓς ἀνύμνησας ὡς παῤῥησίαν κτησάμενος, ἁγνείᾳ τοῦ βίου σου θεοῤῥήμων Συμεών, τῶν ὑμνούντων σε μέμνησο, τὸ φιλάγαθον τῆς ψυχῆς σου δεικνύων, ἵνα πάντες τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ, πταισμάτων εὕρωμεν.

Δόξα, Καὶ νῦν.

Βίον ἔνθεον κατορθώσας, θεωρίᾳ τὴν πρᾶξιν κατεκόσμησας, Συμεὼν παμμακάριστε. Τὴν γὰρ σοφίαν φιλήσας ἔρωτι θείῳ, ἐκ στόματος τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν κατεπλούτησας, καὶ ὡς κηρίον μέλιτος τὸν γλυκασμόν σου τῶν λόγων ἀποστάζων ἡμῖν, εὐφραίνεις νοήμασι θείοις τὴν Ἐκκλησίαν Χριστοῦ. Διὸ ἐν οὐρανοῖς ἐμφιλοχωρῶν, αὐλιζόμενος, ὑπὲρ ἡμῶν ἀπαύστως πρέσβευε τῶν ἐκτελούντων τὴν μνήμην σου.

Προκείμενον τοῦ Ἀποστόλου.

Θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. Ἐν Ἐκκλησίαις.

Πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῆς Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοί. Ἐπάστῳ δίδοται ἡ φανέρωσις, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως τοῦ, Ἑκάστῳ καθὼς βούλεται.

Τὸ Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ Ματθαίου.

Εἶπεν ὁ Κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως τοῦ· Οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

SYMEONIS METAPHRASTÆ

OPERUM PARS PRIMA

COMPLECTENS

OPERA ASCETICA ET PARÆNETICA.

—

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ

ΣΥΜΕΟΝ ΤΟΥ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ

ΤΟΥ ΚΑΙ ΜΕΤΑΦΡΑΣΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΘΡΗΝΟΝ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ, ΟΤΕ ΠΕΡΙΕΠΛΑΚΗ ΤΟ ΤΙΜΙΟΝ ΣΩΜΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

—

SAPIENTISSIMI AC DISERTISSIMI

SYMEONIS LOGOTHETÆ.

QUI ET METAPHRASTES,

ORATIO IN LUGUBREM LAMENTATIONEM SANCTISSIMÆ DEIPARÆ PRETIOSUM CORPUS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI AMPLEXANTIS.

(Apud Allatium *De Symeonibus*).

—

Τοῦτο ἐκεῖνο, γλυκύτατε Ἰησοῦ, τὸ τοὺς ἐκ Περσίδος ἀφιγμένους εἰς Βηθλεὲμ, οὐ μόνον χρυσὸν ὡς βασιλεῖ, καὶ λίβανον ὡς Θεῷ, ἀλλὰ καὶ σμύρναν ὡς Ὀνητῷ προσενεγκεῖν γεννηθέντι σοι. Τοῦτο ἐκεῖνο, τὸ ῥομφαίαν μέλλειν διελθεῖν τῇ καρδίᾳ μου, καθὼς Συμεὼν προηγόρευσε. Τοῦτο ἐκεῖνο, τὸ πῦρ ὃ βαλεῖν ἦλθες ἐπὶ τὴν γῆν, ὥσπερ αὐτὸς προδίδαξας. Καυστικώτερον γὰρ καὶ πυρὸς μητρὶ φιλοτέκνῳ παιδὸς μονογενοῦς ἀπονέκρωσις. Μικρὸν πρὸς τοὐναντίον μοι περιίσταται καὶ ὁ τοῦ Γαβριὴλ ἀσπασμός. Οὐ γαρ καὶ νῦν ὁ Κύριος μετ' ἐμοῦ, καθὼς ἐκεῖνός μοι ἐπηγγείλατο· ἀλλὰ σὺ μὲν ἄπνους ἐν νεκροῖς καὶ ᾅδου ταμείοις φοιτᾷ τὰ ἐνδότερα· ἐγὼ δὲ τὸν ἀέρα πνέω καὶ μετὰ ζώντων περίειμι. Καίτοι οὐ συνορῶ διὰ ποῖον ἔργον πεφόνευσαι. Ἐκάλυψε γὰρ οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ σου κατὰ τὸν Ἀββακούμ. καὶ νῦν ἄμορφος κεῖσαι, ὁ ὡραῖος παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἄδοξος κηδεύῃ ἐν γῇ, οὗ τὴν δόξαν διηγοῦνται οἱ οὐρανοί. Καὶ μνῆμα φέρει σε λελατομημένον ὃν ἐξ ὄρους ἀλαξεύτου τιμηθέντα εἶδεν ὁ Δανιήλ. Ἀπαθης σου ἡ γέννησις ἐντεῦθεν ἐν-[ε] δείκνυτο, ὡς ἐν τῇ βάτῳ ἡ θεϊκή σου πρὸς ἀνθρώπους συνάφεια, καὶ ἐν τῷ Ἰωσὴφ ἡ τῶν Ἰουδαίων

Hoc illud est,dulcissime Jesu,ex Perside in urbem Bethleem advectos, non tantum aurum,ut regi, et insensum ut Deo, sed et myrrham, ut mortali tibi jam nato obtulisse. Hoc illud est, gladium meam ipsius animam penetraturum,uti Symeon prædixerat. Hoc illud est, ignem te venisse in terram mittere, ut tu antea edocueras. Igne siquidem matri filiorum amanti,unigeniti filii mors adurentior est. Parum quoque deest,ne Gabrielis salutatio contra mihi eveniat. Neque enim modo Dominus mecum est, quemadmodum ille promiserat ; sed tu plane examinatus inter mortuos inferorum penitissima conclavia lustras ; ipsa spirans viventesque cum viventibus ætatem ago.Neque tamen animo comprehendere queo, quodnam ob facinus vita tibi adempta est Obtegit siquidem cœlos virtus tua, ut Abbacuc ait,et nunc jaces informis,qui eras speciosus forma præ filiis hominum;et inglorius terra tegeris,cujus gloriam cœli enarrant ; et monumentum te gestat incisum,quem e monte sine manibus lapidem abscissum Daniel conspexerat. Inde nulli passioni obnoxia nativitas tua commonstrabatur ; veluti in rubo divina tua cum hominibus conjunctio, et i-

Josepho ab Hebræis structæ insidiæ : et in Isaacio mortis similitudo. Reliquum est Jonæ, tuæ resurrectionis arcanum.

Væ mihi miseræ! in lapide demortuus jaces, qui ex lapidibus filios suscitas Abraham. Etenim si propter tuam salutarem passionem disruptis lapidibus, quam plurimi nomini tuo non credidissent, non haberes ubi caput declinares vivus, tu Judæis dixisti, quos propter dolosas cogitationes vulpes compellasti; sed demortuus illud reclinasti in cruce, cum substratam ut lectulum latronis fidem comperisses. Offendit me sol, concinit canticorum modulatrix. *Occidit sol, cum nundum inclinasset meridies*, Jeremias enuntiat. Profecto enim et solem sensibus obnoxium tristitia involvit, cum sol intellectualis justitiæ defecisset; et saxa rupta sunt, quibuscum una disrumpi cor meum haud multum abierit. O caro sancta! quæ ex sanguinibus meis mirum in modum coagulata es: namque antiquum debitum sufficientissime restitui. In hoc mihi, Domine, cœlos declinasti; et ut imber super lanam descendisti, ut mortem subires, quæ sanctorum dormientium corpora exsuscitaret, me vero tui Genitricem interimeret. Quæ hæc sunt, Fili desideratissime? Absque damno olim quæ immisceri apta non erant, commista sunt, et ignis divinitatis non materiatus viscera mea non exussit; at nunc alius ignis intima mea singula depascitur, et cor medium convulnerat. Lætitiæ sponsionem accepi per angelum, lacrymasque omnes e facie terræ exterminavi: nihilominus hæ meis hinc lacrymis increscunt. Descendis ad inferos, animas, quæ ibi obserantur, sat novi, liberaturus, verum meam illuc una tecum corripis, cum me mortuam spirantem prætereas, o mortue nude, et vivi Dei verbum, sponte ad crucem altius tolli condemnate, ut omnes ad te traheres! Quodnam ex tuis membris tormento non subjacuit? O divinum mihi caput spinis perfossum, easque cordi meo infigens! O venerandum sacrumque corpus, quod olim non habebas, ubi declinans quiesceres: nunc solum ad sepulturam inclinatum est, quietem consecutum, et ut Jacobus aiebat, veluti Leo obdormivisti! O desideratum concupitumque mihi caput calamo percussum, ut calamum imbellis dæmonis artibus disruptum, longeque a paradiso factum, instaurares! O maxillæ alapis fœdatæ! O os meliis alius favus, licet amarissimum fel degustasti, et acerrimum acetum potionem sumpsisti! O os intra quod dolus inventus non est, etsi dolosum osculum te prodidit ad mortem! O manus, quæ hominem creastis, et nunc cruci affixæ, et ad inferos protensæ, manum illius arripitis, quæ olim lignum tetigit et a lapsu Adamum universum exciiatis! O latus lancea perforatum propter eam, quæ ex latere creata fuerat, primam matrem! O pedes, qui per aquas, veluti per terram processistis, et fluidam naturam manifeste sanctificastis!

Væ mihi, Fili, ipsa parente antiquior, quas sepulcbrales lamentationes, et quas laudationes func-

A ἐπιδουλὴ, καὶ ἐν τῷ Ἰσαακ, τὸ τοῦ θανάτου ὁμοίωμα. Λείπεται οὖν τὸ τοῦ Ἰωνᾶ τῆς ἀναστάσεώς σου μυστήριον.

Οἴμοι! ὅτι ἐν λίθῳ κεῖσαι νεκρὸς, ὁ ἐκ τῶν λίθων ἐγείρων τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Εἰ γὰρ οὐ, τῶν λίθων ῥαγέντων διὰ τὸ πάθος σου τὸ σωτήριον, πολλοί σου τῷ ὀνόματι πεπιστεύκασιν, οὐκ εἶχες ποῦ κλῖναι τὴν κεφαλὴν ζῶν, εἶπας Ἰουδαίοις αὐτὸς, οὓς ἀλώπεκας ἠνίξω διὰ τοὺς δολεροὺς αὐτῶν λογισμούς, ἀλλ' ἔκλινας ταύτην τεθνηκὼς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, ὑπεστρωμένην ὡς κλίνην εὑρὼν εὐγνώμονος τὴν πίστιν λῃστοῦ. Παρέβλαψέ με ὁ ἥλιος, λεγέτω ἡ φσματίζουσα. Ἐπέδυ ὁ ἥλιος ἔτι μεσούσης ἡμέρας. Ἱερεμίας φθεγγέσθω μοι. Ναὶ γὰρ καὶ ἥλιον αἰσθητὸν ὑπέδραμε στύγνασις, τοῦ νοητοῦ ἡλίου τῆς B δικαιοσύνης ἐκλείποντος. Καὶ πέτραι ῥῆξιν ὑπήνεγκαν, αἷς συρράγῆναί κινδυνεύει ἡ καρδία μου. Ὡς σὰρξ ἁγία, ἥτις ἐξ αἱμάτων ἐμῶν ἐτυρώθης ὑπερφυῶς. Τὸ γὰρ ἀρχαῖον χρέος ἀπεδόμην πληρέστατον. Εἰς τοῦτο μοι τοὺς οὐρανοὺς ὑπέκλινας, Δέσποτα, καὶ ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον κατέδη, ἵνα καὶ νεκροσιν ὑποστῇς, ἁγίων μὲν κεκοιμημένων ἐξεγείρουσαν σώματα, νεκροῦσαν δὲ τὴν τεκοῦσάν σε. Τί ταῦτα, παῖ ποθεινότατε; Ἀδλαβῶς μὲν ἐμίχθη πάλαι τὰ ἄμικτα, καὶ πῦρ θεότητος ἄϋλον, σπλάγχνον ἐμὸν οὐ κατέφλεξεν· ἄρτι δ' ἕτερον πῦρ τὰ ἐντός μου βόσκεται ἅπαντα, καὶ μέσην τὴν καρδίαν λυμαίνεται. Χαρᾶς ἐγγύας δι' ἀγγέλου παρέλαβον, καὶ ἀφειλόμην δάκρυον πᾶν ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς πλὴν ἀλλὰ τοῦτο μόνον τοῖς ἐμοῖς πιαίνεται δάκρυσιν. C Εἰς ᾅδου καταδαίνεις οἶδ' ὅτι, τὰς ἐγκεκλεισμένας ἀπολύσων ψυχὰς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμὴν ἐκεῖσε συγκατασπᾷς, ἔπνουν νεκρὸν παρατρέχων με. Ὦ νεκρὲ γυμνὲ, καὶ ζῶντος Λόγε Θεοῦ, ἑκουσίως ὑψωθῆναι κατακεχριμένε σταυρῷ, ἵνα πάντας ἑλκύσῃς πρὸς ἑαυτόν! Ποτόν σου τῶν μελῶν τεῦ σώματος ἔμεινεν ἀπαθές; Ὦ θεία μοι κορυφὴ ἀκάνθας δεδεγμένη, καὶ ταύτας ἐμπήξασα τῇ καρδίᾳ μου! Ὦ κοσμία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, ἥτις πάλαι μὲν οὐκ εἶχες ποῦ κλιθῆναι καῖ ἀναπαύσασθαι· νῦν δὲ πρὸς ταφὴν μόνον ἐκλίθης, καὶ ἀναπέπαυσαι, καὶ κατὰ τὸν Ἰακὼβ, ὡς λέων κεκοίμησαι! Ὦ ποθεινὴ καὶ ἱερασμία μοι κεφαλὴ, καλάμῳ κετυμμένη, ὡς ἀνορθώσῃς τὸν ὡς σαθρὸν τῷ πονηρῷ κατεαγότα κάλαμον, καὶ μακρὰν τοῦ παραδείσου γενόμενον! Ὦ σιαγόνες δεδεγμέναι D ῥαπίσματα! Ὦ στόμα σίμβλον ἕτερον μέλιτος, εἰ καὶ χολῆς ἐγεύσω πικροτάτης, καὶ ὄξους ἐποτίσθης δριμύτατον! Ὦ στόμα οὗπερ οὐχ εὑρέθη δόλος ἐντὸς, εἰ καί σε δολερὸν εἰς θάνατον προδέδωκε φίλημα! Ὦ χεῖρες, αἱ τὸν ἄνθρωπον πλαστουργήσασαι, καὶ νῦν προσηλωμέναι μὲν τῷ σταυρῷ, ἐν ᾅδου δὲ προτεινόμεναι, καὶ χειρὸς ἁπτόμεναι τῆς ἁψαμένης τοῦ ξύλου πάλαι, καὶ τοῦ πτώματος ὅλον τὸν Ἀδὰμ ἐξεγείρουσαι! Ὦ πλευρὰ λογισθεῖσα διὰ τὴν ἐκ πλευρᾶς πλασθεῖσαν προμήτορα! Ὦ πόδες, ἐφ' ὑδάτων πεζεύσαντες, καὶ τὴν ῥοώδη φύσιν εἰλικρινῶς ἁγιάσαντες!

Ὤμοι, Υἱὲ, μητρὸς παλαιότερε! Ποίους θρήνους ἐπιτυμβίους, καὶ τίνας ὕμνους ἐπικηδείους σοι ᾄσομαι;

Οὐκέτι στάμνος μανναδόχος ἐγώ· τὸ μάννα γὰρ τὸ ψυχοτρόφον ἀμφὶ τὸν τάφον ἐκκέχυται. Οὐκέτι βάτος ἐγὼ ἀκατάφλεκτος· δλη γὰρ νοητῷ πυρί σου τῆς ταφῆς κατεπέφλεγμαι. Οὐκέτι χρυσῆ λυχνία ἐγώ· τὸ γὰρ φῶς ὑπὸ τὸν μόδιον τέθειται. Ὡς πολλὰ τὰ μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς ἐνέδειξέ μοι! Ἐκ πασῶν γενεῶν ἐξελέξω με. Γλώσσας προφητῶν ἐτράνωσας δι' ἐμέ. Μέλλων οὐρανόθεν καταφοιτᾶν, ὡς οἶδας αὐτός, τὴν ἐμὴν εἰς τὸν κόσμον ἀνέμενες πρόοδον, μὴ ἔχων σκεῦος ὑποδοχῆς θεότητος ἄξιον. Σοὶ μόνῳ κατεγυμνάσαντό με καὶ πρὸ συλλήψεως οἱ γεννήτορες. Εἰς φῶς ἐξήχθην τοῦτο τοῦ βίου, καὶ βραχύτατα τοῖς γονεῦσι παρέμεινα. Ὁμοῦ γὰρ μαστοῖς ἀπεταξάμην καὶ γάλακτι, καὶ συνατεταξάμην καὶ τοῖς γεννήτορσι, καὶ ὅλη ὅλῳ προσαπεδόθην σοι, καὶ ναῷ ἀνετέθην, ναὸς γενησομένη σοι καθαρώτατος· Ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπόν με, σὺ δὲ με προσελάβου, καὶ δι' ἀγγέλου ἐξέτρεψας, καὶ ὃ φησὶν ὁ Δαυίδ· Ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος. Ἄγγελον εἶδον πρωτοστάτην, ὡς Δεσποίνῃ προσομιλοῦντά μοι· ὃν Ζαχαρίας πρὶν ἰδὼν ἐκωφεύσατο, καὶ γλωττοπέδην ὑπέμεινεν. Καὶ ἠγαλλιάσατο καὶ βρέφος ἔνδον γαστρὸς, καὶ τὸν ἀσπασμὸν ἠμείψατο τῷ σκιρτήματι, σὲ προσκυνοῦν τὸν ἐν γαστρὶ μου κυοφορούμενον. Νόμους ἐν ἐμοὶ κατέλυσας φύσεως. Ἀσπόρως συνελήφθης, ὡς οἶδας, καὶ μετὰ τόκον με παρθένον ἐτήρησας. Τέθεικάς με μητέρα ἐπὶ τέκνῳ εὐφραινομένην, κατὰ τὸν δι' ἐμὲ θεοπάτορα, καὶ πασῶν ὑπερκειμένην θυγατέρων, ἃς ὁ Σολομὼν προηνίξατο. Βασιλεῖς, καὶ πτωχευούσῃ μοι, δουλοπρεπῆ παρέσχον προσκύνησιν. Οὐρανῶν με πλατυτέραν ἀνέδειξας, ἐξ ἧς ὁ τῆς δόξης ἔλαμψεν Ἥλιος. Καὶ ἵνα τὰ λοιπὰ τῶν περὶ ἐμὲ τερατείων παραθραμοῦμαι, μακαριστὴν ἐν πάσαις γενεαῖς με πεποίηκας, καὶ δι' ἐμοῦ τὸν ἄνω κόσμον πληρωθῆναι διακονούμησας. Νῦν οὐκ οἶδ' ὅπως ταῦτα συγκέχυται· καὶ ἀχνυθέν μοι τὸ μέλι συμφύρεται. Καὶ γὰρ συννεκροῦσθαι προάγομαι νῦν, καὶ συνθάπτομαι, καὶ μεχρὶς ᾅδου συγκαταδύνειν σοι. Νεφέλην με φωτὸς ὁ προβλέπων ὠνόμασεν, ἀντὶ νεφελῶν, ὡς ἔοικε, τὰ δάκρυα στάζουσαν. Μήποτε ἄρα περὶ μοῦ καὶ τοῦτο προεῖρηται, Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι; Ἰδοὺ γὰρ ἀποτετρυγημένος μοι πρόκειται ὁ βότρυς τῆς ζωῆς ὁ ἀκήρατος, ὁ τὸ ζωηφόρον αἷμα κενώσας ὡς οἶνον, πιστῶν καρδίας εὐφραίνοντα. Βαθεῖ, πῶς ὁ κατάψυχρος οὗτος λίθος, ὡς σιδήρῳ πληττόμενος τῷ κραταιῷ σου βραχίονι σπινθῆρας ἐπιπέμπει νοητοὺς τῇ καρδίᾳ μου! Τί μὴ καὶ διαῤῥήγνυμι τὸ στέρνον, καὶ μυστικώτερον τάφον ἀντιλαξεύσω, ὡς ἐν σπλάγχνοις μου καὶ πάλιν ἐνδέξωμαί, καὶ ἐγκαρδίως κηδεύσω σε; Λεπὰς ἐγὼ μυστικὴ τῆς πέτρας οὐκ ἀπορρηγνυμένη, τῆς τὸν μαργαρίτην φερούσης μου, τὸν ἐξ ἀστραπῆς τῆς θεηγόνου ἐμφυέντα μοι.

Ὦ οἷα ἀνθ' οἷον ὁρῶ! Ἀστὴρ ἡμεροφαὴς τῷ τοκετῷ σου παρὰ τῆς σῆς ἐκπνουργήθη μεγαλειότητος, καί σε λελυθότως τεχθέντα οὐρανὸς ἀνεκήρυττεν, ἀλλὰ σήμερον καὶ αὐτὸν τὸν αἰσθητὸν ἔκρυψας ἥλιον, καὶ νύκτα ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ παρήνεγκας, τοὺς ἀσε-

A bres tibi decantavero? Non ampliùs urna sum ego mannæ receptaculum : manna siquidem animas enutriens circa sepulchrum effusum est. Non amplius rubus incombustus; tota siquidem intellectuali tui monumenti igne exusta sum. Non amplius candelabrum aureum ; lumen siquidem sub modio positu est Ut magnifica ostendit mihi, qui potens est! Ex omnibus nationibus elegisti me. Prophetarum linguas mei causa disertas effecisti. De cœlo progressurus, ut bene ipse nosti, meum in mundum progressum exspectasti, cum non haberes vas, quod esset dignum, et capax divinitatis. Tibi soli, et antequam ipsa conciperer, parentes mei me desponderunt. In lumen hoc vitæ educta sum, et brevissimo tempore cum parentibus commorata, tota toto B tibi reddor, et in templo offeror, templum tibi futura purissimum. Pater meus et mater mea dereliquerunt me, tu vero me assumpsisti, et pavisti per angelum. Et quod ait David, *Panem angelorum manducavit homo.* Angelum vidi principem, mecum veluti Domina communicantem ; quem prius Zaccharias intuitus auditum amisit, et linguæ ligamen sustinuit. Et exultavit infans in utero, et saltu salutationi respondit, te adorans, qui in utero meo gestabaris. Naturæ in me leges dissolvisti. Sine semine conceptus, ut scis, et post partu me virginem conservasti ; effecisti me matrem de Filio lætantem, ut qui propter me Dei parens audiit, pronuntiat, et omnibus filiabus superiorem, quas Salomon præsignificaverat. Reges mihi, licet res essent pauperculæ, servilem adorationem exibuerunt. C Cœlis ipsis me ampliorem ostendisti, ex qua gloriæ sol resplenduit ; et ut reliqua, quæ circa me admirabilia patrata sunt, silentio præteream, per me beatam in omnibus generationibus mundum superiorem compleri constituisti. Nunc vero, nescio qua ratione hæc confusa sunt omnia, et mel mihi ex absinthio commiscetur. Namque nunc una tecum commori cogor, una tecum sepulcro contegi, simulque una tecum ad inferos progredi. Nebulam me lucis prævidens ille nuncupavit, pro nebulis, ut videtur, lacrimas fundendem. Annon de me etiam illud pronuntiatum est, *Derelinquetur filia Sion veluti tabernaculum in vinea?* Ecce enim prorsus vindemiatus est vitæ racemus incorruptus, qui vivificum sanguinem, veluti vinum fidelium animas lætificantem D effudisti, Papæ, quomodo frigidissimus hic lapis ferro, valido tuo brachio percussus, scintillas animæ meæ intellectuales emittit. Quare non pectus perrumpo, et arcaniorem tibi sepulturam concido, ut in visceribus meis te rursus excipiam, et in corde meo sepulturam tibi condam? Concha ego mystica sum, quæ a saxo non abcinditur margarifero, qui ex divinitus illuminato fulgetro mihi adhæsit.

Quæ nunc pro quibus intueor! Stella interdiu coruscans, cum nascereris, a tua magnificentia nova designata est, et clam te natum cœlum prædicabat; sed hodie ipsum quoque solem sensilem abscondisti, et noctem ipso meridie, refellentem impios,

invexisti. Persas ibi genua flectentes stella advocavit; hic notos et amicos deicidarum metus longe dissipavit. Ibi munerum adductio et adoratio : hic vestimentorum partitio et irrisio, et injuriarum corona. Nunc Judæi, ut antea quærebant signum e cœlo, intueantur solem obtenebratum, et lumen occulentem dignis caligine. Nunc et inanimatum hoc templum pro Judæorum more te deplorat. Quemadmodum enim Judæi, cum quis Deo maledicebat, vestimenta sua scindebant, ita et hoc veluti vestimentum velum scindit te conspiciens a Dei hostibus improbe ac indigne pertractatum. Conteritur et terra motibus divexata, tuaque passione coangustata; sed ubinam sunt, quinque millia hominum, quos mirandum in modum enutrivisti? Solus equidem Josephus audacter, libereque Pilatum allocutus corpus tuum expostulavit, ne insepultum abjiceretur. Ubi sunt infirmorum cœtus, quos ex variis morbis sanasti, vel quos ab inferis eduxisti? Solus Nicodemus clavos e manibus, pedibusque tuis extrahit, et totum te e ligno depositum meis hisce ulnis, gemens ipse ac fremens apponit, quæ te et antea, cum infans esses, non sine voluptate gestavere. Manus siquidem hæ meæ et ante infanti facto administrarunt, et nunc justa persolventes adserviunt. O dira funera! Demortuis vitam donans, ante meos oculos demortuus jaces. Et olim quidem circa pueriles fascias studium et operam impendi, et nunc funebria tibi apparans conturbor. Tepidis undis te lavi, et nunc calidioribus te lacrymis obruo. Ulnis maternis sustentabam, sed subsultantem, et puerorum more jocantem, nunc rursus te iisdem sustineo, sed exanimem et mortuorum more jacentem. Tum labia mihi dulcibus, ac roscidis tuis labis irrorabantur. Tum ego beata dici poteram, quod præter exspectationem Creatoris mei parens apparui : et nunc rursus, ut sim misera contigit, quod mei Filii funus accuro. Ibi dolores in partu effugi; hic dolores, dum te sepelio, sustineo. More infantium sæpenumero in pectore obdormivisti, et nunc mortuorum in modum in iisdem obdormis. Næ illæ Symeon beatus fuit, qui te in templo meis e manibus accepit. Prophetæ siquidem et læta, et mihi gloriosa vaticinati sunt, ipse vero solus et tristia, et mœroris plena prædixit. O quomodo sputis fœdari sustinuisti, qui sputo tuo, oculos de novo efformasti! Quomodo alapas tolerasti, qui flagello res divinas cauponantes percussisti. Quomodo probrosam sustines mortem, Fili sceleris espers? Perforatæ sunt manus tuæ, pedesque, sed clavos ipsa in mediam animam meam punctoris dirissimis adactos persentio. Latus tuum confossum est, sed et meum cor eodem ipso tempore confodiebatur. Doloribus una tecum cruci affixa sum, et una tecum tormentis commortua, una tecum sepelior. Quid mihi et vitæ meæ, dum tu longe es, o Creator meus, et Fili desideratissime.

Sed ubinam et discipulorum chorus ut una me-

A δοῦντας ἐλέγχουσαν Πέρσας ἐκεῖ γονυπετοῦντας ὁ ἀστὴρ μετεστείλατο, ὧδε καὶ γνωστοὺς τε καὶ φίλους ὁ τῶν θεοκτόνων φόβος ἀπεμακρύνατο. Ἐκεῖσε δώρων προσαγωγὴ καὶ προσκύνησις, ἐνταῦθα χιτώνων μερισμὸς καὶ χλευασμός, καὶ στέφανος ὕβρεων. Νῦν Ἰουδαῖοι, ὡς πρὶν ἐξήτουν ἐξ οὐρανοῦ σημεῖον. βλεπέτωσαν ἥλιον σκοτιζόμενον, καὶ τὸ φῶς ἐκ τῶν ἀξίων σκότους συγκρύπτοντα. Νῦν καὶ ὁ ἄψυχος οὗτος ναὸς κατὰ τὴν Ἰουδαϊκὴν πενθεῖ σε συνήθειαν. Ὡς γὰρ Ἰουδαῖοι βλασφημοῦντός τινος εἰς Θεὸν τοὺς ἑαυτῶν χιτῶνας διέσχιζον, οὕτω δὴ καὶ οὗτος, ὡς χιτῶνα περισχίζει τὸ καταπέτασμα, παρὰ τῶν θεομάχων παροινούμενον βλέπων σε. Συντρίβεται καὶ γῆ σειομένη, παθαινομένη τῷ πάθει σου. Ἀλλὰ ποῦ τὸ πλῆθος τῶν πεντακισχιλίων ἀνδρῶν, οὓς θαυματουρ-

B γήσας ἐξέθρεψας, ὅτι μόνος Ἰωσὴφ προς Πιλάτον τολμηρῶς ἐπαρρησιάσατο, καὶ τὸ σῶμά σου ᾐτήσατο, ὡς ἂν μὴ διαμείνῃ καὶ ἄταφον. Ποῦ τῶν ἀσθενῶν αἱ χορεῖαι, οὓς ἐν ποικίλων ἐρύσω νοσημάτων. Ἢ ποῦ καὶ ἀπὸ ᾅδου ἐξήγειρας, ὅτι μόνος Νικόδημος τοὺς ἧλους τῶν χειρῶν, καὶ τῶν ποδῶν σου διίστησι, καὶ ὅλον ἐκ τοῦ ξύλου σε καθελὼν ἐμαῖς ἀγκάλαις ἐπωδύνως ἐντέθεικεν, αἵ σε καὶ πρώην ὄντα βρέφος χαρμοσύνως ἐβάστασαν. Καὶ γὰρ χεῖρες ἐμαί, καὶ πρὶν βρεφουργηθέντα ἐξυπηρέτησαν, καὶ νῦν κηδευομένῳ δουλεύουσιν. Ὦ πικρῶν ἐνταφίων! ὅτι νεκροῖς τὸ ζῆν χαρισάμενος, πρὸ ὀφθαλμῶν μου νενέκρωσαι. Καὶ πάλαι σε ἀμφὶ τὰ βρεφικὰ διακονήσασα σπάργανα, καὶ περὶ τὰ νεκρικά σου τυρβάζομαι. Χλιαροῖς ἐλουσάμην σε

C νάμασιν, καὶ θερμοτέροις ἄρτι καταντλῶ σε τοῖς δάκρυσιν. Ὠλέναις μητρικαῖς ἐνεκούφιζον, ἀλλὰ σκιρτῶντα καὶ κατὰ νηπίους ἁλλόμενον. Ἀνακουφίζω σε καὶ νῦν ταῖς αὐταῖς, ἀλλ' ἄπνουν, καὶ κατὰ νεκροὺς ἀνακείμενον. Ἐνέβαπτόν μου τότε τὰ χείλη τοῖς μελιχροῖς σου καὶ δροσώδεσί σον χείλεσι. Μακαρίζεσθαί με τηνικαῦτα παρῆν, ὅτι παραδόξως ὡράθην τοῦ πλαστουργοῦ μου λοχεύτρια. Νῦν δὲ πάλιν νύξεσθαί με ἀντεπεγένετο, ὅτι παρευρέθην τοῦ Υἱοῦ μου κηδεύτρια. Ἐκεῖ ὠδῖνας ἐν τῷ τίκτειν ἐξέφυγον· ἔνθεν ὀδύνας ἐν τῷ θάπτειν εἰσδέχομαι. Βρεφοπρεπῶς μοι πολλάκις ἐν τοῖς στέρνοις ἀφύπνωσας, καὶ νῦν νεκροπρεπῶς ἐν τούτοις κεκοίμησαι. Μακαρίζω τὸν Συμεών, τὸν ἐξ ἐμῶν χειρῶν ἐν τῷ ναῷ σε δεξάμενον. Προφῆται γὰρ καὶ τὰ χαροποιὰ καὶ τὰ τῆς δόξης μοι προεφήτευσαν· αὐτὸς

D δὲ μόνος τὰ σκυθρωπὰ, καὶ τὰ τῆς λύπης προείπετο. Ὤ! πῶς ἐμπτυσθῆναι κατεδέξω, ὃς διὰ πτύσματός σου ὀφθαλμοὺς ἐκαινούργησας; Πῶς ῥαπισμάτων ἠνέσχου, ὃς διὰ φραγγελλίου τοὺς θεοκαπήλους ἐμάστιξας, καὶ τῶν ἱερῶν θριγγίων ἐξήλασας; Πῶς ὑπομένεις θάνατον ἐπονείδιστον, Τίὲ ἀναμάρτητε; Ἐτρήθης χεῖρας καὶ πόδας, ἀλλὰ τοὺς ἧλους ἔγνων εἰς μέσην μου τὴν ψυχὴν τὰς ὀδύνας ἐμπέμποντας. Τὴν πλευρὰν ἐκεντήθης, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐμὴ καρδία τηνικαῦτα συνεκεντεῖτο σοι. Ἐσταύρωμαί σου τοῖς πόνοις, νενέκρωμαί σου τῷ πάθει, καὶ συνθαπτομένῳ παρόντος, ὦ πλαστουργέ μου καὶ Υἱὲ ποθεινότατε. συμθάπτομαι. Τί ἐμοὶ καὶ τῷ βίῳ μου, [σοῦ] μὴ

Ἀλλὰ ποῦ τῶν μαθητῶν ὁ χορὸς, ἵνα μοι παθαι-

νομένῃ συγκλαύσωσιν ; Ἐπατάχθης ὁ ποιμαίνων, καὶ τὰ πρόβατα σκύλλονται. Ὑπνώττεις ἡ κεφαλή, καὶ χεῖρες ὁμοῦ καὶ πόδες ἄπρακτοι μένουσιν. Κλίνουσι τὰς κεφαλὰς καὶ ἄλλοι νεκρούμενοι, ἀλλὰ προεκλελοιπότος τοῦ πνεύματος. Σὺ δ' ἐναλλάξ προέκλινας κεφαλὴν, εἶτα καὶ τοῦ θανάτου κελευσθέντος ἐλθεῖν, τὸ πνεῦμα παρέδωκας. Διὸ οὐδὰ κατεαγότα τὰ σκέλη γεγόνασιν, ὅτι μηδὲ τοῦ πάλαι θυομένου ἀμνοῦ ὀστοῦν ὁποιονοῦν κατεθραύετο. Ὡς προσκυνοῦνται τὰ πάθη, καὶ τὸ ὑπομεῖναν σῶμα προσπτύσσομαι. Αἴρω τὸ ὕδωρ, τὸ ἐκ πλευρᾶς σου ῥυὲν, δι' οὗ μοι τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας χαρακτηρίζεται. Ἐξαίρω καὶ τὸ αἷμα τὸ συῤῥυὲν, δι' οὗ καὶ τὸ διὰ μαρτυρίου εἰκονίζεται βάπτισμα. Ὃ καὶ τὸν εὐγνώμονα περιρραντίσαν λῃστὴν καθηγίασε, βαπτισθέντα καὶ αὐτὸν τῷ ἐπὶ σοῦ συμβάντι βαπτίσματι. Ὦ πικρᾶς ἐκείνης τοῦ ξύλου γεύσεως, ἥτις ἀπὸ γῆς εἰς γῆν παλινοστεῖν παρεσκεύασεν! Σὺ δὲ ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐκ γῆς ἐπλάσθης, οὐκ ἀπὸ χοὸς ἐδημιουργήθης, οὐ παρακοὴν ἐπλημμέλησας. Καὶ γὰρ αὐτὸς εἶ ὁ πλάστης, αὐτὸς ὁ Δημιουργὸς, αὐτὸς ὁ τὴν ἐντολὴν νομοθετήσας τῷ πλάσματι. Καὶ τί σοὶ καὶ τῷ θανάτῳ κοινὸν ; Τίς ἕνωσις ταφῇ καὶ αὐτοζωῇ ; Τίς μετουσία θρόνῳ ἐν οὐρανῷ, καὶ τάφῳ ἐπὶ τῆς γῆς ; Ἐκεῖ συνεδριάζεις μετὰ Πατρὸς, ὧδε συνθάπτῃ τῷ κλαυστουργήματι. Ἀπέδωκέ σοι πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν ἡ μοιχαλὶς γενεά. Νῦν ὁ μαργαρίτης ἐῤῥίφης ἔμπροσθεν χοίρων. Νῦν προτίθενται τοῖς κυναρίοις τὰ ἅγια. Νῦν ξύλον εἰς τὸν θεῖον ἄρτον ἐμβάλλεται. Ὦ λύττα φιλαργυρίας, ἣν Ἰούδας ἐνόσησεν· οὐκ ἀργυρίαν γὰρ, ἀλλὰ μισανθρωπίαν ἐκέρδησε. Καὶ γὰρ φιλάργυρος ὢν, ἵνα τί προσεφοίτα τῷ τοὺς πτωχοὺς μακαρίζοντι ; καὶ τί ἄμικτα μιγνύων ἐφαίνετο ; Ὦ τῆς ἀῤῥήτου οἰκονομίας σου, Δέσποτα. Τίς ὡς θεὸν σέ ὑμνήσει σε ; Τίς ὡς νεκρὸν πρεπόντως θρηνήσει σε ; Ἀλλ' οἰκοδόμησον τὸν σὸν ναὸν διὰ τριῶν ἡμερῶν, ὡς εἶπας, ὃν κατελέλυκας. Κεφάλαιον τῶν λόγων· ἐπεὶ μὴ ὕμνους ἀξίους, μηδὲ προσήκοντας θρήνους ἔχω προσφέρειν σοι, μεγαλύνω τὰ ἔργα σου ὡς ἐν σοφίᾳ τὰ πάντα ποιοῦντός σου.

A cum doloribus divexati lacrymas effundant? Percussus est pastor, et oves divelluntur. Dormis tu caput, et manus simul ac pedes cessant ab opere. Alii capita declinant; cum mortem oppetunt, sed prius spiritu deficiente; tu vice versa prius caput declinasti, tum morti jubens, ut accederet, spiritum tradidisti. Ideoque genua confracta non sunt, quod et agni antiquitus in sacrificium oblati nullum os frangeretur. Passionem tuam adorans, quod reliquum est, corpus deosculor. Accipio aquam, quæ e latere tuo effluxit per quam mihi regenerationis lavacrum exprimitur: accipio quoque sanguinem, qui simul effluxit, per quem et baptismus per martyrium effingitur, qui et benevolum latronem aspergens sanctum effecit, ablutum ipsum baptismo, qui in te acciderat. O amarum illum ligni gustum, qui B e terra in terram rursus redire constituit! Tu porro neque e terra creatus es, neque ex pulvere factus, neque inobedientiæ crimen commiseras: siquidem tu es Creator, tu factor, tu qui præceptum creaturæ imponis. Et quid tibi fuerit, et morti commune? Quæ conjunctio sepulturæ et vitæ? Quod consortium throno cœlesti, et sepulturæ terrestri? Hic una sedes cum Patre, hic una cum creatura sepeliris. Reddidit tibi mala pro nobis generatio adultera. Nunc margarita projiceris ante porcos: nunc canibus sancta objiciuntur: nunc lignum in divinum panem immittitur. O rabiem avaritiæ, qua Judas laboravit! non nummos argenteos, sed inhumanitatem lucratus est. Etenim si tantum in C pecunia ponebat, quare illi associatus est, qui pauperes beatos prædicabat. Et quid quæ misceri non poterant, immiscere tentabat? O ineffabilem tuam œconomiam, Domine! Quis te, ut Deum digne laudabit? Quis te, ut mortuum, uti addecet, deplorabit? Sed extrue jam, quod dissolvisti templum tuum trium dierum spatio, ut dixeras. Summa mei sermonis fuerit: cum neque laudes condignas, neque decentes lamentationes offerre tibi, mihi suppetat, magnifico opera tua, qui omnia in sapientia facis.

ΗΘΙΚΟΙ ΛΟΓΟΙ ΚΔ

ΕΚΛΕΧΘΕΝΤΕΣ ΔΙΑ ΣΥΜΕΩΝ ΤΟΥ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ

Ἐκ πασῶν τῶν πραγματειῶν τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας.

SERMONES DE MORIBUS VIGINTI QUATUOR

SELECTI PER SYMEONEM MAGISTRUM ET LOGOTHETAM

Ex omnibus operibus sancti Patris nostri Basilii archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ.

Vide Patrolog. tom. XXXII, col. 1115, inter Opera S. Basilii.

LECTORI.

In libro inter raros rarissimo, cui titulus : Φιλοκαλία τῶν ἱερῶν Νηπτικῶν. etc., **Venetiis 1782, fol.**, p. 699-754 legitur Symeonis Metaphrastæ commentarius in sermones 50 S. **Macarii Ægyptii. sub hoc** titulo : Παράφρασις Συμεὼν τοῦ Μεταφραστοῦ εἰς ρν' κεφάλαια εἰς τοὺς πεντήκοντα λόγους τοῦ ἁγίου Μακαρίου Αἰγυπτίου. **Incipit** : Περὶ τελειότητος ἐν πνεύματι λόγος α'. — **Pag. 704** : Τοῦ αὐτοῦ περὶ προσευχῆς. — 709 : Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὑπομονῆς καὶ διακρίσεως. — 719 : Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὑψώσεως τοῦ νοός. — 726 Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀγάπης. — 738 : — Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐλευθερίας νοός. **Hæc tamen omnia jamdudum edita sunt sub nomine ipsius Macarii (jure, ut videtur, non suo) et exstant *Patrologiæ* nostræ tom. XXXIV, col. 841-965.**

SYMEONIS METAPHRASTÆ

PRECATIONES.

(Ex Horlogio Græcorum in precibus ad Communionem, Ed. Venet. Pinelli, 1644, p. 610).

Precatio Symeonis Metaphrastæ.

Qui solus purus et integer es, Domine, qui per ineffabilem benignitatis sensum, nostram totam naturam a sumpsisti ex puro et virginali sanguine ejus quæ supra naturam te concepit Spiritus divini influentia, et æterni Patris beneplacito, Christe Jesu, Dei sapientia, pax et virtus ; qui in corpore tuo vivificas et salutares passiones expertus es, crucem, clavos, lanceam, mortem ; mortifica mei corporis exitiosas animæ passiones ; qui in sepulcro tuo Inferni regnum dejecisti, sepeli mea prava consilia per bonas cogitationes, et nequitiæ spiritus dissipa ; qui vivifica tua post tres dies resurrectione, primum parentem lapsum suscitasti, suscita me peccato prostratum penitentiæ sensus mihi subministrans ; qui gloriosa tua ascensione, assumptam carnem deificasti, et sede ad dexteram Patris honorasti, dignum me effice per sanctorum mysteriorum tuorum participationem, ut dextrum salvatorum locum obtineam ; qui Paracleti Spiritus adventu, vasa gloriosa sanctos tuos discipulos effecisti, me quoque ejus advenientis habitaculum ostende; qui debet iterum venire ad judicandum orbem in justitia, præsta mihi ut occurram tibi in nubibus sanctis tuis, ut sine fine glorificem et celebrem te cum æterno tuo Patri, et sanctissimo, bono et vivifico tuo Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Ejusdem precatio altera.

Ut in tremendo tuo et personarum non acceptionem faciente tribunali astans, Christe Deus, et sententiam expectans, et rationem reddens meorum male gestorum, ita hodie ante adventum diei meæ condemnationis, in sancto tuo altari assistens coram te et venerandis sanctis angelis tuis, sub meæ conscientiæ pondere incurvatus, offero iniqua mea

Εὐχὴ Συμεὼν τοῦ Μεταφραστοῦ.

Ὁ μόνος καθαρὸς καὶ ἀκήρατος Κύριος, ὁ δι' οἰκτον φιλανθρωπίας ἀνεκδιήγητον, τὸ ἡμέτερον ὅλον προσλαβόμενος φύραμα ἐκ τῶν ἀγνῶν καὶ παρθενικῶν αἱμάτων τῆς ὑπερφυῶς κυησάσης σε, Πνεύματος θείου ἐπελεύσει, καὶ εὐδοκίᾳ Πατρὸς ἀϊδίου, Χριστὲ Ἰησοῦ σοφία Θεοῦ, καὶ εἰρήνη καὶ δύναμις· ὁ τῷ προσλήμματί σου τὰ ζωοποιὰ καὶ σωτήρια πάθη καταδεξάμενος, τὸν σταυρὸν, τοὺς ἥλους, τὴν λόγχην, τὸν θάνατον, νέκρωσόν μου τὰ ψυχοφθόρα πάθη τοῦ σώματος· ὁ τῇ ταφῇ σου τὰ τοῦ ᾅδου σκυλεύσας βασίλεια, θάψον μου διὰ τῶν ἀγαθῶν λογισμῶν τὰ πονηρὰ διαβούλια, καὶ τὰ τῆς πονηρίας πνεύματα διασκέδασον· ὁ τῇ τριημέρῳ σου καὶ ζωηφόρῳ ἀναστάσει, τὸν πεπτωκότα προπάτορα ἀνασώσας, ἀνάστησόν με τῇ ἁμαρτίᾳ κατολισθήσαντα, τρόπους μοι μετανοίας ὑποτιθέμενος· ὁ τῇ ἐνδόξῳ σου ἀναλήψει, τῆς σαρκὸς θειώσας τὸ πρόσλημμα, καὶ τοῦτο τῇ δεξιᾷ καθέδρᾳ τιμήσας τοῦ Πατρὸς, ἀξίωσόν με διὰ τῆς τῶν ἁγίων σου μυστηρίων μεταλήψεως, τῆς δεξιᾶς μερίδος τῶν σωζομένων τυχεῖν· ὁ τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ παρακλήτου Πνεύματος, σκεύη τίμια τοὺς ἱεροὺς σου μαθητὰς ἐργασάμενος, δοχεῖον καμὲ τῆς αὐτοῦ ἀνάδειξον ἐπελεύσεως· ὁ μέλλων πάλιν ἔρχεσθαι κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, εὐδόκησον καμὲ προϋπαντῆσαί σοι ἐν νεφέλαις, τῷ ποιητῇ καὶ πλάστῃ μου σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις σου, ἵνα ἀτελευτήτως δοξολογῶ καὶ ἀνυμνῶ σε σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ πανάγιῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ αὐτοῦ

Ὡς ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ σου καὶ ἀπροσωπολήπτου παρεστηκὼς βήματος, Χριστὲ ὁ Θεὸς, καὶ δίκας ὑπέχων, καὶ λόγον ποιούμενος τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων κακῶν, οὕτω σήμερον πρὸ τοῦ φθάσαι σὴν ἡμέραν τῆς κατακρίσεώς μου, ἐπὶ τῷ ἁγίῳ σου θυσιαστηρίῳ παριστάμενος ἐνώπιόν σου, καὶ τῶν φοβερῶν καὶ ἁγίων ἀγγέλων σου, κατακαμπτόμενος ὑπὸ τοῦ ἰδίου

συνειδότος, προσφέρω τὰς πονηράς μου καὶ ἀθέσμους πράξεις, θριαμβεύων αὐτὰς καὶ δημοσιεύων. Ἴδε, Κύριε, τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου· ἴδε ὅτι ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς αἱ ἀνομίαι μου· τί γὰρ οὐκ ἔπραξα κακόν; ποῦον ἁμάρτημα οὐκ ἐποίησα; ποῦον κακὸν οὐ διετυπωσάμην ἐν τῇ ψυχῇ μου, ἤδη δὲ καὶ ἐν τοῖς ἔργοις διεπραξάμην, περνείαν, μοιχείαν, ὑπερηφανίαν, ἀλαζονείαν, λοιδορίαν, βλασφημίαν, ἀργολογίαν, βρασμῶν γέλωτας, μέθην, γαστριμαργίαν, ἀδηφαγίαν, μῖσος, φθόνον, φιλαργυρίαν, φιλοχρηματίαν, πλεονεξίαν, φιλαυτίαν, φιλοδοξίαν, ἁρπαγήν, ἀδικίαν, αἰσχροκερδίαν, ζηλοτυπίαν, καταλαλιάν, παρανομίαν· πᾶσάν μου αἴσθησιν, καὶ πᾶν μέλος ἐμίανα. ἔφθειρα, ἠχρείωσα, ἐργαστήριον γενόμενος καθόλου τοῦ διαβόλου. Καὶ οἶδα, Κύριε, ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου· ἀλλ' ἀνείκαστον τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ τὸ ἔλεος ἄφατον τῆς σῆς ἀνεξικάκου ἀγαθοσύνης, καὶ οὐκ ἔστιν ἁμαρτία ἡ νικῶσα τὴν φιλανθρωπίαν σου.

Διὸ, πανθαύμαστε βασιλεῦ, ἐνεξίκακε Κύριε, θαυμάστωσον καὶ ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ τὰ ἐλέη σου· δεῖξον τὴν τῆς χρηστότητός σου δύναμιν, καὶ ἐμφάνισον τὴν ἰσχὺν τῆς εὐσπλάγχνου ῥοπῆς σου, καὶ ἐπιστρέφοντα δέξαι με τὸν ἁμαρτωλόν. Δέξαι με, ὡς ἐδέξω τὸν ἄσωτον, τὸν λῃστὴν, τὴν πόρνην· δέξαι με τὸν ὑπερβαλλόντως καὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ, καὶ ἐπιθυμίᾳ ἀτόπῳ, καὶ ἐνθυμήσει ἀλόγῳ ἡμαρτηκότα σοι.

Καὶ ὡς τοὺς περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἰδέξω μηδὲν ἄξιον ἐργασαμένους, οὕτω δέξαι κἀμὲ τὸν ἁμαρτωλόν· πολλὰ ἐπλημμέλησα, καὶ ἠσέλγησα, ἐλύπησα τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον, καὶ παρεπίκρανα τὰ φιλάνθρωπα σπλάγχνα σου, καὶ ἔργῳ, καὶ λόγῳ, καὶ διανοίᾳ, ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ, φανερῶς τε καὶ ἀφανῶς, ἑκουσίως τε καὶ ἀκουσίως· καὶ οἶδα ὅτι παραστήσεις τὰς ἁμαρτίας μου ἔμπροσθεν μου τοιαύτας, οἵαι καὶ παρ' ἐμοῦ γεγόνασι, καὶ συναρεῖς λογον μετ' ἐμοῦ ὑπὲρ ὧν ἐν γνώσει ἀσύγγνωστα ἔπραξα ἁμαρτήματα. Ἀλλὰ, Κύριε, μὴ τῇ δικαίᾳ σου κρίσει, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι σὺ μόνον εἰμὶ ἀσθενὴς, ἀλλὰ καὶ σόν εἰμι πλάσμα. Σὺ μὲν, Κύριε, ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὸν φόβον σου, ἐγὼ δὲ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· σοὶ οὖν μόνῳ ἥμαρτον· ἀλλὰ δέομαί σου, μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου· ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; Ἐγὼ γάρ εἰμι τὸ πέλαγος τῆς ἁμαρτίας, καὶ οὐκ εἰμὶ ἄξιος, οὐδὲ ἱκανὸς ἀτενίσαι καὶ ἰδεῖν εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἁμαρτιῶν μου, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Πᾶσαι γὰρ κακοπραγίαι, καὶ ἐπίνοιαι, καὶ μιθοδίαι σατανικαὶ, διαφθοραὶ, ῥεύσεις, μαλακίαι, παιδορθορίαι, μνησικακίαι, συμβουλίαι πρὸς ἁμαρτίαν, γαργαλισμοὶ, ἄλλα τε μυρία πάθη οὐκ ἐξέλιπον ἀπ' ἐμοῦ· ποίοις γὰρ οὐ διεφθάρην ἁμαρτήμασι; ποίοις οὐ συνεσχέθην κακοῖς; πᾶσαν ἁμαρτίαν διεπραξάμην· πᾶσαν ἀσωτίαν διεθέμην ἐν τῇ ψυχῇ μου, ἠχρείωμαι ἀπὸ σοῦ τοῦ Θεοῦ μου καὶ ἀνθρώ-

et illicita opera, divulgans ea et publicans. Vide, Domine, meam humilitatem et dimitte omnia peccata mea; vide quoniam multiplicatæ sunt super capillos capitis iniquitates meæ. Quod enim non feci malum? Quodnam peccatum non admisi? Quodnam malum non concepi in mente mea? vel in operibus exsecutus sum? Fornicationem, adulterium, superbiam, arrogantiam, contumeliam, blasphemiam, otiosa verba, immoderatos risus, ebrietatem, gulam, cibi immoderantiam, odium, invidiam, avaritiam, cupiditatem, proprium amorem, ambitionem, violentiam, injustitiam, turpe lucrum, zelotypiam, loquacitatem, licentiam. Omnem meum sensum, et omne membrum maculavi, corrupi, perdidi, habitaculum factus omnis diaboli. Et scio, Domine, quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, sed incomprehensibilis est multitudo miserationum tuarum, et indicibilis misericordia tuæ patientis benignitatis, neque est peccatum vincens tuam bonitatem.

Ideo, rex admirabilis, patientissime Domine, mirifica in me peccatore tuas misericordias; ostende tuæ bonitatis virtutem, et manifesta vim tuorum viscerum misericordiæ, et conversum exhibe me peccatorem. Excipe me sicut excepisti prodigum, latronem, meretricem; excipe me qui supra modum verbo, opere, desiderio injusto, et cogitatione iniqua peccavi tibi.

Et sicut eos qui circa undecimam horam venerant et nihil mercede dignum egerant, excepisti, ita excipe me peccatorem. In multis deliqui, et prævaricatus sum, contristatus sum Spiritum tuum sanctum, exacerbavi benigna viscera tua, opere, sermone, et cogitatione, nocte dieque, palam et secreto, voluntarie et involuntarie; et scio quod sistes peccata mea coram me quot et quanta commisi, et rationem exiges mecum de his quæ sciens haud ignoscenda peccata commisi; sed, Domine, ne in tuo justo judicio, neque in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miserere mei, Domine, quia non solum infirmus sum, sed et tuum opus sum. Tu quidem, Domine, confirmasti in me timorem tuum, ego autem iniquitatem coram te feci; tibi igitur soli peccavi; sed rogo te, ne intres in judicium cum servo tuo. Si enim iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? ego enim sum iniquitatis oceanus, et non sum dignus, neque aptus ut aspiciam et videam cœli altitudinem propter multitudinem peccatorum meorum, quorum non est numerus. Omnes enim malæ operationes, et consilia, et fraudes diabolicæ, corruptiones, effluxiones, mollities, puerorum perditiones, rancores, incitamenta ad peccatum, delectationes, aliæque mille libibines a me non abfuerunt. Quibus enim non pollutus sum peccatis? Qu bus malis non impletus sum? omnem iniquitatem exercui, omne flagitium in anima mea admisi, aversus sum a te mei et hominum Deo.

Quis eriget me in talibus malis constitutum, et in tanta peccata lapsum? Ne te, Domine, speravi, Deus meus; si est mihi spes salutis, si vincit benignitas tua multitudinem iniquitatum mearum, sis mihi Salvator, et secundum miserationes tuas et misericordias tuas, solve, dimitte, et relaxa mihi quæcunque tibi peccavi; quia multis malis impleta est anima mea, et non est in me salutis spes. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, et ne retribuas mihi secundum opera mea, sed converte, suscipe, libera animam meam a malis in quibus nata est et ab exitialibus inclinationibus, salva me propter misericordiam tuam, ut ubi abundavit delictum, superabundet gratia tua; et laudabo, et glorificabo te semper omnibus diebus vitæ meæ. Tu es enim Deus pœnitentium, et Salvator peccantium, et tibi gloriam conferimus cum æterno tuo Patre, et sanctissimo, bono et vivifico tuo spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A

B

Versus ejusdem.

Qui das mihi carnem tuam escam libens,
Qui ignis es indignos consumens,
Ne me comburas, Creator meus.
Potius intra in membrorum meorum compagines,
In omnes artus, in renes et cor meum.
Ure autem spinas omnium meorum delictorum;
Animam emunda, mentem sanctifica,
Frena obfirma, ossaque simul;
Sensuum illumina quintuplicem facultatem,
Totum me tuo timore constringe;
Semper vigila, serva, et custodi me,
Ab omni opere et verbo animam perdente.
Purifica, emunda et dirige me,
Exorna, instrue et illumina me.
Ostende me habitaculum Spiritus solius,
Et nunquam habitatio peccati.
Ut domus tua sim communionis dono.
Ut ignis me fugiat, omnis male agens, omnis libido,
Intercessores offero tibi omnes sanctos,
Incorporeorum ordines,
Præcursorem tuum, sapientes apostolos,
Et cum his tuam puram et immaculatam Matrem;
Quorum orationes, misericors, suscipe, Christe mi,
Et filium lucis tuum servum effice.
Tu enim es solus sanctificatio nostra,
O bone, animarumque nostrarum splendor;
Et tibi, ut decet, tanquam Deo ac Domino
Gloriam omnes quotidie offerimus.

C

D

που. Τίς ἀναστήσει με τὸν ἐν τοσούτοις κακοῖς τοσούτοις περιπεσόντα πλημμελήμασιν; Ἐπ Κύριε, ἤλπισα, ὁ Θεός μου· εἰ ἔστι μοι σω ἐλπὶς, οἱ νικᾷ ἡ φιλανθρωπία σου τὰ πλήθη ἀνομιῶν μου, γενοῦ μοι Σωτὴρ, καὶ κατὰ τὰ κτιρμούς σου καὶ τὰ ἐλέη σου, ἄνες, ἄφες, χ ρησόν μοι πάντα ὅσα σοι ἥμαρτον· ὅτι πολλῶν κῶν ἡ ψυχή μου ἐπλήσθη, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐμὰ τηρίας ἐλπὶς, ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ ἔλεός σου, καὶ μὴ ἀποδῷς μοι κατὰ τὰ ἔργ ἀλλ' ἐπίστρεψον, ἀντιλαβοῦ, ῥῦσαι τὴν ψυχή ἀπὸ τῶν συμφυέντων αὐτῇ κακῶν, καὶ δεινῶν λήψεων· σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου, ἵνα ἡ ἁμαρτία ἐπλεόνασεν, ὑπερπερισσεύσῃ ἡ σου· καὶ αἰνέσω, καὶ δοξάσω σε διὰ παντὸς, τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. Σὺ γὰρ εἶ Θεὸς τῶν νοούντων, καὶ Σωτὴρ τῶν ἁμαρτανόντων, κ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σω ματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶ νων. Ἀμήν.

Στίχοι τοῦ αὐτοῦ.

Ὁ δοὺς τροφήν μοι σάρκα σὴν ἑκουσίως,
Ὁ πῦρ ὑπάρχων, καὶ φλέγων ἀναξίους,
Μὴ δὴ καταφλέξῃς με, μὴ, πλαστουργέ μου·
Μᾶλλον δ' ἐλθὲ πρὸς μελῶν μου συνθέσεις,
Εἰς πάντας ἁρμοὺς, εἰς νεφρούς, εἰς καρδίαν.
Φλέξον δ' ἀκάνθας τῶν ὅλων μου πταισμάτων·
Ψυχὴν κάθαρον, ἁγίασον τὰς φρένας,
Τὰς ἡνίας στήριξον ὀστέοις ἅμα·
Αἰσθήσεων φώτισον ἁπλῆν πεντάδα·
Ὅλον με τῷ σῷ συγκαθήλωσον φόβῳ·
Ἀεὶ σκέπε, φρούρει τε καὶ φύλαττέ με,
Ἐκ παντὸς ἔργου καὶ λόγου ψυχοφθόρου
Ἁγνιζε, καὶ κάθαρε, καὶ ῥύθμιζέ με,
Κάλλυνε, συνέτιζε, καὶ φώτιζέ με·
Δεῖξόν με σὸν σκήνωμα πνεύματος μόνου,
Καὶ μηκέτι σκήνωμα τῆς ἁμαρτίας,
Ἵν' ὡς σὸν οἶκον εἰσδέῳ κοινωνίας·
Ὡς πῦρ με φεύγῃ, πᾶς κακοῦργος, πᾶν πάθος,
Πρέσβεις φέρω σοι πάντας ἡγιασμένους,
Τάς τε τάξιαρχίας τῶν ἀσωμάτων,
Τὸν πρόδρομόν σου, τοὺς σοφοὺς ἀποστόλους,
Πρὸς τοῖσδε σὴν ἄχραντον ἁγνὴν Μητέρα·
Ὧν εὐχὰς λιτὰς, εὐσπλαγχνε, δέξαι, Χριστέ μου,
Καὶ φωτὸς παῖδα τὸν σὸν ἔργασαι λάτριν
Σὺ γὰρ ὑπάρχεις ἁγιασμὸς καὶ μόνος
Ἡμῶν, ἀγαθὲ, τῶν ψυχῶν καὶ λαμπρότης·
Καὶ σοὶ πρεπόντως ὡς Θεῷ καὶ Δεσπότῃ
Δόξαν ἅπαντες πέμπομεν καθ' ἡμέραν.

SYMEONIS METAPHRASTÆ

OPERUM PARS SECUNDA

COMPLECTENS

CARMINA PIA, EPISTOLAS, SCRIPTA CANONICA ET HISTORICA.

IAMBICI TRIMETRI.

(*Veteres Poetæ Græci* Genevæ 1614, fol. tom. II, pag. 753, cum interpretatione nostra.)

Στίχοι Συμεῶνος τοῦ Μεταφραστοῦ.

ν φαγεῖν, ἄνθρωπε, σῶμα Δεσπότου,
πρόσελθε, μὴ φλεγῇς· πῦρ τυγχάνει.
δὲ πίνων αἷμα πρὸς μετουσίαν,
ν καταλλάγηθι τοῖς σε λυποῦσι,
α θαῤῥῶν μυστικὴν βρῶσιν φάγε.

Ἕτεροι στίχοι.

ὖ μετασχεῖν τῆς φρικώδους θυσίας
ιοποιοῦ σώματος τοῦ Δεσπότου,
πρόσευξαι τῷ τρόπῳ μετὰ τρόμου·
κόλιζω πρὸς θείαν κοινωνίαν,
υργὲ, μὴ φλάξῃς με τῇ μετουσίᾳ·
ιρ ὑπάρχεις τοὺς ἀναξίους φλέγων,
ὖν καθαρὸν ἐκ πάσης με κηλῖδος.

Τοῦ αὐτοῦ.

ὸν αἷμα φρίξον, ἄνθρωπε, βλέπων·
ξ γάρ ἐστι τοὺς ἀναξίους φλέγων.
ὸ σῶμα καὶ θεοῖ με καὶ τρέφει·
ὸ πνεῦμα, τὸν δὲ νουν τρέφει ξένως.

Τοῦ αὐτοῦ.

εἰ δὲ τύχῃς τῆς καλῆς μετουσίας,
ωοποιῶν μυστικῶν δωρημάτων,
σον εὐθὺς εὐχαρίστησον μέγα,
ίδε θερμῶς ἐκ ψυχῆς Θεῷ λέγε·
οι, ὁ Θεός· δόξα σοι, ὁ Θεός· δόξα σοι, ὁ Θεός.

B *Symeonis Metaphrastæ versus.*

Tu qui comedere cogitas corpus Domini,
Timens accede, homo, ne igne ardeas.
At divinum sanguinem ad communionem bibens.
Primum te molestantibus veniam dato,
Exinde fidens mysticum cibum sume.

Alii versus.

Antequam hostiam tremendam percipis
Domini tui vitam afferentis corporis,
Hoc modo precare cum timore :
Accedo jam ad communionem divinam,
O Creator, ne me aduras hoc cibo ;
Namque ignis es indignos adurens,
Sed purum effice ergo me ab omni macula.

C *Ejusdem.*

Cernens divinum cruorem, horresce, homo ;
Nam carbo est indignos adurens.
Dei corpus me deum facit et alit,
Nam spiritum deum facit, et mentem alit mirabiliter

Ejusdem.

Cum tu potitus es sacra communione
Deique donis mysticis vitam præstantibus,
Celebra Deum statim, et gratias totus age ;
Et fervide deprome hæc pectore verba :
Gloria tibi, Deus, gloria tibi, Deus, gloria tibi Deus.

ALPHABETA MORALIA QUATUOR

(*Apud Allatium, subra col.* 131.)

ΣΥΜΕΩΝ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ

ΚΑΙ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ ΤΟΥ ΔΡΟΜΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

—

SYMEONIS MAGISTRI

ET LOGOTHETÆ CURSUS

EPISTOLÆ.

(Apud Allatium, in Diatriba *de Symeonibus.*)

—

I.

Ut scite qui scripsit, et prorsus fortunate, in eum qui ante stabat, jaculum jecit: et qui vulnus accepit, si sensu non careat, gaudebit potius animumque voluptate explebit, suaviloquentiæ melle delinitus: similisque fuerat oratio quodammodo torquibus, pondere quidem gravibus. sed materia aureis; qui artificii summa venustate oculos adeo delectent, ut molestio, quæ ex pondere advenit, sub pretiosæ materiæ et artificii pulchritudine recondita, sensum effugiat.

II. *Nicetæ Smyrnensi metropolitæ.*

Venere ad nos litteræ amicissimi mihi, et in omnibus pretiosissimi animi verum exemplum atque imago. Sic enim per eas et mores probissimos et æquitatem (illam nempe tuam) expresseras, ut eumdem ipsum Nicetam meum oculis mihi viderer aspicere, utut est, astantem, et quam mollia atque suavia colloquia mecum conferentem. Et erat omnino necesse, animo ita composium et expetitum ab omnibus, pari ratione et lingua esse instructum, ne nimium absens eos contristares, quos tuis sermonibus hilaritate afficias; sed veluti præsens temetipsum amicis exhibeas Sed utinam perpulchræ ejusmodi imaginis rursus exemplar intueri fas esset, ut non eo solum modo, quod apparet, ad multum tempus, sed te vere etiam concupito perfruamur.

III. *Eidem.*

Perpulchram hanc et gratiosissimam epistolam, et quam quispiam nuncupaverit Musarum artificiosissime fabrefactum opus, vere sapientissime et philosophiæ addictissime sacerdos, accipiens, gavisus sum, ita me juvet veritas, et lubentiis delibutus, genio meo benefeci, ipsumque scriptoris animum conjeci, quantæ ille mansuetudinis, quantæ modestiæ et quantæ probitatis indicia præ se ferat. Licet enim oratio videatur aspera, erga eum nempe

Α'.

Ὡς εὐστόχως ὁ γράψας, καὶ λίαν ἐπιτυχῶς [illegible] τοῦ προκειμένου ἀφῆκε τὸ βέλος, καὶ ὁ τὴν [illegible] δεξάμενος, εἴ τις αἴσθησις, ἡσθήσεται μᾶλλον, [illegible] ἡδονὴν ἕξει, τῷ μέλιτι τῆς ἡδυεπείας [illegible] Καὶ ἔοικέ πως ὁ λογος κλοῷ τινι, βαρεῖ [illegible] ὁλκὴν, χρυσῷ δὲ τὴν ὕλην, καὶ πολλῷ τῷ [illegible] τέχνης τὴν ὄψιν θέλγοντι· ὡς κλέπτεσθαι, [illegible] λανθάνειν τὴν ἀπὸ τοῦ βάρους ἀχθηδόνα, [illegible] τῆς ὕλης καὶ τῷ περικαλλεῖ τῆς τέχνης ἐγκρυπτομένην.

Β'. Νικήτᾳ μητροπολίτῃ Σμύρνης.

Γράμματα ἡμῖν ἧκεν, ἐναργὴς εἰκὼν τῆς [illegible] ἐμοὶ τιμίας καὶ φιλτάτης ψυχῆς. Οὕτω γὰρ [illegible] νας δι' αὐτῶν ἤθη τε τὰ χρηστότατα, καὶ ἐπιεικ[illegible] ἐκείνην δὴ που τὴν σὴν, ὥστε αὐτοχρημα ὁρᾷν [illegible] κουν τὸν ἐμὸν Νικήταν, ἐστάναι τε, ὥσπερ [illegible] καὶ ὁμιλεῖν μάλα μελιχρῶς καὶ ἡδέως. Καὶ [illegible] πάντως τὸν οὕτως ἔχοντα ψυχῆς, καὶ ἐπέραστον [illegible] πολλοῖς ὄντα, οὕτως ἔχειν καὶ γλώττης, ἵνα μὴ [illegible] δρα λυπῆς ἀφιστάμενος, οὓς εὐφραίνεις, ἀλλ' [illegible] σεαυτὸν ὡς παρόντα τοῖς φιλοῦσι, παρέχεις. [illegible] ἀλλὰ γένοιτο τῆς καλῆς ταύτης εἰκόνος καὶ τὸ [illegible] τότυπον ἐσαῦθις ἰδεῖν, ἵνα μὴ τῷ δοκοῦντι [illegible] ἐπιπολὺ, ἀλλὰ καὶ τῷ ὄντι τοῦ ποθουμένου κατα[illegible] φῶμεν.

Γ'. Τῷ αὐτῷ.

Τῇ καλῇ ταύτῃ καὶ χαριεστάτῃ τῶν ἐπιστολ[illegible] ἐντυχὼν, καὶ ἢν ἄν τις καλέσειεν ἔργον τι Μου[illegible] τὸ φιλοτεχνόνατον, σοφώτατε τῷ ὄντι καὶ φιλοσο[illegible] τατε ἱερέων, ἤσθην, μὰ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡδ[illegible] ἔσχον μεστὴν τὴν ψυχὴν, αὐτῆς τε τῆς τοῦ γράψ[illegible] τος ἐστοχασαμην ψυχῆς, ὅσης μὲν ἡμερότηνος, [illegible] δὲ τῆς ἐπιεικείας, ὅσης δὲ τῆς χρηστότητος τὰ σύ[illegible] βολα διαφαίνει. Εἰ γὰρ καὶ τραχεῖς οἱ λόγοι δοκο[illegible] λαθ' ὅτου δὴ καὶ γεγόνασιν, ἀλλὰ τοῖς καλῶς αὐτ[illegible]

οις οὐκ ἄδηλον ἔξουσι τὸ ἡδύ, καὶ ὅσῳ δὴ λιτὸ τῆς ψυχῆς συγκεκραμένοι πεφύκασι· ι δοκεῖν, ὁ τοῖς σκέμμασιν ἐκείνους βαλλό- τοῖς καλοῖς, οὐχ ὕβρεσι βάλλεσθαι μᾶλλον, οις πάττεσθαι δόξει. Ἐπεὶ δὲ τὸ ῥόδον ἔχει νας ἀκάνθας συνεξανθούσας, ἀλλ' οὐ παρὰ τοῖς φιλοκάλοις ἀηδὲς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα προσ- καὶ ἐπίχαρι· καὶ τὸ γλυκὺ τοῦτο ξύλον τὸ (κινναμωμον αὐτὸ καλοῦσιν) ἔχει μέντοι ον ἀπὸ τῆς φύσεως, ἀλλ' ἐντεῦθεν μᾶλλον , καὶ διεγείρει τὴν ὄρεξιν· καὶ αὐτὸν δὲ ρωτά φασι τοῖς βέλεσι χαίρειν, καὶ οὐκ ἐκτὸς αι τῆς ὀδύνης τὴν ἡδονήν, Ὅπως δὲ καὶ τὰ τέχνης ἄνθη καθωράϊζε τὴν ἐπιστολήν! οἷα ἡ τῶν ὀνομάτων καλλιέπεια καὶ φαιδρότης! ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία! τὸ δὲ τῶν σκωμ- εὔστοχον καὶ δάκνον μετὰ τοῦ ἥδοντα· ἡ Γραφικῶν χρήσεων εὐκαιρία, καὶ ἡ ἐν ἅπα- πρέπουσα φυσική τις εὐροια καὶ χάρις, οἷον τις κατὰ τὴν ὥραν γλυκερὰν λιβάδα καὶ ν ἀποστάζουσα. Καὶ τί τ' ἄῤῥητα ἀναμετρή- με δοκεῖ, κατά τὸν εἰπόντα. Πάντως δὲ ἔδει ως εὐπρεπῆ τὸν βίον, οὕτως εἶναι καὶ τὸν ἐπιτερπῆ, ἵνα μὴ βασιλεύῃ μόνον ἀνδρῶν, ἀλ κατὰ βίου παντὸς, καὶ κατὰ λόγου κέκτη- νικῶσαν.

Δ'. Τῷ Λαοδικείας.

άμην τὴν καλὴν ἐκείνην, καὶ ἡδίστην ἐπι- ἐναργῆ τῷ ὄντι χαρακτῆρα τῆς ἀγαθῆς σου ικείας ψυχῆς. Καὶ γὰρ φέρων αὐτῇ ἐνέθηκας ε σῶφρον, καὶ ἡμερότητα, καὶ μελιχρὸν , καὶ τὴν ἀπὸ τῶν χειλέων ῥέουσαν ἡδο- αί μοι ἐδόκεις, δι' αὐτῆς ὁμιλεῖν, ὥσπερ ἔχεις μάλα κοσμίως, παραμιγνύων κόσμῳ άριτας. Οἷος σὺ ταῦτα κιρνᾷν ἐξαίσιος, τρον τι φιλίας ἀπόῤῥητον ταῖς ψυχαῖς ἐν- Ὥστε ὁπότε τὴν ἐπιστολὴν ἀνεγίνωσκον, ἔλεγον δύνασθαι πλέον τὰς σώφρονας χά- ἤπερ τὰς μὴ οὕτω ἐχούσας! καί τι μέγα εἶναι τὸν ἰμάντα ἐκεῖνον ἔφασκον, ἐν ᾧ φι- καὶ Ἵμερος, καὶ τ' ἄλλα τὰ τούτων αἰσχίω, πάνυ πρὸς τὰ τοιαῦτα θῷδιον Διὰ γεγονέναι, Ἀλλ' ἡ ἐπιστολὴ, πόσων μὲν χαρίτων πλειό- πορος ἦν! πόσῳ δὲ καὶ σώφρονα νοῦν πλέον ισθαι δυναμένη! Ταῦτά τε ἔλεγον, καὶ ἐμα- σε τῆς γλώττης, οὐχ οὕτως ὥσπερ σὺ τὴν ητορικῶς καὶ εὐτέχνως, ἣν ἐπεὶ μηδὲν ἔγνως τῆς ἔχουσαν, ἀπὸ τοῦ κεχρῆσθαι τῷ μεγάλῳ πρὸς λόγους, ἔκρινας ἐπαινεῖν, οὗτος δὲ ὁ φιλοσοφεῖν ἑλόμενος, καὶ λιτότητα, ὡς οὐκ ιλος τις βασιλέων, ἠγαπηκὼς, ἀνέχεται καὶ δὴ πάντως τῆς γλώττης, οὐδὲν, μὰ τὸ φι- δὲν κόμψον, οὐδὲ περιττὸν ἔχούσης, ὥσπερ Τὸ θερμουργὸν ἀπέλαβον σκεῦος, οὐ χρείας μᾶλλον, μὰ τὴν σὴν ἱερὰν κεφαλὴν, ἢ φιλίας τι ταύτης ὑπόμνημα εἶναι τῷ θερμῷ τῶν θυμιτῆ.

quem respicit; at qui probe eam delibaverint, næ illi et dulcem degustaverint, et quantum ea cum animi melle commisceatur, animadverterint. Et mihi plane videtur, qui perpulchris dicteriis illis impetitur, non injuriis appeti, sed magis rosis inspergi. Quandoquidem etsi rosæ una cum flore enatis simul horrent spinis, non propterea coloris studiosis ingrata; imo quam maxime concupita et gratiosa evadunt; et dulce hoc lignum Indicum, cui cinnamomo nomen est, natura quidem sua mordet, sed eo magis ac magis vellicat, et cibi appetentiam excitat. Ipsum etiam Cupidinem tradunt, sagittis gaudere, ei non absque dolore voluptatem impartiri. Quonam non modo et ex arte petiti flores Epistolam decorabant? Qui nominum delectus et splendor? quæ compositionis concinnitas? At dicteriorum exactum arte pungensque cum voluptate, et Scripturæ auctoritatum opportunitas, et in omnibus conveniens et naturalis affluentia et gratia, veluti fructus quispiam in tempore, dulcem guttam suavemque instillat. Et quid opus est, me, quæ verbis exprimi nequeunt, oratione persequi, ut ille aiebat? Prorsus addecebat eum, qui sic vita spectabilis est, ita esse et oratione jucundum, ne viris tantum imperitans, sed et inter vitæ instituta varia omnesque orationis modos, palmam haberet.

IV. *Laodiceno.*

Perpulchram illam et jucundissimam epistolam suscepi, manifestam probi tui et suavis animi effigiem. Namque in ea de tuo apposuisti et morum gravitatem, et tranquillitatem mentis, et melleum spiritum, et, quæ a labiis effluit, voluptatem. Et mihi videbaris per eam sermonem admodum decore conferre, uti tibi moris est, pulchritudini gratias immiscens, qui in illis miscendis et aculeo amicitiæ, oratione exprimi non æque facili, in animos injiciendo præclare eximius es. Adeo ut percurrens epistolam, Quanto, inquiebam, robore plus prudentis gratiæ, quam quæ ita se non habeant, abundant? et magnum quid egisse cingulum illud, asseverabam, in quo et concubitus et amor, et alia hisce obscœniora, ad similia Jovem ipsum propensissimum alliciens. At epistola quot gratiis iisque affluentioribus redundat, quantoque potioribus viribus ad mentem prudentem mancipandam potest et pollet? Hæc ipse dicebam, et beatum te esse ob linguæ præstantiam prædicabam, non æquæ ac tu meam, oratoriis flosculis et dicendi artificio fretus; quam cum ipse agnovisses nihil ex se habere, quod et magnus imperator ad dicendum uteretur, laudibus tuis dignam judicasti. Verum et cum semel animum ad philosophandum addixit, tenuitatem, ut ex aliis imperatoribus nemo, amplexus, et hanc quoque linguam utcunque sustinet, nihil, per nostram amicitiam, comptum neque supereminens habentem, ne tu dixeris. Vas ad calefaciendum accepi, non ut eo utar; non, per tuum sacrum caput, sed ut amicitiæ igneum mihi, calidiorum tuorum studioso, monumentum sit.

V. *Eidem.*

65. Historia de Caterinæ (alias Hæcaterinæ) virginis martyrio, quod in Ægypto, sub imperatore Maxentio, Alexandriæ subiit.

66. Historia de Menæ, Hermogenis et Eugraphi martyrio, quod in Ægypto, sub imperatore Maximino, Alexandriæ sustinuerunt.

67. Historia de Epimachi Ægyptii martyrio, quod Pelusini montis eremita in Alexandrinorum Ægyptiorum urbe subiit.

68. Historia de Athanasii episcopi Ægyptiorum Alexandri vita, qui Ecclesiæ Alexandrinæ presbyter, A. C. 325, concilio Nicæno interfuit, in Alexandrini Alexandrinorum episcopi mortui locum, A. C. 326, episcopus creatus, cum diu graves ab Arianis afflictiones passus, episcopatum annis 46 gessisset, sub imperatore Valentiniano I mortuus est, A. C. 373.

69. Historia de Euphrosyne, Alexandrinæ virginis Ægyptiacæ vita, quæ virgo sub imperatore Theodosio, Arcadii filio, nata, vitam in ædibus paternis per annos 18, in monasterio per annos 38, in terris per annos 56 egit, circiter A. C. 470 obiit.

70. Historia de Theodoræ vita, quam feminam apud Alexandrinos in Ægypto natam imperatoris

Zenonis temporibus ibidem virtutibus claram, post adulterium a se commissum deserto marito, intra monasterium ab Alexandria militaribus octodecim remotum, inter monachos pro viro habitam, reliquum ævum transegisse narrat.

71. Historia de Joannis Eleemonis, id est misericordis, Alexandrinorum episcopi vita, qui patriam in Ægypto Amathuntem, patriarchatum in Ægypto Alexandrinum, anno imperatoris Phocæ quinto, Christi 606, nactus, in patria quo iter mox e vivis abiturus susceperat, diem suum obiit, anno imperatoris Heraclii VII, Christi 616.

72. Historia de Patapii eremitæ vita, qui Thebas Ægypti urbem patriam habuit.

73. Historia de Aretæ martyrio, quod sub Elesbaanæ Æthiopum rege Christiano, civitatis in Æthiopa Nagranæ præses, cum eam Dunaanus Arabum rex Christianis inimicus occupavisset, cum aliis martyribus obiit.

74. Historia de Eustathii martyrio, quod sub imperatore Trajano dux militum, sub eodem ad religionem Christianam cum suis conversus, cum Theopiste uxore, Agapio et Theopisto filiis, sub imperatore Adriano, in urbe Roma, subiit.

75. Historia de Sophiæ Italæ martyrio, quod cum tribus filiis, fide, spe et charitate, sub imperatore Adriano, in urbe Roma, subiit.

76. Historia de Eugeniæ Romanæ virginis martyrio, quod in urbe Roma, sub imperatoribus Valeriano et Galieno sustinuit.

77. Historia de Georgii Capadocis martyrio, quem vulgus cum Dracone pugnam iniisse putat, imperator Diocletianus cum tribunum militum, denique comitem creavisset, in urbe Roma, propter Christianam religionem occidi jussit.

78. Historia de Anastasiæ Romanæ viduæ martyrio, quod in urbe Roma sub imperatore Diocletiano sustinuit.

79. Historia de Anastasiæ Romanæ virginis martyrio, quod sub imperatore Diocletiano subiit.

80. Historia de Eleutherii, patria Romani, Illyricorum episcopi martyrio, quod cum Evamphia matre, sub imperatore Adriano, sustinuit.

81. Historia de Nicetæ Gothi martyrio, quod Romanorum imperatore Gratiano, Gothorum rege Athanarico, Christianos Gothos tum Danubii accolas persequente, sustinuit.

82. Historia de Gregorii episcopi Siculorum Agrigentini vita, qui ex vico ad Agrigentum urbem ortus, a Macario episcopus Hierosolymitano diaconus Hierosolymitanus, tandem ab episcopo Romano episcopus Agrigentinus Theodori successor creatus est.

83. Historia de Agathæ virginis, patria Catanææ, martyrio, quod intra Siciliam in urbe Catana, sub imperatore Decio tertium consulatum gerente, A. C. 251, sustinuit.

84. Historia de Dionysii Areopagitæ Atheniensis, quem sanctus Paulus apostolus ad religionem Christianam convertit, vita et martyrio. Primus Atheniensium episcopus, quem postea plures primum Parisiensium episcopum fuisse narrant, sub imperatore Domitiano, martyr obiit.

85. Historia de Theoctistæ Lesbiæ virginis vita, quæ virgo patriam habuit Methymnam urbem in Ægei maris prope Phrygiam Asiæ provinciam Græcorum insula Lesbo, quæ nonnullis etiam Mytilene dicitur, vitam monasticam in Paro Græcorum insula coluit.

86. Historia de decem martyrum martyrio, quod in Græcorum insula Creta sub imperatore Decio sustinuerunt.

87. Historia de Andreæ Cretensis vita, qui sub imperatore Constantino Copronymo Iconomacho mori quam imaginum cultum damnare maluit.

DANIELIS DE NESSEL

Catalogus Vitarum quas Symeon Metaphrastes composuit.

(Ex Catalogo Biblioth. Vindobon. mss. Græc. in fol. Indicis I pag. 109.

Symeonis, cognomine Metaphrastæ, qui fuit magister et logothetes in aula Constantinopolitana, decimoque post Christum sæculo floruit.

Historia vitæ S. Alexii;

Historia martyrii S. Panteleemonis;

Historia vitæ S. Nicolai, episcopi Myrensis;

Versus compunctorii forma confessionis secundum ordinem alphabeticum;

Canticum sacrum ordine alphabetico,

Synaxarium in crucifixionem Christi versibus politicis;

Historia martyrii sancti Nicetæ Gothi;

Historia martyrii sancti Eleutherii episcopi Illyrici, et historia martyrii sancti Polyeucti;

Historia martyrii sancti Demetrii proconsulis;

Vita sanctæ Mariæ, quæ in virili cœnobio, sub habitu virili et nomine Marini, sanctissime vixit, nec nisi post obitum femina deprehensa est;

Historiæ vitæ sancti Joannis Chrysostomi fragmentum;

Vita sancti Thryphonis martyris, patria Cambsadensis in Phrygia, Nicææ autem in Bithynia. A. C. 250 sub imp. Decio passi;

Martyrium sancti Isidori Alexandrini martyris.

Martyrium sanctæ Agathæ virginis et martyris ; A
Martyrium sanctorum martyrum, Faustæ, Eveiasii et Maximini ;
Vita beati Eugenii et Mariæ ejus filiæ in cœnobio sub habitu virili dictæ Marini ;
Martyrium sancti Nicephori, martyris Antiochiæ in Syria ;
Vita et martyrium sancti martyris Blasii, episcopi Sebastiæ in Cappadocia, et sociorum ejus ;
Martyrium sanctorum Pamphili, Valentii, Pauli, Seleuci, Porphyrii, Theoduli, Juliani et sociorum (initio quidem ab Eusebio ipsius sancti Pamphili amico intimo, et Cæsareæ in Palestina episcopo conscriptum, multis autem post sæculis a Symeone Metaphraste interpolatum ;
Vita sancti Andronici et uxoris ejus Athanasiæ; B
Martyrium sancti Orestis Tyanæ in Cappadocia sub imp. Diocletiano ;
Martyrium sancti Victoris et sancti Stephanidis;
Martyrium sancti Vincentii, archiadiaconi Cæsaraugustani ;
Narratio miraculi a SS. martyribus Guria, Samona et Abibo, Edessæ editi ;
Martyrium sancti Platonis ;
Martyria, Vitæ et Encomia SS. mensis Octobris, nempe :
Martyrium sanctæ Ananiæ ;
Martyrium SS. Cypriani et Justinæ ;
Martyrium sancti Dionysii Areopagitæ ;
Martyrium sanctæ Charitines ;
Commentarius in sanctum apostolum Thomam; C
Martyrium SS. Sergii et Bacchi ;
Vita sanctæ Pelagiæ Antiochenæ ;
Martyrium SS. Eulampii et Eulampiæ ;
Martyrium SS. Probi, Tarachi et Andronici ;
Martyrium SS. Carpi, Papyli et sociorum ;
Martyrium SS. Nazarii, Gervasii, Protasii et Celsi ;
Martyrium sancti Luciani ;
Martyrium sancti Longini Centurionis ;
Commentarius in sanctum evangelistam Lucam;
Martyrium sancti Vari ;
Martyrium sancti Andreæ in Crisi ;
Martyrium sancti Artemii ;
Vita sancti Hilarionis ;
Vita sancti Albericii ;
Commentarius in sanctum apostolum Jacobum D fratrem Domini dictum ;
Martyrium S. Arethæ ;
Martyrium SS. Marciani et martyrii notariorum ;
Martyrium sancti Demetrii ;
Martyrium sanctæ Anastasiæ Romanæ senioris;
Vita sancti Abramii eremitæ ;
Martyrium SS. Zenobii et Zenobiæ ;
Martyrium sancti Epimachi ;
Vita sancti Joannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopolitani ;
Martyrium sancti Platonis ;
Martyrium sanctæ Catharinæ virginis ;
Vita sancti Alypii Stylitæ.
Martyrium sancti Jacobi Persæ ;
Vita et martyrium sancti Stephanis Junioris ;
Commentarius in S. Andream apostolum ;
Narratio miraculi a sancto Michaele archangelo, Chonii sive Colossii in Phrygia editi ;
Narratio vitæ, rerum gestarum et miraculorum sancti Nicolai Myrensis in Lycia episcopi ;
Martyrium sancti Nicetæ Gothi ;
Martyrium sanctæ Euphemiæ virginis ;
Vita sancti Ambrosii, episcopi Mediolanensis;
Martyrium SS. Eustratii, Auxentii, Fulgentii, Orestis et Mardarii ;
Vita sanctæ Theodoræ Alexandrinæ ;
Vita sancti Joannis Eleemosynarii, patriarchæ Antiocheni ;
Historia martyrii sancti Polyeucti militis et martyris :
Martyrium sanctæ Catharinæ virginis ;
Vita sancti Symeonis Stylitæ primi sive senioris, qui A. C. 468 centenario major obiit ;
Certamen sancti martyrii Mamantis ;
Certamen sancti martyris Anthimi episcopi Nicomediæ, qui A. C. 302 passus est ;
Martyrium sancti Babylæ, episcopi Antiocheni;
Narratio miraculi a sancto Michaele archangelo Chonii sive Colossis in Phrygia editi ;
Martyrium SS. Eudoxii, Romuli, Zenonis et Macarii ;
Martyrium sancti Sozontis ;
Martyrium sancti Severiani ;
Martyrium SS. martyrum Menedoræ, Metrodocæ et Nymphodocæ ;
Vita sanctæ Theodocæ Alexandrinæ ;
Martyrium sancti Autonomii episcopi ;
Res gestæ sancti Cornelii centurionis ;
Martyrium sancti Nicetæ Gothi ;
Martyrium sanctæ Euphemiæ ;
Martyrium sanctæ Sophiæ et filiarum ejus, Pisteos, Elpidis et Agapes ;
Martyrium SS. martyrum Trophini, Sabbatii et Dorimedontii ;
Martyrium sancti Eustathii et uxoris ejus Theopistes, et duorum filiorum, Agapii et Theopisti ;
Martyrium sanctæ Theclæ virginis ;
Vita sanctæ Euphrosinæ virginis Alexandrinæ;
Commentarius in sanctum Joannem apostolum et evangelistam ;
Martyrium sancti Gallistrati et sociorum ;
Vita sancti Charitonis confessoris ;
Vita sancti Cyriaci anachoretæ ;
Vita et martyrium sancti Gregorii, episcopi magnæ Armeniæ ;
Martyrium sancti apostoli et martyris Ananiæ, Vita et martyrium SS. martyrum Cypriani et Justinæ virginis ;
Martyrium sancti Dionysii Areopagitæ ;
Martyrium sanctæ Charistinæ virginis ;

Commentarius in sanctum apostolum Thomam;
Martyrium SS. Sergii et Bacchi ;
Vita sanctæ Pelagiæ Antiochenæ ;
Martyrium SS. Eulampii et Eulampiæ ;
Martyrium SS. Probi, Taræchi et Andronici ;
Martyrium SS. Carpi episcopi Thyatirensis, Papyli diaconi et sociorum ;
Vita et certamen SS. martyrum Nazarii, Gervasii, Protasii et Celsi ;
Vita et martyrium sancti Luciani ;
Martyrium sancti Longini centurionis ;
Martyrium sancti Andreæ in Crisi.
Commentarius in sanctum apostolum et evangelistam Lucam ;
Martyrium sancti Vari et sociorum ;
Martyrium sancti Artemii ;
Vita et conversatio sancti Hilarionis ;
Vita sancti Abercii.
Commentarius in sanctum apostolum Jacobum cognominatum fratrem Domini ,
Martyrium sancti Arethæ et sociorum ;
Martyrium SS. Marciani et martyrii notariorum;
Martyrium sancti Demetrii.
Vita et martyrium sanctæ martyris Anastasiæ Romanæ ;
Vita sancti Abramii et sanctæ Mariæ neptis ejus;
Martyrium sancti Zenobii et sororis ejus ;
Martyrium sancti Epimachi ;
Martyrium sancti Dionysii Areopagitæ ;
Martyrium sanctæ virginis Charitines ;
Vita et pœnitentia sanctæ Pelagiæ Antiochenæ;
Martyrium SS. Eulampii et Eulampiæ ;
Martyrium Longini centurionis ;
Commentarius, in sanctum apostolum et evangelistam Lucam ;
Martyrium sancti Demetrii ;
Vita sancti martyris ;
Vita et martyrium sancti Stephani junioris abbatis montis Sancti Auxentii, e regione Byzantii circa Bithyniam siti, qui A. C. 767, ob sanctarum imaginum cultum, sub imp. Constantino Copronymo passus est ;
Martyrium sanctæ Catharinæ virginis ;
Vita sancti Ambrosii, episcopi Mediolanensis.
Martyrium SS. martyrum Menæ, Hermogenii et Eugraphi ;
Martyrium SS. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii et Orestis ;
Martyrium sancti Nicephori, martyris Anthiochæ in Syria ;
Martyrium sancti Blasii ;
Martyrium sancti Nicethæ Gothi ;
Martyrium sancti Ananiæ ;
Commentarius in sanctum apostolum Thomam ;
Martyrium sancti Demetrii ;
Vita sancti Symeonis Stylitæ primi sive senioris;
Martyrium sancti magni martyris Georgii ;
Martyrium sancti Eustratii et sociorum.

MENSIS JANUARIUS.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΗΣ ΩΣΙΑΣ ΕΥΦΡΟΣΥΝΗΣ ΤΗΣ ΕΝ ΑΛΕΧΑΝΔΡΕΙΑ.

VITA ET CONVERSATIO

SANCTÆ EUPHROSYNES ALEXANDRINÆ.

(Anno 420.)

[Græce nunc primum editur ex cod. Reg. Paris, sæculi XI, Mss. Græc. n. 1526, f° 213 ; Latine ex Surio ad diem 1 Januarii ; Bolland, 11 Febr.]

Α'. Ἄρτι τὰ Ρωμαίων σκῆπτρα Θεοδοσίου τοῦ παιδὸς Ἀρκαδίου εὐσεβῶς διιθυνοντος, ἀνήρ τις, Παφνούτιος ὄνομα, κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων μεγαλόπολιν ἐγωρίζετο πλούτῳ τε δαψιλὴς, καὶ εὐγενείᾳ τῇ κατὰ κόσμον περιφανὴς, πολλῷ δὲ μᾶλλον ἀρετῆς κλεούτῳ κομῶν, καὶ εὐγενείᾳ ψυχῆς σεμνυνόμενος. Γυναικὶ οὗτος συνέζευκται φιλαρέτῳ, καὶ πολλὴν ἐχούσῃ πρὸς Θεὸν τὴν εὐσεβειαν, ὡς εἶναι ταύτην τὴν συζυγίαν ἀψευδῆ τῷ ὄντι, καὶ οἰκείως ἐξ ὁμοτέρων ἔχουσαν. Ταύτην ἀτεκνουσαν ὁρῶν ὁ ἀνὴρ ἠνιᾶτο· καὶ πῶς γὰρ οὔ ; ἐπεὶ καὶ γάμοις ὡμιληκὼς τοῦτο βούλεται προηγουμένως τὸ παίδων γενέσθαι πατήρ. Ἐζήτει τοίνυν τοῦ λυποῦντος λύσιν εὑρεῖν, καὶ τῇ κοινωνῷ τοῦ βίου τὸ πρᾶγμα καλῶς κοινωσάμενος, πρὸς τὸν πάντα δυνάμενον καταφυγεῖν συνεβουλεύετο. Ὅθεν ἡ μὲν νηστείαις καὶ προσευχαῖς προσκειμένη, Ἄνναν ἐμιμεῖτο, καὶ τὰ ἐκείνης ἐφθέγγετο· Ἀδωναὶ, λέγουσα, Κύριε Σαβαὼθ, ἐὰν ἐπιβλέπων ἐπιδέψῃς ἐπὶ τὴν δούλην σου, καὶ δῴης μοι τέκνον ἐκ μήτρας ἐμῆς, τῷ δωρησαμένῳ σοι προσάξω τοῦτο Θεῷ. Ὁ δὲ τὰ ἱερὰ φροντιστήρια περιῄει τοὺς ἐν αὐτοῖς ἀσκουμένους εἰς ἱκεσίαν Θεοῦ ἐκκαλούμενος.

Β'. Καί δή κατά τι σεμνεῖον ἱερὸν εἶναί πυνθάνεται γέροντα, ᾧ πολλὴν ἡ τοῦ βίου καθαρότης τὴν πρὸς Θεὸν ἐμνηστεύετο παῤῥησίαν· τούτῳ παραβαλὼν ὁ Παφνούτιος, καὶ τὰ προσήκοντα διομιλησάμενος, εἶτα καὶ περὶ τῶν προκειμένων ᾐξίου· Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, λέγων, καὶ τὴν ἐμὴν ἴδε, Πάτερ ταπείνωσιν, καὶ τὸ συνέχου τῆς ἀθυμίας μοι διάλυσον νέφος τῷ φωτὶ τῶν σῶν προσευκῶν. Χρόνος γὰρ ἤδη συχνὸς, ἀφ' οὗ συνὼν γυναικὶ νεαζούσῃ τε ὥσπερ ἐγὼ, καὶ τῶν ἐκ τοῦ γάμου μετέχων ὀχλήσεων, τῶν ἐκ τούτου καλῶν, εἴπερ τοῦτο καλὸν ἡ παιδοποιία, ἐλεεινῶς ἀπεστέρημαι· καὶ τῇ ἀτεκνώσει ὅλος ἀθυμίᾳ συνέχομαι, εἰ μή τι ἄλλο τοὺς ἐκ νῶν γειτό-

A I. Cum Romanorum sceptra Theodosius Arcadii filius regeret, vir quidam, nomine Paphnutius, cognoscebatur in magna civitate Alexandrina, divitiis quidem locuples, sed multo magis virtutis divitiis et animi nobilitate splendidus ac præclarus. Is matrimonio erat conjunctus mulieri virtutis studiosæ, et quæ magna erat in Deum pietate, adeo ut esset hoc revera minime fallax conjugium, et quod benevolentia utrinque tenebatur. Hanc filios non habentem cum videret maritus, angebatur animo. Quidni enim? Nam quicunque junctus est matrimonio, hoc principaliter cupit, se filiorum esse patrem. Quærebat ergo invenire rationem, qua ab hac liberaretur molestia : et cum rem vitæ suæ sociæ recte communicasset, consulebat ut confugeret ad B eum qui potest omnia. Quocirca illa quidem vacans jejuniis et precibus, Annam imitabatur, et ea, quæ illa, loquebatur : *Adonai*, dicens, *Domine Eloi Sabaoth, si aspiciens aspexeris super ancillam, et dederis mihi filium ex utero meo, offeram tibi Deo, qui es daturus* [1]. Ille autem sacra obibat monasteria, eos, qui in ipsis exercebantur, provocans ad Deum.

II. Porro autem cum audiisset in quodam sacro monasterio esse senem, cui magna vitæ puritas conciliabat apud Deum fiduciam, eum adiens Paphnutius, cum, quæ conveniebat, esset collocutus, deinde eum rogavit de iis, quæ erant proposita : Aspice, dicens, ad me, Pater, et vide meam humilitatem, et luce tuarum orationum discute nubem mœroris, quæ me premit. Est enim jam longum tempus, ex quo C versans cum uxore, quæ est æque atque ego juvenis, et molestiarum matrimonii particeps, iis, quæ sunt ex eo, bonis, si matrimonii bonum est liberorum susceptio, sum privatus miserabiliter : et propterea quod caream liberis, totius premor animi ægri-

[1] I Reg. I, 11.

tudine, si nihil aliud, probra non ferens vicinorum, qui me irridentes, tanquam sterilem et infertilem conviciis appetunt. Hæc ille quidem dicebat cum lacrymis, prehensans pedes sacrosancti illius senis. Ille autem (sunt enim misericordes, qui virtuti et Deo dant operam) verbis flectitur Paphnutii, et se totum confert ad orationem. Justi itaque oratio, operante apud Deum vi eorum, quæ ipsum ad hoc provocabant, jejuniis et precibus, et communicatione ac benignitate in pauperes, fuit exaudita ab eo, qui audit preces eorum, qui ipsum invocant in veritate : et Paphnutio nascitur filiola, quæ ab infantia præ se ferebat eximiam corporis pulchritudinem : quæ etiam utique subindicabat elegantem et scitum, qui in ea postea fuit, animum : et protinus quidem solvit matris filiorum egestatem, solvit autem patris quoque tristitiam. Ut ergo etiam esset nomen conveniens illi rei, quam erant assecuti, eam protinus nominant Euphrosynem, hoc est, lætitiam.

III. Hanc ergo Paphnutius, cum esset fide fructus, alebat potius virtute, quam iis quæ carnem pinguefaciunt : et iis quæ stant ac manent, magis quam iis quæ efflorescunt, persuadet animum adhibere, et animæ curam gerere rei immortalis, magis quam ejus quod cito marcescit, docebat corporis. Ipsaque aspiciens ad virtutem parentum, et ab illorum probitate animum non habens discrepantem, crescebat, ut corpore, ita etiam animæ pulchritudine. Erat ei jam annus duodecimus, et mater e vita præsenti excesserat. Filia autem sic formata, et ei ætate procedente virtutem magis habens accedem, desiderabat verum sponsum, et, quam ille diligit, curam gerebat animæ pulchritudinis. Qui autem attendebant res solas corporeas, et spectabant illius formam corporis, et recte sciebant, quam esset nobili loco nata, octavum decimum jam annum agentem patrem convenientes, petebant in matrimonium. Is autem, cum non posset eorum postulata repellere, uni, qui præstabat omnibus opibus, gloria et virtute, despondet puellam, consilium capiens ejus virtute, longe indignissimum, ut qui non aspexerit ad filiæ suæ statum, et illius in Deum pietatem : nec quod tota evasisset Deo familiaris, eique soli placeret, et ejus sponsa perpetuo esset meditata. Horum ergo ille nihil reputans, parabat nuptias filiæ minime convenientes. Sed zelans zelavit Dominus ejus verus sponsus, et abripit quidem a matrimonio, et iis, quæ consequuntur matrimonium, ut procedens ostendet oratio : eam autem ad vitam compellit præstantiorem, quæ eam ipsi conjungebat per multam puritatem.

IV. Nam cum pater quidem hoc cepisset consilium, non esset autem illa tuta, si non sonis prius precum particeps, quarum ipsa erat fructus, sic veniret ad nuptias, benedictionis gratia ad magnum illum senem venit cum parente. Deinde cum illius audisset sermones, et monachorum tunc primum

ων οὐ φέρων ὀνειδισμοὺς, οἵ με καὶ ὑποτωθάζοντες ὡς ἄγονόν τε καὶ ἄκαρπον τοῖς ὀνείδεσι βάλλουσι. Ταῦτα ὁ μὲν σὺν δάκρυσιν ἔλεγε τῶν τοῦ θείου γέροντος ἐκείνου ποδῶν ἁπτόμενος. Ὁ δὲ (συμπαθὴς γὰρ καὶ φιλοικτίρμονες οἱ ἀρετῇ καὶ Θεῷ προσανέχοντες) τοῖς τοῦ Παφνουτίου κάμπτεται ῥήμασι, καὶ ὅλον ἑαυτὸν φέρων τῇ προσευχῇ δίδωσιν. Ἡ τοῦ δικαίου τοίνυν δέησις, ἐνεργουμένη τῇ πρὸς Θεὸν νεύσει τῶν εἰς τοῦτο προβαλλομένων αὐτὸν, ταῖς νηστείαις τε καὶ ταῖς προσευχαῖς, καὶ τῷ πρὸς τοὺς δεομένους κοινωνικῷ τε καὶ φιλανθρώπῳ, ἐπακούοντα ἔσχε τὸν ἀεὶ τῆς δεήσεως εἰσακούοντα τῶν ἐν ἀληθείᾳ ἐπικαλουμένων αὐτόν. Καὶ γεννᾶται τῷ Παρφνουτίῳ θυγάτριον πολλὴν ἐκ βρέφους ἐμφαῖνον τὴν σωματικὴν ὡραιότητα, ἥτις τάχα τὴν μετὰ ταῦτα τῆς ψυχῆς ὑπέμφαινεν ἀστειότητα· καὶ λύει μὲν εὐθὺς μητρὸς ἀτεκνίαν, λύει δὲ καὶ πατρὸς τὴν κατήφειαν. Ἵνα οὖν οἰκεῖον αὐτῇ καὶ τὸ ὄνομα ᾖ, οὗπερ οὗτοι πράγματος ἀπελαυον, τοῦ γ' ἐκείνην καλεῖσθαι διέγνωσαν, καὶ Εὐφροσύνην εὐθὺς ὀνομάζουσι.

Γ'. Ταύτην οὖν ὁ Παφνούτιος εὐχῆς οὖσαν καρπὸν ἀρετῇ μᾶλλον ἢ τὴν σάρκα πιαίνουσιν ἔτρεφε, καὶ τοῖς ἑστῶσι καὶ μένουσιν, ἢ τοῖς ἀπανθοῦσι προσανέχειν ἀνέπειθε, καὶ ψυχῆς ἐπιμελεῖσθαι πράγματος ἀθανάτου, ἢ τοῦ ταχὺ μαραινομένου ἐδίδασκε σώματος. Καὶ αὐτὴ πρός τε τὴν τῶν γεννητόρων ἀρετὴν ἀφορῶσα, καὶ τῆς ἐκείνων καλοκαγαθίας τὴν γνώμην οὐκ ἀπάδουσαν ἔχουσα ηὔξανεν ὥσπερ δὴ σώματι, οὕτω καὶ ψυχῆς ὡραιότητι. Ἔτος τοίνυν δωδέκατον ἦν, καὶ ἡ μήτηρ βίου τοῦ παρόντος ἀπῆν· ἡ παῖς δὲ οὕτω διαπραττομένη, καὶ τῆς ἡλικίας αὐτῇ προκοπτούσης, καὶ τὴν ἀρετὴν ἔχουσα μᾶλλον προστιθεμένην, τὸν ἀληθῆ Νυμφίον ἐπόθει, καὶ οὗ ἐκεῖνος ἐρᾷ ψυχικοῦ κάλλους ἐπεμελεῖτο. Οἱ δὲ τοῖς σωματικοῖς μόνοις προσκείμενοι, τήν τε τοῦ σώματος ὥραν ὁρῶντες, καὶ ὅπως εὐγενείας εἶχεν ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι, ὀκτὼ καὶ δέκατον ἔτος που διανύουσαν, εἰς λόγους ἐρχόμενοι τῷ γεγεννηκότι, πρὸς μνηστείαν ταύτην ᾐτοῦντο. Ὁ δὲ τὰς τούτων ἐντεύξεις οὐχ οἷός τε ὢν ἀπώσασθαι, ἑνὶ τῶν πάντων πλούτῳ τε καὶ δόξῃ καὶ ἀρετῇ διαφέροντι, τὴν παῖδα κατεγγυᾶται· πολὺ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἀνάξιον βουλευσάμενος, ἅτε μὴ πρὸς τὴν τῆς παιδὸς κατάστασιν ἀπιδὼν, καὶ τὸ ἐκείνης φιλόθεον, καὶ ὅπως ὅλη Θεῷ προσώκειωτο, καὶ τούτῳ ὁρέσαι μόνῳ, καὶ αὐτῷ νομφευθῆναι διὰ μελέτης ἐτίθετο. Τούτων οὖν ἐκεῖνος οὐδὲν ὑπολογισάμενος, γάμον ἀπάδοντα τῇ παιδὶ παρεσκεύαζεν. Ἀλλὰ ζηλῶν ἐζήλωσε Κύριος ὁ ἀληθὴς ταύτης νυμφίος, καὶ ἁρπάζει μὲν, ὡς προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει, γάμου τε καὶ τῶν μετὰ γάμων· εἰς βίον δὲ τοιαύτην κρείττονα συνωθεῖ, τὸν διὰ πολλῆς αὐτῷ συνάπτοντα καθαρότητος.

Δ'. Ὡς γὰρ ταῦτα τῷ πατρὶ μὲν βεβούλευτο, οὐκ ἦν δὲ ἀσφαλὲς ἄρα μὴ μετειληφυῖαν καὶ τῶν τοῦ γέροντος εὐχῶν πρότερον, ὧν καὶ καρπὸς ἐτύγχανεν αὐτῇ, οὕτω πρὸς τὸν γάμον ἐλθεῖν, εὐλογίας χάριν πρὸς τὸν μέγαν ἐκεῖνον ἅμα τῷ τεκόντι φοιτᾷ. Εἶτα λόγων ἐκείνου ἀκούσασα, καὶ τὴν τῶν μοναχῶν,

τότε πρῶτον ἑωρακυῖα κατάστασιν, πολλάκις, ἔφη, Μακάριοι οἱ τὴν πολιτείαν ταύτην διὰ Θεὸν μετερχόμενοι. Καὶ ὅ γε τοῖς διορατικοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς ὅπερ ἡ παρθένος ἐβούλετο θεασάμενος, κατάλληλον αὐτῇ ποιεῖται καὶ τὴν εὐχήν· Ὁ Θεὸς, εἰπών, τὸ συνοῖσον τῇ σῇ, τέκνον, ποιήσαι ψυχῇ, καὶ πρὸς τὸν αὐτοῦ φόβον στηρίξειε, καὶ τῶν ἡτοιμασμένων ἀγαθῶν ἀξιώσειε τοὺς εὐηρεστηκόσιν αὐτῷ. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ οὕτως αὐτῇ ἐπευξάμενος, ἐνίησι διπλοῦν τῇ ἐκείνης ψυχῇ τὸν πρὸς Θεὸν ἔρωτα, καὶ ἀνάπτει σφοδρότερον τὴν ἐνοῦσαν αὐτῇ φλόγα πρὸς θεοσέβειαν. Ἐπανιοῦσα τοίνυν οἴκαδε· Μακάριοι, πάλιν ἔλεγεν, οἱ τὴν τῶν μοναχῶν μετερχόμενοι πολιτείαν, ὅτι κἀνταῦθα ἢ οὐδὲν διαφέροντα τῆς τῶν ἀγγέλων πολιτείας βιοῦσι, καὶ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀπολαύουσι.

Ε'. Τὴν δὲ οἰκίαν καταλαβοῦσα ἠμέλει μὲν σώματος καλλωπισμοῦ τοσοῦτον, ὡς μηδὲ ψυχρῷ ὕδατι τὸ πρόσωπον ἀπονίπτεσθαι, δάκρυσι δὲ καὶ νηστείαις τὴν τῆς ψυχῆς ἐφαίδρυνεν ὡραιότητα. Περιδέρραια δὲ καὶ ἐνώτια, καὶ χρυσὸς ὁ χεῖρας κοσμῶν πρὸς τὸν τῆς ψυχῆς κόσμον μετερρύθμιζετο τοῖς πένησιν ἐπιχορηγούμενος. Οὐκ ἦν αὐτῇ ἐσθὴς ἡ μαλακὴ περισπουδαστος, ἀλλ' ἀντ' ἐκείνης ἡ τῶν τριχίνων ἡμφίασις ἐσπουδάζετο. Ὁμηλίκων οὐ ταῖς πρὸς ἡδονήν τι λεγούσαις ὅλως ἥδετο, ἀλλὰ ταῖς ὁμοίων ἐχούσαις αὐτῇ τὸν πρὸς Θεὸν ἔρωτα, διαπαντὸς ἐφίλει συγγενέσθαι. Γραῶν δὲ ὄλους καὶ γυναικώδεις κενουργίας οὐδὲν ἄκρων αὐτῆς τῶν ὤτων ψαύειν ἠνείχετο. Ἦν δὲ αὐτῇ καὶ τοῦτο διὰ σπουδῆς, τὸ τοῖς ἐνδημοῦσι τῶν μοναχῶν, οἵτε κατὰ σκοπὸν εὐσεβῆ τῷ πατρὶ παρενέβαλλον, διαλέγεσθαί τε μᾶλλον καὶ παρ' ἐκείνων τὰ θεῖα διδάσκεσθαι.

Ϛ'. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ καὶ μετάπεμπτος ὁ πατὴρ εἰς τὸ ἀσκητήριόν, ἵνα ὁ μέγας ἐκεῖνος ἐτύγχανεν, ἀφικνεῖται, τὴν μνήμην ἐπιτελέσων σὺν τοῖς μονάζοις τοῦ δειμαμένου τὸ φροντιστήριον. Αὐτόθι γοῦν ἐπὶ τρεῖς ὅλας ἡμέρας τοῦ κατὰ σάρκα πατρὸς τῷ μοναστηρίῳ προσμείναντος, ἡ Εὐφροσύνη καιροῦ λαβομένη, τινὰ μεταστειλαμένη τῶν μοναχῶν ἐκ τῶν τῆς Σκήτεως σεμνείων, θεϊκῇ τότε προνοίᾳ κατειλεχότα τὴν Ἀλεξάνδρειαν (μέγας δὲ οὗτος τὴν ἀρετὴν ἦν), αὐτῷ κοινοῦται τὰ τῆς βουλῆς. Καὶ αὐτὸς εὐθύς· Ἤκουσας, ἔφη, καὶ αὐτὴ φιλόθεος οὖσα καθὼς ὁρᾷν ἔχω, καὶ θείοις ἐνασχολουμένη διδάγμασιν, οἷα ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φησὶν ὁ Σωτὴρ, καὶ ὡς ὁ τιμῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ αὐτὸν ἀνάξιος ἑαυτοῦ δείκνυται. Ταύτῃ τῇ διδασκαλίᾳ ἁρωμένη, καὶ τῆς ἀποφάσεως ταύτης ἀπαιωρήσασα τὴν διάνοιαν, ὅσα βεβούλευσαι ταχὺ πρυθυμήθητι, καὶ πῦρ ἐν καρδίᾳ λαβοῦσα τοῦ ἐπὶ γῆς αὐτὸ βεβληκότος Χριστοῦ, σπεῦσον μὴ ῥᾳθυμίᾳ τοῦτο καὶ ἀναβολαῖς ἀποσβέσαι, ἀλλ' ὅτι τάχος εἰς πέρας τὸ ἐπὶ νοῦν ἀγαγεῖν· Οὐδεὶς γὰρ βαλὼν τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον, ὡς τὰ θεῖά φησι Λόγια, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Ταῦτα πυθομένη παρὰ τοῦ γέροντος, πολλὴν εἰσ-

A vidisset statum, sæpe dixit : Beati qui hoc vitæ genus propter Christum suspiciunt. Ille autem cum animi perspicacibus oculis, quid puella vellet, esset contemplatus, preces quoque fudit ejus desiderio convenientes : Deus, o filia, dicens, faciat quod sit tuæ animæ futurum conducibile, et in ejus timore confirmet, et dignam censeat bonis paratis iis, qui ipsi placuerunt. Cum hæc dixisset, et sic ei esset precatus, illius animæ duplicem immittit erga Deum amorem, et vehementius accendit eam, quæ inerat, pietatem. Domum ergo revertens, rursus dicebat : Beati qui suscipiunt vitæ genus monasticum, quoniam et hic sic vivunt, ut parum aut nihil ab angelis differant : et postquam hinc excesserint, vita fruB untur æterna.

V. Cum domum autem venisset, negligebat quidem cultum corporis, adeo ut nec aqua quidem frigida faciem lavaret : lacrymis autem et jejuniis, animæ lætificat speciem. Torques autem, inaures, et monilia, et aurum, quod manus exornabat, traducebatur ad ornatum animæ, suppeditatum pauperibus. Non erat ei curæ mollis vestis, sed illius loco ei curæ erat inducere cilicium. Ex æqualibus non iis omnino delectabatur, quæ loquebantur ad voluptatem : sed cum iis, quæ sibi similem habebant in Deum amorem, semper lubenter versabatur. Aniles autem nugas, et vanos mulierum sermones, ne summas quidem suas aures sinebat tangere. Erat vero hoc quoque ei studio, cum iis, qui illic versabantur, monachis, quique pia aliqua C de causa ad partem accedebant, disserere, et ab illis divina discere.

VI. Non multum intercessit temporis, et pater accersitus venit in monasterium, ubi erat ille magnus, simul cum monachis peracturus memoriam illius, qui exstruxerat monasterium. Cum illic ergo tres totos dies mansisset in monasterio pater ejus secundum carnem, Euphrosyne accepta occasione, et accersito quodam monacho ex monasteriis Scetis, qui tunc divina providentia venerat Alexandriam (erat autem is magnus virtute), ei suum communicat consilium. Ille autem : Audiisti, inquit, ipsa quoque cum sis pia in Deum, quantum possum videre, et versata in doctrina divina, quænam Salvator dicit in Evangeliis, quod qui patrem aut D matrem honorat plus quam ipsum, ipso indignus efficitur[2]. Hâc utens doctrina, et hac sententia tuum erigens animum, quod statuisti, cito velis effectum reddere : et ignem in corde suspiciens ejus, qui eum misit in terram[3], vide ne socordia et mora cum exstinguas : sed quam primum ad finem deducas id quod animo agitas. *Nemo enim mittens manum ad aratrum* (ut divina dicit Scriptura), *et retro conversus, est aptus regno cœlorum* [4]. Hæc cum audivisset a sene, ejus verbis paret protinus, et ab eo petit, ut monasticum consequatur habitum. Ille

[2] Matth. x, 37. [3] Luc. xii, 49. [4] Luc. ix, 62.

autem prompto et alacri animo implevit, quod preces consuetas, et quidquid erat in more positum, implevisset, monastico eam induit habitu. Et cum precatus esset ei finem scopo convenientem, in suum revertitur monasterium.

φέρει καὶ τοῖς αὐτοῦ λόγοις εὐθὺς τὴν εὐπείθειαν, καὶ τοῦ τῶν μοναχῶν ἀξιωθῆναι σχήματος παρ' ἐκείνου ἐπιζητεῖ· καὶ ὅγε πρόθυμος ἦς τὸ ζητούμενον ἐκπληροῦν, καὶ τὰς συνήθεις εὐχὰς αὐτίκα καὶ πᾶν ὅπερ ἔθιμον ἦν ἐκτελέσας, τὸ τῶν μοναχῶν αὐτῇ περιβάλλει σχῆμα. Ἐπευξάμενός τε αὐτῇ τέλος τῷ σκοπῷ συμφέρον, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπαναστρέφει μονήν.

VII. Postquam autem pius ille senex recessisset, contiderabat apud se Euphrosyne, quomodo et ubi sibi datum ad mercaturam exerceret talentum, maxime cum sciret patrem sibi fore impedimento ad id quod desiderabat. Cum ergo quæsivisset modum, per quem posset omnino latere et benevolentiam patris,et sponsi amorem, statuit quidem vestem exuere muliebrem, virilem autem inducere. Et quoniam sciebat, eos, qui ipsam erant persecuturi tanquam feminam, esse scrutaturos in monasteriis mulierum,statuit seipsam collocare in numero monachorum.Hoc autem consilium capiens, nocte quadam exuit quidem suam vestem et simul cum tunica etiam muliebrem exuit imbecillitatem: induit autem vestem salutarem, et quamprimum transmutatur in virilem habitum. Deinde cum latuisset ancillarum multitudinem,et ipsius parentis oculos,et ædes despexisset præclaras ac magnificas, Christi crucem tollens,protinus abiit,volens se dignam reddere eo quod desiderabat,et venit ad illlud monasterium,cui præerat senex,cujus precum fuerat fructus.Et cum venisset in conspectum præfecti monasterii,interrogata fuit,quisnam esset,et unde, et quanam de causa ad eum accessisset. Illa autem dixit,se vocari quidem Smaragdum, esse autem ex aula imperatoris (sic enim dicebat volens latere); reliquisse vero omnia, ut infida et inutilia,ac desiderasse vitam monachorum: et ex urbe quidem fugisse regia, ut quæ esset plena tumultibus, et quod amicorum et familiarium nollet vexari congressione,et ab eis interrumpi suum quietis desiderium: cum autem de istorum sanctitate monachorum multa audivisset, eo venisse, si quo pacto digna haberetur referri in eorum numerum.

Ζ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ θεοφιλὴς ἐκεῖνος ἀνεχώρει πρεσβύτης, ἐσκόπει καθ' ἑαυτὴν ἡ Εὐφροσύνη, πῶς ἂν καὶ ποῦ τὸ δοθὲν αὐτῇ ἐμπορεύσοι τὸ τάλαντον, ἄλλως τε καὶ τὸν πατέρα εἰδυῖα ἐμποδὼν αὐτῇ πρὸς τὸ ποθούμενον ἔσεσθαι. Ὡς οὖν ἐζήτει τρόπον δι' οὗ λαθεῖν ὅλως δυνήσεται γεννήτορός τε στοργήν, καὶ μνηστῆρος ἔρωτας, ἀποθέσθαι μὲν γυναικείαν ἔγνω στολήν, ἀνδρὸς δὲ μεταμφιάσασθαι. Καὶ ἐπεὶ τοὺς διώξοντας ᾔδει ὡς γυναῖκα ταύτην ἐν σεμνείοις ἀνερευνᾷν γυναικῶν, μοναζόντων ἑαυτὴν ἔκρινεν ἐγκατατάξαι χορῷ. Οὕτω δὲ βουλευσαμένη ἀποδύεται μὲν τὴν ἰδίαν στολήν, καὶ ἅμα χιτῶνι συναποδύεται καὶ τὴν γυναικείαν ἀσθένειαν, ἐπενδύεται δὲ ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ εἰς ἀνδρὸς σχῆμα τὸ τάχος μεταῤῥυθμίζεται. Εἶτα λαθοῦσα θεραπαινίδιον πλῆθὺν, αὐτούς τε ὀφθαλμοὺς τῶν γεγεννηκότων, καὶ οἰκίας ὑπεριδοῦσα λαμπρὰς, τὸν τοῦ Χριστοῦ σταυρὸν ἀραμένη, εὐθὺς ἀπῆει, ἑαυτὴν ἀξίαν τῷ ποθουμένου καταστήσασθαι βουλομένη. Πρὸς ἐκεῖνό τε τὸ μοναστήριον ἀφικνεῖται, οὗ καθηγεῖτο ὁ γέρων, οὗ δὴ καὶ τῶν εὐχῶν ἐγεθόνει καρπός· καὶ διὰ τοῦ εἰς τοῦτο τεταγμένου, τῶν μοναχῶν τῷ προεστῶτι τῆς μοτῆς εἰς ὄψιν ἐλθοῦσά, τίς τε καὶ ὅθεν εἴη, καὶ τίνος ἕνεκα πρὸς αὐτὸν παραγένοιτο, ἠρωτᾶτο. Ἡ δὲ, Σμάραγδος μὲν ἔφη καλεῖσθαι· εἶναι δὲ τῆς βασιλείου αὐλῆς (οὕτω γὰρ εἶπε βουλομένη λαθεῖν), καταλιπεῖν δὲ πάντα ὡς ἄπιστα καὶ ἀνόνητα, τὸν δὲ βίον ποθῆσαι τῶν μοναχῶν, καὶ τὴν μὲν βασιλίδα τῶν πόλεων ἐκφυγεῖν ὡς πλήρη θορύβου, καὶ τῷ μὴ βούλεσθαι φίλων καὶ συνήθων ὁμιλίαις ὀχλεῖσθαι, καὶ ὑπ' αὐτῶν μολύνεσθαι τὸ φιλήσυχον κατὰ πολλὴν δὲ τῆς ὑμῶν ἀγιότητος ἀκοὴν τὰ ἐνταῦθα καταλαβεῖν, εἴ πως ἀξιωθείην γενέσθαι ὑμῖν συναρίθμιος.

VIII. Lætatus est vir ille,et verbis et morum modestia admirandus,et: Ecce monasterium, inquit, fili,si tibi placet referri in numerum fratrum,nemo est prohibiturus. Sed quoniam es ætate adhuc juvenis, et status monastici nondum perfectam cœpisti experientiam, oportet te esse sub magistro, et ab eo discere vitæ perfectionem.Illa autem:Hoc quoque mihi est cordi,et volo non unum solum,si videtur, sed multos etiam habere, qui ad virtutem me sint instituturi. Sic ea, cum tanquam solidum et validum fendamentum, seni prius jecisset obedientiam, traditur Agapio monacho,qui et in rebus divinis erat eruditus, et processerat ad summam impatibilitatem : et ab eo, ut dicam sicut divinus David, diurno fingitur figmento, et componitur ad vitam piam ac religiosam.Verumenimvero qui no-

Η'. Ἠσθεὶς, οὖν ὁ θεοφιλὴς ἐκεῖνος ἀνὴρ τοῖς τε ῥήμοσι, καὶ τῇ τῶν ἠθῶν εὐνομίᾳ, καὶ, Ἰδοὺ τὸ μοναστήριον, ἔφη, τέκνον, εἴ σοι ἀρεστὸν ἐναρίθμιον γενέσθαι τοῖς ἀδελφοῖς, ὁ κολύσων οὐδείς· πλὴν ἐπείπερ ἄτι νέαν ἄγεις τὴν ἡλικίαν, καὶ μοναχικῆς καταστάσεως οὔπω πεῖραν εἴληφας ἐντελῆ, ὑπὸ διδασκάλῳ τετάχθαι σε δεῖ, καὶ παρ' αὐτοῦ μανθάνειν πολιτείας ἀκρίβειαν. Ἡ δὲ, Καὶ τοῦτο κατὰ γνώμην, εἶπεν, ἐμοὶ, καὶ βούλομαι οὐχ ἕνα μόνον, εἰ δοκεῖ, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἔχειν τοὺς πρὸς ἀρετήν με παιδοτριβήσοντας. Οὕτως αὐτὴ καθάπερ θεμέλιον ἀῤῥαγῆ τὴν ὑπακοὴν προκαταβαλλομένη τῷ γέροντι, Ἀγαπίῳ μονάζοντι παραδίδοται, τὰ τε θεῖα σοφῷ, καὶ ἀπαθείας εἰς ἄκρον ἐλάσαντι· καὶ παρ' αὐτοῦ, κατὰ τὸν θεῖον φάναι Δαβὶδ, ἡμερινὴν διεπλάττετο πλάσιν, καὶ πρὸς τὸν θεοφιλῆ βίον ῥυθμίζεται.

(1) Agapitus nominatur in Vitis Patrum.

Ἀλλὰ γὰρ ὁ ἐξ ἀρχῆς βασκαίνων ἡμῖν, καὶ τὴν οἰ- A bis invidit ab initio, et gloriatur se totum orbem
κουμένην ὅλην ὡς νοσσιὰν ἐγκαυχώμενος καταλή- terræ, tanquam nidum, comprehensurum, non
ψεσθαι, οὐκ ἔφερε γυναῖκα ὁρῶν βρόχους αὐτοῦ τοὺς ferebat, videns mulierem callidos suos laqueos su-
δεσμοὺς ὑπερικταμένην, καὶ ὡσεὶ περιστερὰν φερο- pervolantem, et tanquam columbam spiritum ferri
μένην τῷ πνεύματι ὑπηνέμιον. Ἀλλ' ἐτρύχετο βλέ- sublimem. Sed angebatur videns tam prudens con-
πων τὸ φρόνιμον οὕτω τῆς οἰκονομίας, καὶ πρὸς τὸ silium, et quod ita se ad latendum instruxerat: et
λαθεῖν διεσκευασμένον, καὶ ἤσχαλλεν ὑπὸ νεαροῦ ægre ferebat videre suas artes eludi a juvenili cor-
σώματος καὶ ταῦτα θήλεος τὰς αὐτοῦ τέχνας διαπαι- pore, eoque muliebri. Aliquando quidem certe ejus
ζομένας ὁρῶν. Ἀμέλει καὶ ποτὲ μὲν αὐτῆς τὴν πρὸς in Deum curam ac meditationem studebat avellere,
Θεὸν μέριμναν, πόθῳ τὸν περὶ τοὺς γονεῖς ἀνάπτων, parentum accendens desiderium: aliquando autem
περισκᾷν ἔσπευδε· ποτὲ δὲ, πλούτου καὶ δόξης καὶ divitiarum, gloriæque et sponsi memoria conaba-
μνηστῆρος μνήμῃ, διαχυνοῦν αὐτῆς τὸ φρόνημα tur ejus emollire spiritus. Præterea ei in memo-
ἐμηχανατο· ἔτι δὲ συνήθων καὶ ἡλίκων διατριδὰς riam revocabat consuetudinem familiarium et
ὑπεμίμνησκεν· ἀλλὰ παντα χόθεν προσβάλλων αὐτῇ æqualium. Sed cum omni ex parte eam aggrede-
καὶ πεῖραν ἐνιεὶς ἀπεκρούετο. Τί οὖν ποιεῖ; retur, et ei immitteret tentationem, repellebatur.
Τοῖς ἑτέρων ὄμμασι κατεμέρισεν ἑαυτὸν, καὶ βέλεσι B Quid ergo facit? Se aliorum oculis dispertiit, et
τούτους τοῦ κάλλους αὐτῆς κατετίτρωσκεν. Οἱ δὲ eos sauciavit telis ejus pulchritudinis. Illi autem
στέγειν μὴ δυνάμενοι τὸ σύντονον τῆς ἐπιθυμίας, cum non possent continere vehementem cupidi-
κρύπτειν τε τὸ πάθος εἰδότες οὐκ ἀσφαλὲς, πι- tatem: scirent autem non esse tutum celare mor-
στεύουσι τὸ πρᾶγμα τῷ προεστῶτι, καὶ τὸν ἐκ τοῦ bum, rem præfecto aperiunt: et triumphant de
πονηροῦ προσβάλλοντα θριαμβεύουσι πόλεμον· καὶ bello, quod illatum fuerat a maligno. Et hoc fit
γίνεται τοῦτο αὐτοῖς μὲν ἄνεσις τοῦ κακοῦ, τῇ δὲ eis quidem mali remissio, illi autem majus in-
κρείττων ἐπίδοσις πρὸς ἀρετῆς τελειότητα. Ὁ γὰρ crementum ad perfectionem virtutis. Monasterii
τῆς μονῆς προεστὼς αὐτοῖς μὲν κατάλληλα τίθησι enim præfectus eis convenientia dat morbi me-
τῇ νόσῳ τὰ φάρμακα, τῇ δὲ τῶν γεγενημένων ἐπι- dicamenta: illi vero nihil scienti eorum, quæ
στεμένῃ οὐδέν, Βούλομαι σε, φησὶ, τέκνον ἰδιαζόντως facta fuerant: Volo te, inquit, seorsum degere
ἔν τινι κελλίῳ διάγειν, ἐν ᾧ τὸν παραδεδομένον in cella aliqua, in qua traditam tibi servans regu-
σοι κανόνα τηροῦντα, μήτε τινὰς ἐκεῖ παραδέχεσθαι, lam, neque ullos illic admittes, neque omnino
μήθ' ὅλως ἐξιέναι, καὶ τισιν ἑαυτὸν διδόναι πρὸς egrediens, neque te ullis præbebis ad colloquen-
ὁμιλίαν· μόνος δὲ πρὸς τὰ τῆς χρείας διακονήσει dum. Solus autem, quæ tibi erunt usui, submi-
σοι ὁ Ἀγάπιος. Εἶπε, καὶ εὐθὺς προστάττει τῷ nistrabit Agapius. Dixit, et statim præcipit Aga-
Ἀγαπίῳ τὴν δέουσαν ἐπιμέλειαν, μὴ ἐν τοῖς πνευ- pio, ut Smaragdi, quam oportet, curam gerat, non
ματικοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς σωματικοῖς, ὡς solum in spiritalibus, sed etiam in iis quæ ad
οἷόν τε τῷ Σμαράγδῳ ποιεῖσθαι, ὡς ἂν μὴ ἑτέρου corpus pertinent, quoad ejus fieri poterit, ut nulla
τινὸς ἐπιδεὴς γένοιτο. Ἀσμένως οὖν ἡ μακαρία, καὶ re necessaria indigeat. Itaque beata illa, ut ei erat
ὡς αὐτῇ φίλον, ἀπαλλαγεῖσα ὀχλήσεων, τὸν πρὸς gratum, liberata a molestiis, in Christum magis
Χριστὸν ἐπλεόναζεν ἔρωτα, ἐπὶ πόνοις μὲν πόνους, auxit amorem, laboribus quidem addens labores,
ἐπὶ νηστείαις δὲ νηστείαν, καὶ ἐπὶ ταῖς πρότερον jejuniis autem jejunium, et prioribus vigiliis ad-
ἐγρυπνίαις πλείονα τὴν πρὸς τὸν ὕπνον ἄμιλλαν jungens majorem adversus somnum decertatio-
ποιουμένη, ὡς ὁρῶντα τὸν Ἀγάπιον αὐτόν τε θαυ- nem, adeo ut et ipse videns miraretur Agapius,
μάζειν, καὶ δῆλα ταῦτα καὶ τοῖς ἄλλοις ποιεῖν. Ἀλλὰ et hæc aliis manifesta redderet. Sed hæc quidem
ταῦτα μὲν ὕστερον. postea.

Θ'. Ἃ δὲ παρῆκεν ὁ λόγος, εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανελ- IX. Quæ autem prætermisimus dicere, nunc re-
θὼν ἀπὸ τῆς μονῆς ὁ πατὴρ, καὶ τὴν φιλτάτην censeamus. Cum ejus pater tandem domi non ades-
παῖδα μὴ εὑρηκὼς, πρῶτα μὲν παῖδας καὶ παιδί- sse charissimam filiam cognovisset, primum quidem
σκας παραστησάμενος, ἐπυνθάνετο πῶς τοῦτο γέ- adductis famulis et ancillis, rogabat quid hoc esset, D
γονε, καὶ πρὸς τίνα πορευθεῖη τῶν συγγενῶν ἢ et sciscitabatur, ad quem eam ex cognatis aut fami-
συνήθων ἡ θυγάτηρ ἠρώτα. Ὡς δὲ οὗτοι μὲν ἔφη- liaribus profecta esset filia. Cum autem ii quidem
σαν, ἑσπέρας κατὰ τὸ σύνηθες τὰς τοῦ κοινωνίσκου dixissent eam vespere, postquam, ut consueverat,
κλείσασαν θύρας ἀφυπνῶσαι τῇ κλίνῃ, ἔωθεν δὲ μὴ ostium clausisset cubiculi, in lecto dormiisse; ma-
προϊούσης αὐτῆς εἰσελθεῖν καὶ κενὴν αὐτῆς καὶ τὴν ne autem, ea non procedente, eos esse ingressos,
κλίνην καὶ τὴν οἰκίαν εὑρεῖν· παρὰ τὸν μνηστῆρα et invenisse vacuum ejus lectum et domum, arbi-
ἐπεληλυθεῖν ταύτην ᾤετο, καὶ πέμψας, εἰ πρὸς αὐτὸν ἡ trabatur eam abiisse ad sponsum: et ad eum
Εὐφροσύνη παραγέγονεν ἐπυνθάνετο. Ὡς δὲ καὶ mittens, rogavit, an ad ipsum venisset Euphrosy-
αὐτὸς ὁ μνηστὴρ οὐδὲν τῶν συμβεβηκότων μαθών, ne. Postquam autem ipse quoque sponsus, qui ni-
τῷ αἰφνιδίῳ τῆς ἀγγελίας ταραχῆς καὶ θορύβου hil acceperat eorum quæ acciderant, repentino
πλησθεὶς, πρὸς αὐτὸν παραγέγονεν· εὗρε τὸν Πα- nuntio perturbatus ad eum accessit, invenit Paph-
φνούτιον ὑπὸ τῶν πατρικῶν σπλάγχνων νενικημένον, nutium victum a paternis visceribus, barbam-
τίλλοντά τε τὸ γένειον, καὶ τοῖς ὄνυξι τὴν παρειὰν que vellentem, et genas lacerantem unguibus, et

miserabiliter dicentem : Quo profecta es, filia ? Cur me tuum parentem, lugentem et tristem reliquisti ? Non te ad hanc spem alebam,sed ut haberem baculum senectutis, et solatium imbecillitatis. Hei mihi, filia, quo modo feram tui orbitatem ? Quomodo patiar solitudinem, cum in te sola spem defixissem ? Non est mihi amplius ullus filius, ut ad eum aspiciam, et quem propter te capio, doloris ex eo inveniam solatium.Nihilominus dolebat, quam pater, sponsus,et contendebat cum illius lamentationibus,præter spem tali bono frustratus. Consulebat tamen, ut viriliorem susciperent cogitationem, et missis lamentationibus,surgerent ad eam quærendam. Mittunt ergo quam primum in omnem partem, qui illam scrutarentur : et proficiscuntur equites in Libyam,et Ægyptum, et ipsam Palæstinam. Portæ præoccupantur civitatum, occupantur portus, viæ, trivia, et si quid erat, quod latebat, et poterat celare.Sed Dei agna, quæ ab ipso celabatur, non poterat capi ab iis qui eam cupiebant capere. Quomodo enim, cum ille nollet ?

X Omni ergo ex parte dubius erat et perplexus Paphnutius, non habens, qui eum consolaretur : nam et domus lamentationibus plena erat et fletibus,et quidquid ei occurrebat spectandum,ducebat ad majorem mali reminiscentiam. Sive enim vestis ejus, seu ornamentum aliquod, aut aliquid aliud forte videretur præsens, id erat occasio fletuum, et illud imponens oculis, et cum maximo versans desiderio, humectabat lacrymis. Mœrore ergo omni ex parte appetitus.et non valens medicamentum invenire ad solatium, statuit rursus venire ad magnum illum senem, per quem dignus erat habitus vocari ejus pater,et narrare quod evenerat.Sic enim statuebat, quod qui eam,quæ non erat,potuerat suis præbere precibus,is eam latentem poterit reddere manifestam. Venit itaque ad eum, et ad illius pedes procidens : Hei mihi, o Pater, clamavit : perdidi fructum tuarum orationum, et sum orbus liberis, qui per te pulchram habebam prolem. Invidia alicujus dæmonis periit Euphrosyne domus meæ lætitia:periit præter spem, nullo sciente ex domesticis, ubi sit, vel quonam sit profecta. Te ergo mihi paululum concede, et eos,qui sunt tecum; et huic rei vacans aliquantulum, pete ab eo, qui a piis colitur, ut mihi significet, ubinam sit lux meorum oculorum. Flexus itaque senex,et animo perturbatus,cum Paphnutii lacrymis esset illacrymatus, accersit omnem fraternitatem,et eorum,quæ Paphnutio acciderant, proponit narrationem : jubetque ut totam hebdomadam se jejunio dedant, et orationi, si forte alicui apparuerit,ubinam terrarum lateat Euphrosine.

XI.Hoc tamen facto, ad nihilum redibant eorum preces.Resistebant enim Euphrosynæ orationes,petentis ut ignoraretur. Statuebat namque Deus sinere illum potius parum lugere, quam ipsum

καταξαίνοντα · καὶ, Ποῦ πεπόρευσαι, τέκνον ; ἐλεεινῶς ἐπιλέγοντα · τί με τὸν σὸν πεσθεῖν καὶ σκυθρωπάζειν γεννήτορα καταλέλοιπας ; οὐκ ἐπὶ τοιαύταις ἐλπίσιν ἀνέτρεφον, ἀλλ' ὥστε βακτηρίαν τοῦ γήρως ἔχειν, καὶ τῆς ἀσθενείας παράκλησιν. Οἵ μοι ! τέκνον ἐμὸν, πῶς τὴν σὴν οἴσω στέρησιν ; πῶς ἐνέγκω τὴν μόνωσιν ; ἐπὶ σοὶ μόνῃ τὰς ἐλπίδας σαλεύων · οὐκ ἔστι μοι τέκνον ἕτερον ὡς ἐπ' αὐτῷ βλέψαι, καὶ τῆς ἐπὶ σοὶ λύπης ἀναψυχὴν ἐφευρεῖν. Ὁ μνηστὴρ δὲ καὶ αὐτὸς οὐδὲν ἧττον τοῦ πατρὸς ἤλγει, καὶ πρὸς τοὺς ἐκείνου θρήνους ἀμιλλώμενος ἦν, τοιούτου παρελπίδα ψευσθεὶς ἀγαθοῦ. Συνεβούλευε δὲ ὅμως ἀνδρικώτερον τι φρονῆσαι, καὶ τῶν θρήνων ἀφεμένους ἐπὶ τὴν ἐκείνης διαναστῆναι ζήτησιν. Πέμπουσι οὖν τὸ τάχος ἁπανταχῇ τοὺς ταύτην ἀνερευνήσοντας, καὶ ἱππεῖς στέλλονται κατά τε Λιβύην καὶ Αἴγυπτον καὶ Παλαιστίνην αὐτήν · προκαταλαμβάνονται λιμένες, πύλαι πόλεων · προκαταλαμβάνονται ὁδοὶ, ἄμφοδοι, μοναστήρια, καὶ εἴ τι λανθάνον ἦν, καὶ κρύπτειν δυνάμενον. Ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ ἀμνὰς ὑπ' αὐτῷ κρυπτομένη τοῖς λαβεῖν ζητοῦσαν ἄληπτος ἦν · πῶς γὰρ, ἐκείνου μὴ βουλομένου ;

ΙΑ'. Πάντοθεν οὖν ἀπορούμενος ὁ Παφνούτιος, καὶ μὴ ἔχων τὸν παραμυθησόμενον · ἥ τε γὰρ οἰκία θρήνων καὶ ὀδυρμῶν πεπλήρωτο, καὶ πᾶν τὸ προσπίπτον εἰς θέαν πρὸς πλείονα τοῦ πάθους ἀνάμνησιν ἦγεν. Εἴτε τὰ ἱμάτια ἐκείνης, εἴτε τι κόσμιον, ἢ ἕτερον τι κατὰ τύχην ὡράθη παρὸν, ἀφορμὴ τοῦτο ἦν ὀδυρμῶν · καὶ ὄμμασιν ἐκεῖνα περιτιθεὶς, καὶ ποθεινότατα περιστρέφων κατάβροχον ἐποίει τοῖς δάκρυσι. Πανταχόθεν οὖν τῇ λύπῃ βαλλόμενος ἀνεψυχὴν εὑρεῖν μὴ δυνάμενος, πρὸς τὸν μέγαν αὖθις ἐλθεῖν ἐβουλεύσατο γέροντα, δι' οὗ πατὴρ κληθῆναι ταύτης ἠξίωται, καὶ τὸ γεγονὸς διηγήσασθαι. Ἔκρινε γὰρ οὕτως· ὅτι περ ὁ μὴ οὖσαν αὐτὴν δυνατὸς γενόμενος διὰ τῶν αὐτοῦ εὐχῶν παρασχεῖν, οὗτος δὴ καὶ λανθάνουσαν ἱκανὸς ἔσεται φανερὰν αὐτὴν ἡμῖν καταστῆσαι. Ἔρχεται γοῦν πρὸς αὐτὸν, καὶ τοῖς ἐκείνου ποσὶ προσπεσὼν, Οἵ μοι, Πάτερ, ἐδόησε, τὸν καρπὸν τῶν σῶν εὐχῶν ἀπολώλεκα, καὶ ἅπαις ὁ διὰ σοῦ καλλίπαις βασκανίᾳ τινὸς γεγένημαι δαίμονος. Οἴχεται τῆς ἐμῆς οἰκίας ἡ Εὐφροσύνη, οἴχεται παρ' ἐλπίδα, μηδενὸς τῶν οἴκοι γινώσκοντος πῶ καὶ παρὰ τίνα πεπόρευται · χάρισόν μοι οὖν σε καὶ τοὺς μετὰ σοῦ, καὶ μικρόν τι σχολάσας τὸν παρ' ὑμῶν θεραπευόμενον αἴτησαι, γνωρίσαι μοι, ποῦ ἂν εἴη τὸ φέγγος τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν. Καμφθεὶς οὖν ὁ γέρων καὶ συγχύσεως πλησθεὶς τὴν ψυχὴν τοῖς τοῦ Παφνουτίου τε δάκρυσι ἐπιδακρύσας αὐτὸς, μετακαλεῖται πᾶσαν τὴν ἀδελφότητα, καὶ τὰ τοῦ Παφνουτίου προτίθησιν εἰς διήγησιν, ὅλην τε ἑβδομάδα νηστείᾳ καὶ προσευχῇ ἑαυτοὺς δοῦναι προστάττει, ὅπως ὀφθείη τινὶ, ποῦ γῆς ἡ Εὐφροσύνη κρύπτοιτο.

ΙΒ'. Ὡς δὲ τούτου πραχθέντος εἰς οὐδὲν ἐχώρει τὰ τῆς εὐχῆς · ἀντέπραττε γὰρ ἡ ἐκείνης αἰτουμένης ἀγνοηθῆναι · ἔκρινε δὲ καὶ Θεὸς ἐπὶ μικρὸν ἐκεῖνον ἐᾶσαι πενθεῖν, ἢ αὐτὸν ἁπαλάττων λύπης λυπῆσαι

μᾶλλον ψυχὴν, ἢ καὶ φύσεως αὐτῆς καὶ στοργῆς πατρικῆς διὰ τὸν πρὸς αὐτὸν ἡλόγησε πόθον· ἄλλως τε δὲ καὶ τοῦ μὴ περικοπὴν δοῦναι τῇ ἀρετῇ καὶ ἐμπόδιον, ἧς τῶν πάντων οὐδέν ἐστι τιμιώτερον. Ἐπεὶ ταῦτα οὕτως συνέβαινε, φησὶν ὁ γέρων τῷ Παφνουτίῳ· Μὴ ἀθύμει, τέκνον Παφνούτιε, μηδὲ ὡς τις τῶν ἀπίστων καὶ πάντα τῷ τῇδε βίῳ στοιχούντων, μηδὲν δὲ πλέον φρονεῖν δυναμένων, ἀγενναῖς ὀθύροις τὴν τῆς σῆς παιδὸς ἀναχώρησιν πίστευε δέ μοι τῷ γέροντι θεοφιλεῖ σκοπῷ ταύτην προβῆναι, ἐπεὶ οὐκ ἂν ἀπέκρυψε Κύριος τὸ γεγονὸς ἀφ' ἡμῶν· εὐχαρίστει οὖν αὐτῷ καὶ προσκύνει τὴν κατὰ τὸ αὐτὸ ἀρέσκουσαν οἰκονομίαν, καὶ ὄψει μὲν αὐτὴν μικρὸν ὅσον καὶ κατὰ τόνδε τὸν βίον, εἴπερ τοῦτο ἀμφοτέροις λυσιτελεῖ· εἰ δὲ οὔ, μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν αἱ θεῖαι σκηναὶ πάντως ἀμφοτέρους εἰσδέξονται· τοῦτο γάρ μοι δίδωσι μὲν νοεῖν τὸ σόν τε καὶ ἐκείνης φιλευσεβὲς καὶ φιλόθεον. Οὕτως ὁ Παφνούτιος τῆς ἀθυμίας ἐνδοὺς ἐπάνεισιν οἴκαδε, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν εὖ διαθέμενος, αὖθις καταλαμβάνει τὸ μοναστήριον.

ΙΒ'. Ὡς δὲ συνεχῶς οὕτω τῇ μονῇ προσεφοίτα, τοὺς σπουδαιοτέρους τῶν μοναχῶν ἐκζητῶν, ἅτε τῆς αὐτῶν ὁμιλίας ἀπολαύειν φιλῶν (ὅρα τοὺς ἀρρήτους τῆς προνοίας λόγους) ἀκούει παρὰ τῶν τῆς μονῆς ὡς εἴη τις τῶν ἀδελφῶν παρ' αὐτοῖς, οὐ πολὺν μὲν τὸν χρόνον ἀσκῶν, εἰς ἄκρον δὲ δι' ὀλίγου τῆς ἀρετῆς ἐφθακώς, Σμάραγδος αὐτῷ τοὔνομα, ἐξ οἰκίας μὲν ἐπιφανοῦς γεγονώς, πλούτῳ τε καὶ χρήμασι περιττῶς ἐχούσης· τούτων δὲ πάντων ὑπερτιθέμενος τὸν τῶν μοναχῶν εἵλετο βίον, καὶ τοσοῦτον ἔσχεν εἰς ἀρετήν, ὡς μικροῦ πᾶσιν εἶναι τοῖς κατ' αὐτὸν ἀπαράμιλλος. Ἔλκει τοῦτον ἡ ἀκοὴ, καὶ πρὸς ὄψιν ἐλθεῖν. Ἐντυγχάνει διὰ τοῦ Ἀγαπίου τῷ δηθέν ἀνδρὶ, καὶ περιβλήτῳ τὴν ἀρετήν. Ἡ δὲ τὴν τοῦ πατρὸς ὄψιν ἰδοῦσα, καὶ γνοῦσα μὲν, οὐ γνωσθεῖσα δὲ (ἠλλοίωτο γὰρ ὑπὸ τῆς ἄγαν σκληρότητος καὶ τῆς ἀσιτίας, καὶ ἀσαφεῖς εἶχε τοὺς χαρακτῆρας τῆς ὄψεως), νικᾶται τῇ φύσει, καὶ ἡσυχῇ δακρύων χέει πηγάς. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς ἐκ κατανύξεως ἐδόκει συμβῆναι, μηδὲν ἔχων ὑπονοεῖν ὡς αὐτὸς εἴη τῶν δακρύων ἡ ἀφορμὴ, τῇ θέᾳ ταύτην πλήξας τῇ πατρικῇ. Εἶτα παυσαμένη τῶν ὀδυρμῶν οὐδὲν μὲν τῶν εἰς γνῶσιν ὁμολογεῖ, νικήσειν ὥσπερ φιλονεικοῦσα τὴν ἤδη ταύτην νικήσασαν φύσιν, καὶ πρὸς δάκρυα κατενεχθῆναι παρασκευάσασαν· τοσαύτης δὲ τῆς ὠφελείας αὐτὸν ἐμπίπλησιν ἀπό τε τῆς τῶν ἠθῶν εὐκοσμίας, ἀπό τε τῆς τῶν λόγων διδασκαλίας, ὡς πλήρη θαύματος γεγονότα, ἀφικέσθαι τε πρὸς τὸν γέροντα, καὶ μεγάλας αὐτῷ φάναι τὰς χάριτας ὁμολογεῖν, τοιούτου θέας ἀνδρὸς καὶ ὁμιλίας ἠξιωμένος.

ΙΓ'. Ὀκτὼ τοίνυν ἔτεσι πρὸς τριάκοντα τὸν τοιοῦτον βίον ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἡ Εὐφροσύνη διενεγκοῦσα, καὶ μηδενὶ, ὅστις ἦν, γνώριμος γενομένη, ἡνίκα τῶν παρόντων ἔδει ταύτην ἀποδημεῖν, θείᾳ τινὶ πάντως προνοίᾳ ἐνδημήσαντα τότε τῇ μονῇ τὸν πατέρα μεταστέλλεται, κατά τι χρεὼδες ἡ μακαρία, καὶ τρεῖς ἡμέρας παρὰ τῇ μονῇ μένειν

A liberans a dolore, dolore magis afficere animam, quæ et naturæ et paternæ benevolentiæ propter ipsum nullam duxit rationem, et alloqui, ne retardaret et impediret virtutem, qua nihil est præstantius. Cum hæc ita contigissent, dicit senex Paphnutio : Ne sis tristis, o fili Paphnuti, neque ut quispiam ex infidelibus, et qui hac vita omnia metiuntur, nihil autem possunt amplius cogitare, pusillo et abjecto animo defleas recessum tuæ filiæ. Crede autem mihi seni, hanc pio et religioso scopo esse progressam : alias nempe nos non celasset, quod factum est, Dominus Age ergo ipsi gratias, et venerare dispensationem, quæ fit, ut ei videtur : et videbis quidem ipsam paulo post etiam in hac vita, si hoc conducit utrisque : sin minus, postquam quidem certe ex hac vita excesseritis, divina tabernacula ambos omnino excipient. Hoc enim mihi dat
B cogitandum tanta illius pietas et amor in Deum. Sic Paphnutius cum multum remisisset de sua animi ægritudine, domum redit, et rebus suis bene ordinatis, revertitur in monasterium.

XII. Cum autem sic assidue ventitaret in monasterium, virtutis studiosiores requirens monachos, ut qui lubenter eorum frueretur consuetudine (vide ineffabiles rationes providentiæ !), audit ex fratribus monasterii, quod sit apud eos quidam frater, qui non longo quidem tempore se exercuit, ad summam autem brevi pervenit virtutem : eique nomen Smaragdus, illustri quidem loco natus, et qui divitiis abundabat, et pecuniis : his vero omnibus contemptis, vitam elegit monasticam, tantumque profecit in virtute, ut nemo fere sit ex omnibus aliis, qui possit cum eo contendere. Eum trahit auditio, ut veniat in ejus conspectum. Per
C Agapium itaque convenit illum virum virtute suspiciendum Illa autem cum patris faciem aspexisset, et cognovisset quidem, non esset autem cognita (mutata enim erat propter nimiam asperitatem et inediam, et habebat non aperta vultus lineamenta), vincitur a natura, et sensim fontes emittit lacrymarum. Pater autem ejus existimabat hoc evenire ex compunctione, non valens conjicere se esse lacrymarum occasionem, ut qui eam paterno sauciasset spectaculo. Deinde cum cessasset flere, nihil quidem fatetur eorum, quæ pertinebant ad cognitionem, veluti contendens vincere naturam, quæ jam eam vicerat, et effecerat ut ei orirentur lacrymæ. Tanta autem eum implet utiD litate, et ex morum moderatione, et ex doctrina sermonum, ut plenus admiratione accesserit ad senem, et dixerit se multum ei debere, quod dignus sit habitus, qui talem virum videret et conveniret.

XIII. Cum triginta itaque et octo annos talem vitam Euphrosyne egisset in monasterio, et quænam esset, nulli fuisset omnino cognita, quando oportebat eam ex hac vita excedere, patrem, qui omnino divina quadam providentia tunc erat in monasterio, propter usum aliquem, accersit illa beata, et rogat, ut tres dies maneat in monasterio, dicens non

inutilem eam moram sibi fore. Sed cui summæ erat curæ de charissima aliquid scire filia, pater lubens obediit. Cum autem jam adesset tertius et ultimus, eum prope se advocat, et dicit : Quoniam Deus res meas, ut voluit, administravit, et ut in proposito ab initio suscepto usque ad finem permanerem, mihi vires tribuit, volo te hodie liberare multis sollicitudinibus, et de filia tua, quod scio, dicere : quam sat scio te sitire, et ejus ardere desiderio. Scias ergo, inquit, o pater, me esse tuam filiam (vultum ostendens quam fieri potuit evidentissime) : ut laterem autem, me in hunc transmutasse habitum, ex quo mihi omnino Dei benignitate evenit, ut licet te viderim per totam vitam, nullum tamen a te mihi allatum sit impedimentum in suscipiendo certamine exercitationis : et tu nunc adsis, ut tuis manibus sepulturæ meæ mandentur reliquiæ. Sic dixit, et Domino statim tradidit animam.

XIV. Ille autem re inopinata stupefactus, non respirans, humi cecidit, tanquam mortuus, adeo ut aqua faciem ejus asperserit Agapius, et cum eum ad se revocasset, rogaret qui factum sit, quod ei defecerit animus. Ille autem dixit se vidisse res adeo admirabiles, ut cuperet etiam mox vitam cum morte commutare. Deinde cum surrexisset, et circumfusus sanctis illis esset reliquiis, et eas irrigaret lacrymis, et commistos gaudio fletus emitteret, et clamaret : Hei mihi, filia dulcissima, cur non te mihi diu ante aperuisti ? Cur non me una tecum assumpsisti socium in opere tui propositi ? Heu me miserum, quid mihi accidit ! Quomodo fuit tanta mea ignorantia ? Quomodo nesciebam me in manibus habere, quod quærebatur ? Quid agam ? Festumne celebrabo, hanc videns quæ processit ex meis lumbis, an lugebo victus paternis visceribus ? Sed non est honestum eos lugere, qui postquam hinc excesserint, vadunt ad vitam meliorem, etiamsi natura domesticos amplectens, me cogat hoc facere. Verumenimvero lugentem me excipit gaudium, fontes reprimens lacrymarum, et persuadet ut postulem quam primum hinc excedere. Scio enim fore ut eam videam, et ab ea videar, hoc concedente Dei benignitate, et simul vivam in sæcula cum ea, quæ a me quidem est genita, ei autem vixit, et beatam illi tradidit animam.

XV. His verbis cum totum actum intellexisset Agapius, id annuntiat cum clamore et admiratione præfecto et fratribus. Illi autem contendebant alius alium prævenire, obstupefacti nova et aliena auditione, et studebat unusquisque primus venerandas amplecti reliquias. Cum autem accessisset quidam ex fratribus altero oculo orbatus, ipse quoque amplexurus, lucem est assecutus ab ea, quæ divina luce digna erat habita, et duos habuit illæsos oculos, certum effectus testimonium illius fidei et beatitudinis, quam illa fuerat assecuta. Non amplius ergo sepulturæ meminerant, qui aderant : sed

A ἀξιοῖ, οὐκ ἀκερδῆ αὐτῷ ἔσεσθαι τὴν προσεδρείαν ταύτην εἰποῦσα · ἀλλ' ὁ διὰ πάσης ἔχων φροντίδος τὸ περὶ τῆς φιλτάτης μαθεῖν, ὑπήκουσεν ἄσμενος ὁ πατήρ. Ὡς δὲ ἡ τρίτη καὶ τελευταία παρῆν προσκαλεῖται τούτου πλησίον αὐτῆς, καί φησιν· Ἐπείπερ τὰ κατ' ἐμὲ ὁ Θεὸς ὥσπερ καὶ ἠθέλησε ᾠκονόμησε, καί με τῇ ἐξ ἀρχῆς προθέσει μεῖναι καὶ μέχρι τέλους ἐνίσχυσε, βούλομαί σε πολλῶν φροντίδων ἀπαλλάξαι τὴν σήμερον, καὶ περὶ τῆς σῆς εἰπεῖν θυγατρὸς, ἣν οἶδα κατὰ τὰς ἐλάφους διψᾷς, καὶ τῷ πόθῳ ταύτης ἐκκέκαυσαι. Ἴστι τοιγαροῦν, ὦ πάτερ, ἔφη, τὸ σὸν τέκνον ὑπάρχειν ἐμὲ, δείξασασα καὶ τὴν ὄψιν αὐτῷ, καθ' ὅσον οἷόν τε φανερώτερον. Τοῦ δὲ λαθεῖν ἕνεκα εἰς τόδε τὸ σχῆμα μεταβαλεῖν ἐμαυτὴν, ἐξ οὗ μοι προσγέγονε Θεοῦ πάντως οὕτω συνευδοκοῦντος, τὸ B καὶ σὲ διὰ βίου παντὸς ὁρᾷν, καὶ παρὰ σοῦ μηδὲν πρὸς τὸν τῆς ἀσκήσεως ἀγῶνα, παρεμποδίζεσθαι · καὶ νῦν παρεῖναί σε ὡς ἂν καὶ χερσὶ ταῖς σαῖς τὸ ἐμὸν τάφῳ παραδοθῇς λείψανον. Οὕτως εἶπε, καὶ τῷ Κυρίῳ εὐθὺς παρεθετο τὴν ψυχήν.

ΙΔ'. Ὁ δὲ τῷ ἀπροσδοκήτῳ τοῦ πράγματος ἐκπλαγεὶς ἄπνους ὡσεὶ νεκρὸς κατέπεσεν ἐπὶ γῆν, ὡς ὕδατι τὸν Ἀγάπιον τὸ τούτου περιῤῥαντίσαι πρόσωπον, καὶ ἀνακτησάμενον ἐρωτᾷν, τί παθόντα λειποθυμίᾳ περιπεσεῖν · τὸν δὲ φάναι τοιούτων εἰς θέαν παραδόξων ἐλθεῖν, ὡς ἐφίεσθαι καὶ τὸ ζῆν εἰς τάχος ἀποβαλεῖν. Εἶτα διαναστάντα καὶ τῷ ἁγίῳ ἐκείνῳ λειψάνῳ περιχυθέντα δάκρυσί τε αὐτὸ καταβρέχειν, καὶ ὀδυρμοὺς ἀφιέναι ἡδονῇ συμμιγεῖς. Καὶ οἵ μοι ! τέκνον, βοᾷν, γλυκύτατον, διὰ τί σαυτὴν μοι μὴ πρὸ C πολλοῦ ἀπελέλυψας ; διὰ τί μὴ συνεργάτην με τῆς σῆς προθέσεως συμπαρείληφας ; οἵ μοι τί πέπονθα ; πῶς ἀγνόημα τηλικοῦτον ἠγνόησα ; πῶς οὐκ ᾔδειν ἔχων ἐν χερσὶ τὸ ζητούμενον ; τί πάθω ; ἑορτάσω ταύτην τὴν ἐξ ὀσφύος μου τοιαύτην ὁρῶν ; ἢ θρηνήσω σπλάγχνοις νικώμενος πατρικοῖς ; ἀλλὰ θρηνεῖν οὐ καλὸν τοὺς μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν πρὸς κρείττονα πορευομένους διαγωγὴν, κἂν ἡ φύσις τῶν οἰκείων ἀντεχομένη τοῦτό με καταναγκάζῃ ποιεῖν· πλὴν ἀλλὰ θρηνοῦντα με χαρὰ διαδέχεται τοὺς τῶν δακρύων κρουνοὺς ἀναστέλλουσα, καὶ τὴν ἐνθένδε μετάστασιν πείθει τὸ τάχος ἐπιζητεῖν. Οἶδα γὰρ ὡς ὄψομαί τε αὐτὴν καὶ ὀφθήσομαι Θεοῦ φιλανθρωπίας τοῦτο διδούσης, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα συζήσομαι τῇ ἐξ ἐμοῦ μὲν γεννηθείσῃ, αὐτῷ δὲ ζησάσῃ, καὶ τὴν μακαρίαν παραθεμένῃ ψυχήν.

D

ΙΕ'. Τούτοις τοῖς ῥήμασι τὸ πᾶν τοῦ δράματος συνεὶς ὁ Ἀγάπιος, σὺν βοῇ καὶ θαύματι διαγγέλλει τῷ ἡγουμένῳ τε καὶ τοῖς ἀδελφοῖς. Οἱ δὲ ἄλλος ἄλλον φθάνειν ἠπείγοντο τὸ καινὸν καὶ ξένον τῆς ἀκοῆς ἐκπληττόμενοι, καὶ πρῶτος ἕκαστος τὸ τιμιώτατον ἔσπευδε περιπτύξασθαι λείψανον. Ὡς δέ τις τῶν ἀδελφῶν τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν πηρωθεὶς προσῆλθε, καὶ αὐτὸς ἀσπασόμενος, φωτὸς ἔτυχε παρὰ τῆς φωτὸς τοῦ θείου ἠξιωμένης, καὶ τοὺς δύο εἶχεν ἀπαθεῖς ὀφθαλμοὺς, μαρτύριον γενόμενος ἀκριβὲς τῆς αὐτοῦ πίστεως, καὶ ἧς ἐκείνη κατηξιώθη μακαριότητος. Οὐκέτι οὖν ταφῆς οἱ παρόντες ἐμέ-

μνηντο, ἀλλὰ ταύτης ἐπιλαθόμενοι, δοξολογίᾳ, καὶ θυμάτι μετὰ χαρᾶς ἐμερίζοντο. Ὀψὲ δὲ καὶ μόλις αὐτὸν εἶναι τὸν θησαυρὸν, καὶ μετὰ τὴν ταφὴν, λογισάμενοι, τοῖς τῶν πατέρων μνήμασι ταύτην ἐγκατατίθενται, φωτὶ θείῳ τὸ πρόσωπον περιλαμπομένην. Ὁ μέντοι ταύτης πατὴρ οὐδὲ ἀποστῆναι μετὰ ταῦτα τῆς μονῆς ὅλως ἔκρινε· τοσοῦτον δὲ μόνον ἐχωρήσας, ὅσον διανεῖμαι τὰ ὄντα πένησί τε καὶ ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς ἄλλως εὐσεβῶς ζῶσι, καὶ τῶν ἐπιτηδείων μὴ ἱκανῶς ἔχουσι, τινὰ δὲ καὶ τῷ κοινοβίῳ καθιερῶσαι, τὸ ἐξῆς ἑαυτὸν φέρον συντάττει τοῖς ἀδελφοῖς, κἀκεῖνος τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τοῦ βίου διατελεῖ ἐπὶ τῆς ψιάθου τε καὶ τῆς κέλλης τῆς Εὐφροσύνης κατακλινόμενος, καὶ μέγα τοῦτο εἰς εὐφροσύνην τιθέμενος.

ΙΣ'. Ἔτη οὖν δέκα καὶ αὐτὸς τῷ κοινοβίῳ τούτῳ διαγαγών, καὶ πολιτείαν ἀκριβείας πλήρη διηνυκὼς, μετέστη πρὸς Κύριον, τὸ τούτου σῶμα ἐχόμενα τοῦ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ τιμίου σώματος ἐπισκήψας κατατεθῆναι· ἱκανὸν τοῦτο καὶ μετὰ θάνατον λογισάμενος παραμύθιον κωφῇ κόνει χαρίζεσθαι σώματος ἐγγύτητα ποθουμένου, εἰς μνήμην διηνεκῆ καὶ δόξαν τοῦ ταῦτα οὕτως οἰκονομηκότος Θεοῦ· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A ejus obliti, glorificatione et admiratione divisi erant cum lætitia. Cum autem vix tandem reputasset, etiam post sepulturam eumdem esset thesaurum, illam deponunt in monumentis patrum, luce divina in face illustratam. Ejus autem pater ne cogitavit quidem discedere a monasterio. Cum autem solum tantum recessisset, quantum satis esset ad suas facultates dividendas pauperibus et ecclesiis, et iis qui alioqui pie vivunt, et non habent ea quæ sunt necessaria ; uti tamen aliqua consecraret cœnobio, se deinceps refert in numerum fratrum, et illic reliquum vitæ tempus transigit, in storea et cella Euphrosynes recumbens, et id esse magnum ducens ad lætitiam.

B XVI. Cum ergo ipse quoque decem annos transegisset in monasterio, et vitam peregisset accuratam et perfectam, migravit ad Dominum, cum jussisset suum corpus deponi prope filiam, hoc etiam post mortem ducens esse satis solatii, surdo pulveri corporis largiri propinquitatem ejus, quod desiderat, ad perpetuam memoriam et gloriam Dei, qui hæc sic dispensavit. Quem decet omnis gloria, honor et adoratio, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

VITA

BEATÆ APOLLINARIS VIRGINIS.

(Anno 400.)

[Apud Surium ad diem 5 Januarii, tom. I, pag. 41. Textum Græcum non invenimus.]

I. Imperante in primis pio imperatore Anthemio (2),imperatoris filio, qui habuit duas filias : ex quibus una habebat spiritum immundum, altera autem ab ineunte ætate vacabat ecclesiis,martyriis et orationibus. Erat vero ejus nomen Apollinaris. Cum ea autem esset ætatis legitimæ, querebant ejus parentes eam marito conjungere, ea vero nolebat. Dicit vero quodem die suis parentibus: Cupio ire monasterium. Ei autem dicunt parentes : Volumus te marito conjungere.Ea vero dicit eis : Nolo conjungi marito, sed spero fore ut quomodo Deus sanctas suas virgines custodiit impollutas, me quoque in suo timore custodiat impollutam. Novum autem et admirabile videbatur parentibus quod cum esset id ætatis, talia diceret, Deum desiderans. Rursus eos rogabat, ut unam adducerent monacham, ut eam doceret psalterium et legere.

C lestia, quod eam vellet jungere matrimonio. Cum ea autem persisteret et arrhas nollet accipere, ei dicunt ejus parentes : Quid vis, filia ? Ea vero dicit eis: Rogo vos, ut me ad Deum adducatis, ut meæ virginitatis mercedem accipiatis.Illi autem cum vidissent ejus mentem esse adeo firmam et immobilem, et a Deo adeo fuisse amatam, dicunt ei : Speramus, filia, fore ut fiat Dei voluntas. Paucis vero post diebus adduxerunt ad eam monachas, quæ eam docuerunt Psalterium et legere Scripturas.

III.Quodam autem die cum uterque considerent, ea dicit parentibus: Rogo vos ut me dimitatis in loca sancta,ut orem et adorem sanctam resurrectionem et crucem venerabilem. Illi vero non habebant propositum dimittendi eam, quoniam eam magis amabant, quam sororem ejus, quæ vexabatur. Cum autem interjecto aliquo spation temporis ea eis esset molesta, jussit imperator, ut

II. Imperator autem non parva affectus est mo-

D

(2) Fuit hic Anthemius Anthemii imp, avus, Theodosii junioris in pueritia moderator.

ad eam deferrentur pueri et ancillæ, et aurum et argentum, et ei dicunt : Accipe, filia, et recede : imple votum tuum. Deus enim vult te suam esse servam: eaque in navem imposita, his pueris consequentibus, dixerunt ei: Filia, memento nostri in sanctis locis. Ea vero dicit: Quomodo mihi satisfecistis, vos quoque in die malo liberabit Dominus, et parentibus valere jussis, cœpit navigare.

IV. Cum autem paucis diebus pervenissent Ascalonem, paucos dies illic manserunt propter maris jactationem. Ipsa vero orans in omnibus ecclesiis et monasteriis, eis quoque exhibebat, quæ erant necessaria. Aliquot autem post diebus, cum invenissemus comites, venimus in sanctam civitatem. Cumque in quemdam locum diverteremus propter nostras sarcinas, puerosque et ancillas, qui una erant, paululum requievimus. Eis autem dixit beata Apollinaris: Agite, adoremus beatam resurrectionem et venerandam crucem. Porro autem eis orantibus, ea orabat pro suis parentibus. Cœpitque benefacere iis, qui opus habebant. Ibant vero assidue ad monasteria virginum perennium, et ad eos, qui vitam agebant monasticam, et suppeditabat eis, quæ erant necessaria.

V. Quodam autem die dicit uni ex iis qui cum ea versabantur: Volo vos, si Deus velt, liberare. Hoc autem audito, affecti sunt molestia. Illa itaque dixit eis : Ne sitis animo anxii. Si Deus enim quid compunxit meam humilitatem, præbebo ad vos alendos. Cumque ii accipissent ejus benedictionem, ei ingentes gratias agebant. Cum vero recessissent, abiit cum iis, qui ei remanserant, ad Jordanem: et illic rursus præbuit iis, qui opus habebant. Cumque illinc profecti essent, rursus veniunt in sanctam civitatem.

VI. Elapsis autem aliquot diebus, cum suam complesset orationem, dicit eis qui una cum ea erant: Fratres mei, volo vos quoque liberare. Sed nunc eamus ad Alexandriam usque et sanctum Menam adoremus. Illi vero dixerunt: Ut jubes, domina. Cum descendisset autem Ascalonem, distribuit in via iis, qui opus habebant: inventoque navigio, quod ibat Alexandriam, eo navigarunt. Audivit autem is, qui erat præses eo tempore, et misit ad eam adorandam. Ea vero non passa est, sed noctu venit in prætorium, et adoravit præsidem et ejus uxorem. Illi vero ad pedes ejus procidunt, dicentes: Quæsumus, domina, cur sic fecisti? Nos misimus qui venirent ad tuos pedes, et tu, domina nostra, venisti ad nostros pedes ? Ea vero dicit eis : Vultis mihi rem gratam facere? Dicunt ei: Certe, domina. Ea vero dicit eis: Dimittite me, quoniam volo ire oratum ad sanctum Menam. Illi autem cum præclaris donis eam dimiserunt. Ea vero accipiens, omnia distribuit pauperibus.

VII. Cum autem in civitate mansisset paucos dies, ibat ubique in monasteria, et assidue eis suppeditabat. In eo autem loco, in quo habebat domum, invenit unam vetulam, cui præbuit modicam benedictionem, et dixit ei : Accipe, soror, et abi in ecclesiam, et eme mihi unum lebetonarium monasticum, et similiter humerale, et cucullam, et accipe etiam cingulum. Abiens vero vetula ei hac in re inservit. Cum ea autem attulisset, ei precata est dicens : Deus tu adjuvet, Mamma. Cumque accepisset, occultavit propter pueros. Quando autem voluit egredi ad sanctum Menam, iis omnibus manumissis, dedit eis id quod erat ad victum necessarium, et eos dimisit. Illi vero ei bene precati recesserunt.

VIII. Cum autem secum accepisset eunuchum unum, et unum senem, navi venit in Lemnam. Cumque pervenissent ad ædes Philoxeni, didicit is qui erat illic Paramonarius; venitque cum magno apparatu, dicitque ei procidens : Domina mea, ubi jubes me manere donec ascenderis, et tuam feceris orationem ? Ipsa vero eum rogavit cum sacramento, ut nihil ad se afferretur. Dicit autem ei: Fac officium charitatis. Affer ad me quatuor animalia, ut ascendens adorem sanctum Menam. Ille autem die sequenti adduxit animalia. Ea vero dixit; Crede Domino, eis non insidebo, nisi eorum mercedem dedero. Cum dedisset plusquam dari consuevisset, valedixit œconomo. Ipse autem recessit, accepta ab ea benedictione.

IX. Cum ea autem ascendisset, fecit ut agaso etiam alterum animal ascenderet. Cumque pervenissent ad sanctum Menam, (3) ejus venerabila monimentum adoravere. Audivit autem œconomus, et venit in clero ad eam adorandam. Illa vero ex eo affecta est molestia. Nolebat enim cognosci, œconomus autem eam rogabat, dicens : Domina, jube in domo mea. Ea vero dicit ei : Ego volo unum diem manere in ecclesia, donec me Deus dimiserit eo, quo um abitura, misitque ad eam sancti benedictionem. Distribuit autem iis, qui opus habebant. Post tres vero dies dicit œconomo : Fungere officio charitatis. Præbe mihi unam lecticam, ut abeam et adorem Patres Scetis. Is autem accersito uno lecticario, dixit ei : In nomine Dei affer ad me lecticam. Ille vero dixit : Jussisti. Beata autem adducit ad se puerum, qui ei remanserat, et benedictione ei data, eum quoque dimisit, dicens : Ora pro me.

X. Cum sequenti autem die venisset lecticarius, mansit donec fuit vespera. Cumque valedixisset œconomo et puero, ascendit in lecticulam, habens intus vestes monachicas, et fecit ut pone ascenderet eunuchus, ante autem lecticarius. Cœpitque beata orare, cum esset intus, et a Domino Deo petere auxilium. Circa mediam autem noctem pervenit ad paludem prope fontem, qui usque in hodiernum diem dicitur Fons Apollinaris. Cumque lecticæ pelles aperuisset, Dei providentia invenit ambos

(3) Nota antiquum morem venerandi sepulcra sanctorum.

dormientes. Cumque se vestibus exuisset mundanis induit se monasticis, dicens : Qui dedisti principium, ut hunc sanctum assequerer habitum, fac me dignam, ut eum ad finem perducam congruenter tuæ voluntati, Domine. Cumque se signasset, dejecit se e lectica, et ingressa est paludem. Deus autem cum vidisset ejus in ipsum charitatem, effecit ut quandiu vixit, ad nutrimentum ei palma suffecerit.

XI. Cum autem lecticarius et eunuchus excitati essent, et cognovissent eam non esse in lectica, valde sunt admirati. Invenerunt enim vestes, quas ferebat, in lectica ; redeuntesque venerunt ad sanctum, et œconomo de ea retulerunt, ejus quoque vestes ei ostendentes. Stupefactusque, in civitatem ingressus est cum lecticario et eunucho, et exposuerunt præsidi rem universam. Præses vero perterritus, scribit epistolam ad patrem ejus imperatorem, significans ei omnia consequenter, missis etiam ejus vestibus. Accepta autem ejus epistola et lecta, flevit amare. Cum vero vidisset etiam vestes filiæ, magis suis caligavit visceribus, et cœpit flere cum matre ejus, et toto senatu. Postea autem quieverunt, Deo agentes gratias. Dixit vero imperator : Deus qui eam elegisti, confirma eam in tuo timore. Cum omnes ergo rursus flevissent, quidam ex iis *dixerunt imperatori* : Revera, domine, ea est filia *pii imperatoris*, ea est filia tuæ potentiæ. Hinc magis apparuerunt tua bona opera. Cumque ea dixissent, et his plura, omnes pro ea orabant.

XII. Cum beata autem multos annos mansisset in palude, et strenue decertasset adversus diabolum, evasit ejus corpus tanquam pellis testudinis. Exesum enim fuerat a culicibus. Ipsa autem consumpta fuerat ab abstinentia, et a regula quam seipsam docuerat. Quando vero Dominus Christus voluit eam facere dignam corona sanctorum Patrum, fecit ut ea egrederetur e palude. Ignorabatur autem ab omnibus, eam esse feminam, sed putabatur eunuchus. Apparuit vero ei in somnis, qui dicebat. Si quis te interrogaverit, quomodo voceris, dic, Dorotheus. Cum esset autem mane, occurrit ei sanctus Macarius, et dicit ei : Benedic, Pater. Illi autem, data sibi invicem charitate, ambulabant in solitudine. Interrogavit vero Dorotheus, dicens : Pater, quis es ? Ille autem dixit : Ego sum Macarius. Is vero dixit : Fungere officio charitatis : sine me habitare cum fratribus. Præbuit autem ei quoque cellam protinus. Totum ergo diem et noctem intense offerebat Deo supplicationes. Cœpit autem eam tentare diabolus nocturnis visionibus. Beata vero illa vehementer adversus eum decertabat, ne declararet se esse mulierem. Se autem supra modum exercebat, neque ecclesiam relinquebat, nec regulam, noctu diuque Deum orans.

XIII. Quodam autem die abbas Macarius venit in ejus cellam, et dicit ei : Fungere officio charitatis, bone frater : emitte nobis preces. Illa vero dicit : Pater, ego a te volo benedici. Cumque fecissent preces, sederunt. Eam autem rogavit abbas Macarius, dicens : Dic, mihi, frater, undenam venis, et quod est tibi nomen ? Illa vero dixit : Vocor Dorotheus, et cum audiissem de sanctis, qui hic sunt, Patribus, volui una cum eis habitare, si sim dignus. Dicit autem ei rursus senex : Quodnam opus facis ? Ea vero dicit : Faciam, si quid me jubes. Is autem ostendit ei, ut faceret catenam. Deus vero volens ostendere ejus animi fortitudinem, non declaravit abbati Macario eam esse feminam, sed is tanquam virum eunuchum eam esse putabat. Multas autem curationes Deus per eam peregit.

XIV. Processu autem temporis dæmon, qui est bonis infestus, aggreditur ejus sororem, quæ vexabatur a dæmone : erat autem cum imperatoribus. Cœpitque eam dæmon lacerare, et dicere : Nisi me acceperitis, et tuleritis in solitudinem, ex ea non egrediar. Volebat vero dæmon ejus sororem convincere, quod esset femina. Deus vero obstruxit dæmonem, ne ea diceret. Puellam autem valde urgebat dæmon, ut iret in solitudinem. Quidam vero ex proceribus consulunt imperatori, ut eam mittat. Tunc imperator dimisit eam cum magno comitatu ad Patres in solitudinem. Cumque ii venissent in Scetim, novit sanctus Macarius, propter quamnam causam adsint in illo loco, eisque progressus obviam, excepit eos, et dixit : Quid huc acceditis, o filii ? Illi vero dixerunt : Noster imprimis pius imperator Anthemius misit filiam suam, ut per Deum curetur et preces vestras. Cum eam autem accepisset a cubiculario, deduxit eam ad abbatem Dorotheum, et dicit ei : Fungere officio charitatis : Quoniam est filia imperatoris, et opus habet patrum precibus et vestris. Ora pro ea, ut curetur. Hæc est enim merces tua.

XV. Hæc autem cum audiisset, cœpit flere, et dicere : Quisnam ego sum peccator, quod de me talem concepistis opinionem ? flexisque genibus dicebat : Concede mihi, Pater, ut mea peccata defleam : nam multa sunt. Ego enim sum imbecillus, planeque rudis et ignarus ad hanc rem. Dicit ei abbas Macarius : Annon sunt etiam alii Patres, qui per Deum signa faciunt ? Sed tamen hæc remansit merces. Illa vero dicit : Fiat Dei voluntas, et mota pœnitentia, eam accepit in cellam, et novit eam esse sororem, flensque conquievit. Eam autem amplexa, dixit : Bene venisti soror. Dei vero opere fuit os obstructum dæmoni, ne argueret ancillam Dei, quod esset femina. Cum autem dæmon eam diu affligeret, per preces eum domuit.

XVI. Quodam autem die dæmon cœpit eam affligere. Illa vero exsurgens, manus suas extendit in cœlum, et flens Deo supplicavit pro sua sorore. Tunc clamans dæmon, dixit magna voce : O, vi pulsus a te egredior. Eaque prostrata, est egressus. Cum eam autem accepisset, fert sanam in ecclesiam ad Patrum pedes, dicens : Ignoscite mihi, quod inter vos peccarim. Illi autem data pace, vocarunt homines imperatoris, et eis tradiderunt sanam imperatoris

filiam. Qui, adoratis omnibus Patribus, profecti sunt ad imperatorem. Fuitque magnum gaudium in civitate propter filiam imperatoris, Deumque glorificaverunt, videntes magnam puellæ modestiam. Beatus autem Dorotheus se magis humiliavit, supra modum exercens. Fuitque perfectus signifer.

XVII. Diabolus autem rursus subit filiam imperatoris, et facit ut prægnans appareat. Cœpitque imperator affici magno dolore, et eam interrogavit, dicens : Ex quo es prægnans ? Ea vero illic nihil aliud respondit, nisi hoc solum : Nescio undenam hoc mihi acciderit. Imperator vero eam magis examinabat. Tunc ei Satanas hanc suggerit cogitationem, quod monachus, qui eam circumducebat, ipse eam prægnantem reddiderit. Tunc magna ira repletus imperator, misit ad perdendum eum locum. Cum autem principes quam celerrime abiissent in Scetim, quærunt intelligere ea, quæ illic fiebant, dicentes : Date nobis monachum, qui prægnantem reddidit filiam imperatoris. Dei vero sanctus Dorotheus his verbis auditis, in medium processit, dicens : Ego sum. Afflicti sunt autem sancti Patres, et dixerunt : Nos quoque tecum ibimus. Ea vero dixit eis : Domini mei, solummodo orate pro me, speroque in Deo, et in vestris precibus, fore ut cito vos adorem, et abeuntes in ecclesiam, venerunt cum toto conventu fratrum, factisque precibus simul egressi sunt, deducentes abbatem Dorotheum. Sciebat enim abbas Macarius, in illo nil esse mali.

XVIII. Cumque ii pervenissent ad imperatorem, procidit ad ejus pedes abbas Dorotheus, dicens : Rogo tuam pietatem ut cum silentio audiat de tua filia. Eamus seorsum, et ego vobis narrabo omnia. Non est enim ei allatum vitium, nec habet quidquam mali, absit ! Postquam autem iverunt seorsum ipsa et parentes ejus, dixit eis : Per Dominum promittite mihi, quod si cognoveritis veritatem, dimittetis me in locum meum. Quod cum ei promisissent imperator et ejus uxor, dixit eis : Qui post Deum sanam fecit filiam vestram, est mea humilitas per Patrum preces. Illi vero his auditis obstupefacti, mansere muti, et attoniti. Eis autem dixit : Ego vos de hac re faciam certiores, et aperto collo sui colobii, ostendit suas mammas, et dixit : Pater, ego sum tua filia Apollinaris. Quod cum audissent ejus parentes, obstupuerunt, et multæ fusæ sunt in illo die lacrymæ. Adduxerunt autem suam sororem, et dixerunt ei : Nostine hunc ? Illa vero respondens, dixit : Revera hic est ille eunuchus, qui post Deum me sanavit, et procidens ad ejus pedes, rogavit eum de suo utero. Qui cum eam erexisset, et ejus utero manus imposuisset, eam sanam reddidit. Cum hoc autem vidissent, admirati sunt, et Deum glorificaverunt. Dixerunt itaque : Vere hæc est filia nostra Apollinaris. Fuit autem fletus cum gaudio in aula imperatoris.

XIX. Cum autem paucos dies versata esset apud parentes, omnia eis narravit. Quæ cum audissent, Deum laudarunt. Rogarunt vero eam, ut cum eis maneret, sed non tunc persuaserunt. Propterea autem quod ei promiserant, eam cum multis lacrymis emiserunt. Rogavit autem parentes suos, ut pro se orarent. Illi vero ei dicunt : Deus cui fuisti desponsa, ipse perficiet tecum misericordiam. Memento autem nostri, filia, in sanctis tuis precibus. Quam cum amplexi essent, ipsam dimiserunt. Voluerunt autem ei dare pecuniam ad usus Patrum, sed eas non accepit, dicens : Patres mei non habent opus pecuniis hujus mundi, ne a bonis excidamus cœlestibus. Factisque precibus, dimiserunt suam filiam lætantem et exsultantem. Cum ea autem venisset in Scetim, susceperunt eam fratres et patres, et Deum laudaverunt, quod rediisset frater eorum sanus, et diem festum ei fecerunt.

XX. Paucis autem post diebus, quando cognovit se esse e mundo exituram, dicit abbati Macario : Fac officium charitatis. Si contigerit me e vita excedere, ne me componant monachi. Is vero dicit ei : Quomodo potest hoc fieri ? Ea autem consummata, venerunt sancti Patres, ut sanctum ejus corpus lavarent. Viderunt autem eam esse sexu feminam, et exclamarunt, dicentes : Gloria tibi, Christe, qui multos habes sanctos occultos. Admiratus est autem abbas Macarius, quod hoc sibi non fuisset revelatum. Una vero nocte videt visionem, quæ ei dicit : Ne angaris propterea. Oportet enim te coronari cum sanctis Patribus, qui sunt a sæculo. Tunc ei narravit vitam, et nomen beatæ. Allatisque sanctis ejus reliquiis, eam posuerunt ad orientem sanctæ ecclesiæ, in antro abbatis Macarii cum gaudio et gloria usque in hodiernum diem, per Deum et sanctos Patres : et post sanctæ dormitionem peraguntur curationes, gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi. Cui gloria et potentia in sæcula. Amen.

DE S. SYMEONE STYLITA.

(Anno 460.)

[Acta SS. Bolland. Januarii, tom. I, die 5.]

§ I. *Symeonis Stylitæ senioris celebre nomen.*

Tres Symeones Stylitas fasti ecclesiastici exhibent. Senior ejusque instituti primus parens 5 Januarii colitur a Latinis, a Græcis 1 Septembris. Fallitur enim Baronius dum scribit ejus natalem agi 24 Maii. Menolog. cardinalis Sirleti temere secutus, in quo cum de juniore Symeone eo die agatur, illud non recte adjicitur, res ab eo gestas a Theodoreto Cyri episcopo litteris traditas esse : constat enim Theodoretum multo ante vita functum esse, quam junior Symeon nasceretur. Alter igitur Symeon Stylita in monte mirabili, in Martyrologio Romano relatus 3 Septembris, colitur a Græcis 24 Maii, quo die de illo pluribus agemus. Tertius ab iisdem Græcis celebratur 26 Julii, vocaturque presbyter et archimandrita ; idem fortassis, qui a Joanne Moscho cap. 57 Prati spiritualis, *sive libri* x de Vitis PP. fulmine ictus memoratur.

2. Seniorem ita celebrat Martyrologium Romanum 5 Januarii : « Antiochiæ S. Symeonis monachi, qui in coluna stans multos annos vixit, unde et Stylitæ nomen accepit : cujus vita et conversatio exstitit admirabilis. » Eadem fere habent Beda, Hrabanus, Usuardus, Bellinus ; et fusius Ado, Notkerus, aliique. Menologium Græcorum 1 Septembris : « Commemoratio S. P. N. Symeonis Stylitæ, qui fuit sub imperatore Leone Magno, et Martyrio Antiochenæ urbis pontifice, a provincia Ciliciæ ex castello Sesan : qui monasticam vitam ingressus in columnam ascendit ; in qua quadraginta septem annos stetit, et multis per eum editis miraculis in pace quievit. » Eadem habent eo die Menæa, et Græcorum Anthologion a Clemente VIII approbatum. Christophorus Patricius et Proconsul Mitylenæus in epitome Monologii eodem die : Συμεὼν ἀνυμνείσθω μοι οὗπερ στῦλος τὸ γνώρισμα. « Laudatur a me Symeon, cujus insigne columna. »

3. Franciscus Maurolycus, in Martyrologio ad 5 Jan. ita de eo scribit : « Apud Antiochiam S. Symeonis Stylitæ admirabilis : nam in puteo sicco pluribus annis, in columna per annos quadraginta stans super unum pedem vixit. Defunctum etiam aves defleverunt. » Sed fallitur Maurolycus, quod in puteo sicco existimet pluribus annis vixisse, ubi pauculis tantum diebus fuit : neque quod innuit, assidue pede uno nixus in columna stetit, sed uno solum anno. Petrus Gelesinius : « Antiochiæ S. Symeonis Stylitæ monachi, qui in columnam cavam annis quadraginta A inclusus, in hebdomada cibum semel capiens, pane herbarumque radicibus et aquæ potu victitabat. Qua admirabili abstinentia et sanctitate vir, multis etiam miraculis clarus migravit ad Dominum. » Verum unde didicit Galesinius cavæ columnæ inclusum fuisse ? Contrarium patebit ex § sequenti. Nec semel in hebdomada cibum capiebat, nisi in principio vitæ monasticæ ; sed quadragesimo demum die, ut in Vita dicetur.

§ II. *Stylitæ unde dicti. Quæ columnæ forma.*

4. Operæ pretium est, dum de Stylitis agimus, quæ vocis notio, quæ columnæ forma fuerit, exponere. Prius ita breviter exsequitur Rosweydus noster in Notatione ad S. Symeonis Stylitæ vitam : « Ducitur a grammaticis et στῦλος et στήλη ab eadem B origine ἵστημι, *sto*. Suidas : Στυλίτης, ὁ ἐπί κίονος ἱστάμενος, « Stylita, qui columnam insistit. » Quis primus apud Romanos super columnam cellulam struxerit, docet nos Asconius in Ciceronis orationem in Q. Cæcilium, quæ *Divinatio in Verrem* dicitur : « Mænius cum domum suam venderet Catoni et « Flacco censoribus ut ibi basilica ædificaretur, « exceperat jus sibi unius columnæ, super quam « tectum projiceret ex provolantibus tabulis, unde « et ipse et posteri ejus spectare munus gladiato- « rium possent, quod etiam tum in foro dabatur : « unde ab eodem Mænio dicta sunt Mæniana. » Festus : « Mæniana ædificia a Mænio sunt appel- « lata : is enim primus ultra columnas extendit « tigna, quo ampliarentur superiora. » Glossa : C « Mænianum, ἐξώστρα. Menianus, ἐκθέτης. » Hæc Rosweydus. Eadem fere habet Raderus Viridarii parte III, cap. 4, de Stylitis, qui addidit : « Στήλη erat, proprie cippus sepultorum tumulis impositus, cum inscriptione. » Moxque subdit, στήλαις ignominiæ causa nocentium facta inscribi solita, fuisseque quodammodo tabulas seu columnas proscriptionum. Unde λόγον στηλιτευτικόν, et epistolam στηλιτευτικήν pro scripto famoso accipi, quo rei crimina publice legenda proponuntur.

5. De forma ita disserit idem Raderus : « Columnarum, quas ego omnibus Ægypti prodigiosis pyramidibus, elaboratis et pictis obeliscis, colossis, columnisque Trajani, propter ipsa quæ supra illas fulgebant sidera antepono, forma fere fuit, ut arD bitror, rotunda, altitudo varia. Auctor enim Stylitarum Symeon primum columellam ascendit non nisi senum cubitorum (sive nomen pedum) mox duodenum, postea vicenum duum, postremo trice-

num senum, sive, ut Nicephorus et alii tradunt, quadragenum. Modius seu cella sive domicilium columnis impositum, in quo consistebant, in omnem partem binos cubitos seu tres pedes patebat, tecto nullo, ut libere cœlum omne contemplarentur, et omnibus injuriis cœli expositi majorem haberent tolerantiæ segetem et messem. Januas habebant nonnulli, nullas alii, quod tempestatis violentia parietis partem disjecisset. Scalæ admovebantur, cum vel alii ad illos enitebantur, vel illi ad alios se demitterent, quod quidem vel nunquam, vel ad summa Reipub. pericula devocati factitabant. Statione porro æterna se cruciabant : nec enim jacendi vel decumbendi spatium erat : poterant tamen sedere ; sedisse vero nusquam lego, nunquam puto. Nam primus quadraginta diebus Symeon ad trabem se alligari curavit, alterisque quadraginta mox liber absque adminiculo consistebat, medio corpore superne velut Ecclesiastes in ambone exstabat. Etsi de omnibus non affirmarim. » Hactenus Raderus. De domicilii supra columnam exædificati mensura, idem testatur Evagrius lib. I, cap. 13, vix duorum fuisse cubitorum, et Nicephorus lib. XIV, cap. 51.

§ III. *Sancti Symeonis Stylitæ ætas.*

6. De sancti Symeonis ætate hæc tradit Rosweydus noster in Notatione ad ejus vitam lib. I De Vitis PP. « De tempore quo vixit, ex Theodoreto, inquit Baronius, ejus primordia colligi possunt, dum ait columnam jam incoluisse temporibus Meletii episcopi Antiocheni, qui sub Valente imp. vixit, desiitque ab humanis eo anno quo celebrata est magna synodus Constantinopolitana, Siagrio et Euchario coss., qui numeratur annus a Christo juxta veriores chronographos 381. Supervixit autem Symeon, ut ait Cedrenus, usque ad annum 4 Leonis Magni imp., quod etiam colligitur ex Actis Danielis Stylitæ. Est annus is a Christo 460, qua ratione jam centenario major obdormisse dignoscitur. Apud Nicephorum in margine edit Paris. ann. 1574 habetur vixisse Symeonem 103 annos : sed nihil tale in textu.

7. « Evagrius summam Vitæ ejus severe actæ ita colligit lib. I, cap. 13 : Διέτριψε τοίνυν ἐν σαρκὶ τόνδε τὸν βίον, διαθλεύων ἔτη ἓξ καὶ πεντήκοντα. Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ φροντιστηρίῳ, ἔνθα τὰ θεῖα κατηχήθη, ἔτη ἐννέα · ἐν δὲ αὐτῇ καλουμένῃ Μάνδρᾳ, ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα · ἔν τινι μὲν στενωπῷ ἔτεσι δέκα τὸν ἀγῶνα διανύσας · ἐν δὲ κίοσι βραχυτέροις ἑπτὰ, καὶ ἐπὶ τεσσαρακονταπήχει, ἔτη τριάκοντα : « Iste Symeones hoc severum vivendi genus in « carne traducens, vitam ad 56 annos propagavit. « Nam in monasterio, in quo primum divinas vi- « vendi præceptiones didicit, annos vixit IX. In « Mandra autem, sic enim vocatur, XLVII, atque ho- « rum annorum X in loco admodum angusto con- « fecit : in columnis brevioribus, VII, denique in « columna quadraginta cubitorum, XXX. » Eadem habet Nicephorus libro XIV, cap. 51, in quo error in numerum irrepsit. Nam pro undetriginta, scribendum triginta. Quæ putatio si vera est, non potuit pervenisse ad centesimum annum. Alioqui necesse esset asserere eum, cum XLIV erat annorum, primum ingressum esse monasterium : quod non quadrat cum Vita hic ab Antonio scripta, qui eum statim ab adolescentia ingressum esse monasterium scribit.

8. « Ex quo hæc Vitæ summa colligitur : cum erat tredecim annorum, pascebat oves. Inde videtur ingressus monasterium, ubi vixit anno I, inde III annis in clausura : post IV annis in columna cubitorum IV ; iterum XII annis in columna cubitorum XII, rursus XII annis in columna cubitorum XX, post IV annis in columna cubitorum XXX ; demum XVI annos in columna cubitorum XL. Atque ita exercitationis anni exsurgunt LII, haud multum differentes a numero Evagrii.

9. « Apud Theodoretum habetur, quod II annos mansit in primo monasterio : X annis in monasterio Heliodori : III annos in vico Telanesso : XXVIII annis in columna, in id tempus, quo Theodoretus ejus Vitam scripsit. Hic tantum habentur anni XLIII exercitationis : sed eo tempore adhuc vivebat.

10. « Cedrenus in Compendio historiæ ait, an. XXV Theodosii junioris eum columnam ascendisse, et an. IV Leonis vita functum. Ex quo intervallo juxta computum Annalium Baronii conficiuntur tantum anni 28. »

11. Hactenus Rosweydus. Singula expendenda sunt. De Meletio, qui cum sancto Symeone egit, accepit Baronius ex Theodoreto cap. 26 Philothei ita scribente : « Postquam autem Meletius ille admirabilis, cui tunc mandata erat cura episcopatus regionis Antiochenæ civitatis, vir cordatus et prudentia clarus, et ingenii solertia ornatus, » etc. Ita vertit Gentianus Hervetus. Ast Albericus Longus Salentinus : « Cum vero Meletius, qui tunc Antiochenæ regioni præfectus erat. » Quibus ex verbis non liquido constat Meletium illum Antiochenæ sedis patriarcham fuisse, licet id clare asserat Metaphrastes. Si jam inde a Magni Meletii (cujus vitam 12 Februarii dabimus) tempore, in columna stetisset Symeon, quomodo non ejus usquam vel sanctus Joannes Chrysostomus, vel illius æquales historici meminissent? Arbitror igitur hunc Meletium a Theodoreto laudatum, alterius fuisse sedis episcopum, in regione Antiochena. Nam præter Meletium illum Theodoreti collegam in conciliabulo contra sanctum Cyrillum, qui fortassis a minori aliqua sede sub Antiocheno patriarcha ad Neocæsareensem fuit translatus, alius sæpe memoratur in synodo Chalcedonensi Meletius Larissæ episcopus, qui in ea synodo vices obiit metropolitæ suæ Domni Apameæ Syriæ II episcopi. Est autem Larissa urbs Cassiotidis, qua in provincia et Antiochia quoque est. Quanquam si hic Meletius fuit, non

videtur tum Larissæ adhuc episcopus fuisse, cum concilii Ephesini tempore, anno 531 episcopus Larissæ esset Julianus, qui eidem schismaticorum conciliabulo subscripsit. Fuit fortassis chorepiscopus patriarchæ Antiocheni : nam et quosdam legimus concilio Chalcedonensi per chorepiscopos subscripsisse. Quod munus esset chorepiscoporum, exponit concilium Antiochenum, anno Christi 341, Marcellino et Probino Coss. ab Arianis episcopis celebratum, can. 8 et 10, ubi eos vocat τοὺς ἐν ταῖς κώμαις ἢ ταῖς χώραις, ἤ τοὺς καλουμένους χωρεπισκόπους, « qui in vicis vel pagis constituti sunt chorepiscopi, » ut habet versio Dionysii Exigui.

12. Si chorepiscopus ejusmodi fuit ille Theodoreto laudatus Meletius (ut omnino fuisse conjicio), jam collabascit calculi Baroniani fundamentum. Accedit quod Domnus Antiochenus, ut refert Nicephorus lib. XIX, c. 51, et Evagrius lib. I, c. 13, ad Symeonem venit, eoque viso consternatus est præ admiratione : unde conjicitur, non multo ante cepisse Symeonem in prærealta illa columna morari. At Domnus, ut habet Baronius, an 432, ab eremo, invito S. Euthymio recessit, ut avunculum suum Joannem Antiochenum patriarcham Mestorio faventem converteret : anno deinde 436 ei in episcopatu successit. Quæ vero ei fuisset tanti stuporis causa, si jam annis quinquaginta stationem illam tenuisset Symeon? Quid? quod ab eo tempore, quo rigidam illam abstinentiæ rationem, sub Blasti aut Bassi disciplina, iniit Symeon, usque dum Philotheum scripsit Theodoretus, anni fluxerunt solum 28? Atqui annis minimum tribus ante illum cum Meletio congressum, eam assumpserat inediam. Ergo si Magnus Meletius is fuit, jam ab anno 377 aut 378 numerandi illi erunt anni; sicque anno Christi 405 vel 406 scripsisse Theodoretum fateamur necesse est; quod ipsemet refellit, dum in epistola ad Eusebium Ancyræ episcopum inter alia a se post synodum Ephesinam scripta recenset librum de vitis sanctorum.

13. Cum ergo hæc ita sint, et numerum annorum ab Evagrio traditum sequantur Menæa, Menologium Sirleti, et Anthologion a Clemente VIII probatum, non video cur ei refragemur : præsertim cum et Metaphrastes assentiri videatur, dum ait totos sex et quinquaginta annos vixisse, in vitæ nimirum religiosæ exercitatione.

14. Quem vere Rosweydus in numeros apud Nicephorum irrepsisse errorem notat, is nec in Frontonis Ducæi accurata editione correctus est. In Græco tamen expresse dicitur ἔτη τριάκοντα, annos 30 in quadraginta cubitorum columna transegisse.

15. Quem deinde ex vita Latina a se edita colligit annorum numerum Rosweydus, is, ut infra patebit, non omnino est certus, cum mss. codices, negligentia librariorum vitiati, haud parum discrepent. Hic juxta eam vitam nobis maxime probaretur (nisi Theodoretus obstaret) calculus : in domo parentum vixit annos 13, in primo monasterio 4, in cella 3, vel 4, in quatuor pedum columna 4, in duodecim cubitorum columna 12, in columna cubitorum 20, annos 12, in columna cubitorum 30, annos 4, tandem in columna 40 cubitorum annos 16, sicque efficiuntur vitæ 68 vel 69, monasticæ exercitationis 55 vel 56, qui ad numerum Evagrii propius accedunt : atque is numerus exprimitur in Latina vita cap. 8, n. 53. Pauciores longe annos numerat Antonius in vita prima, quam e Græcis mss. dabimus ; sed aliquid mendum irrepsisse in comperto est.

§ IV. *Vita S. Symeonis a quo scripta.*

16. Vitam S. Symeonis scripsit Antonius ejus discipulus, quem Evagrius significat, cum lib. I, cap. 13, ita scribit : Τούτου τὰς θεοσημείας γέγραφε μὲν καί τις τῶν αὐτοπτῶν γενομένων, γέγραφε δὲ καὶ λογίως ἀπέθετο καὶ Θεοδώρητος ὁ τῶν Κυρεστῶν ἐπισκοπήσας. « Hujus res gestas, quæ omnino divinæ virtutis signa erant, scripsit aliquis ex iis qui oculis conspexerant. Scripsit etiam, diserteque exposuit Theodoretus Cyrensis episcopus. » Duplicem vitam hic damus, cujus Antonius auctor citatur. Priorem Græce scriptam e bibliotheca Serenissimi Bavariæ ducis accepimus, quam Latine reddidit Guilielmus Gratius Brugensis Societatis nostræ Sacerdos. Eam, quia brevior longe, crediderim potius ab Antonio esse scriptam. Ita namque Metaphrastes : Μέγας τοίνυν οὕτως ὢν καὶ πολὺς τὴν φήμην γενόμενος πολλῶν ἔτυχε καὶ τῶν γραφέων· ἀλλ' οὐδεὶς οὐδέπω κατὰ μέρος τὰ κατ' αὐτοῦ διεξῆλθεν, ὅπως ἅπαντα καθῆκεν ἑαυτῷ· οὐδὲ ἀκριβῶς ὅπως ἕκαστα εἶχεν, ἔγραψεν. Magnus igitur adeo cum esset, famaque celebratus, multos quidem nactus scriptores est. Verum nemo prorsus omnia quomodo ei evenerint singillatim exposuit; neque accurate, ut singula sese habuerint, scripsit. » Quod scilicet facturum se Metaphrastes pollicetur. Verum altera pridem sub Antonii nomine vulgata vita haud multo pauciora habet Metaphraste.

17. Arbitramur igitur eam jam olim ex breviore illa Antonii relatione concinnatam, additis quæ vel fama vel aliorum scriptis de eo ferebantur. Certe quem Theodoretus adeo celebrem tradit fuisse Romæ totoque in Occidente, ejus non isthic quoque vulgatam fuisse vitam, credibile non est. Eam e vetustissimo codice monasterii S. Laurenti Leodii exarato ante annum Christi 1034, descripserat Rosweydus noster, quam nos cum aliis mss. Imperialis monasterii S. Maximi Treviris, S. Mariæ de Ripatorio, ecclesiæ S. Audomari contulimus. In codice Ripatorii erat passim contracta. Eamdem, sed phrasi plerumque aliquantulum discrepante, edidit lib. I. De Vitis PP. idem Rosweydus.

18. Demum S. Symeonis vitam « optime post Magnum Theodoritum, » ut scribit Nicephorus lib. XIV, c. 51, « et cognominis Symeon Metaphrastes conscripsit; novum quoddam et admirandum in ea ex omni generis cibariis convivium omnium proponens. » Hanc Baronius in Not. ad Martyrol., Ra-

derus parte III Viridarii SS., cap. 4; Molanus in Annot. ad Martyrol. Usuardi; Heribertus Rosweydus in Vitis PP.; Petrus Ribadineira in Flore SS. scribunt non exstare. Nos primi eam proferimus ex ms. Græco regis Galliæ, Latine versam ab eodem Guilielmo Gratio nostro. Priora omnia fere ad verbum e Theodoreti Philotheo c. 26 descripta sunt, ut conferenti patebit.

ΣΥΝΕΩΝ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ

ΚΑΙ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΟΣΙΟΝ ΣΥΜΕΟΝ

ΤΟΝ ΕΝ ΤΩ ΣΤΗΛΩ

—

SYMEONIS MAGISTRI ET LOGOTHETÆ

VITA S. SYMEONIS STYLITÆ

(Græcus textus nunc primum prodit ex duobus codicibus mss. Regiis Paris. n. 136 sæc. XIII et n. 1607, sæc. XIV notatis. EDIT.)

—

CAPUT I.

S. Symeonis ortus, et vitæ religiosæ rudimenta in duobus monasteriis.

1. Symeonem virum fama celeberrimum, magnumque habitati orbis miraculum norunt omnes Romanorum imperio subditi: ejus nomen usque ad Scythas et Nomadas pervolavit: Persæ, et Indi, Æthiopumque natio, et quicunque aliam orbis plagam incolunt, alii oculis perspicientes, nonnulli auditu ejus res gestas cognoscentes, eum laudibus prædicarunt. Magnus igitur adeo cum esset ac celebris, multos quidem scriptores consecutus est; qui tamen ejus virtutes hactenus singulatim scripto complecteretur, exstitit nemo, neque ullus ad singulas accurate percensendas animum applicuit. Verum qui superioribus temporibus brevi compendio de ejus vita disseruerunt, quædam quæ mediam ejus ætatem continent cursim perstrinxerunt, neque tam celebres ejus actiones ad finem perduxerunt. Quapropter utilis maxime de hoc viro nobis sermo futurus: remque a capite ordiemur, atque ad finem prosequemur. Sed vereor ne posteris fabularum similior, et nuda a veritate narratio videatur. Consueverunt enim homines natura metiri res præteritas: ubi vero quippiam naturæ terminos excesserit, omnis de eo rerum divinarum imperitis falsus esse sermo existimatur. Quoniam vero hic vir naturæ legibus non cesssit, ac ne humana quidem passus est, verum id corporeorum in mortali corpore ostendit constantiam; cum præsertim iis qui ab eo divina edocti sunt, terra omnis ac maria ipsa repleta sint; hinc igitur narrationem meam inchoabo.

α. Συμεὼν τὸν πάνυ, τὸ μέγα θαῦμα τῆς οἰκουμένης, ἴσασι μὲν πάντες οἱ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ὑπήκοοι. ἔδραμε δὲ καὶ μέχρι Σκυθῶν τῶν νομάδων τῇ φήμῃ· ἤδη δὲ καὶ Πέρσαι, καὶ Ἰνδοὶ, καὶ Αἰθιόπων ἔθνη, καὶ ὅσοι τῆς γῆς ἄλλο τι μέρος οἰκεῖν ἔλαχον, οἱ μὲν ὄψει τὰ ἐκείνου, οἱ δὲ ἀκοῇ παραλαβόντες, γλώττης τρυφὴν τὸν ἄνδρα πεποίηνται. Μέγας τοίνυν οὗτος ὢν, καὶ πολὺς τὴν φήμην γενόμενος, πολλῶν ἔτυχε καὶ τῶν συγγραφέων· ἀλλ' οὐδεὶς οὐδέπω κατὰ μέρος τὰ κατ' αὐτὸν διεξῆλθεν, οὐδεὶς ἅπαντα καθῆκεν ἑαυτόν, οὐδὲ ἀκριβῶς, ὅπως ἕκαστα εἶχειν ἀνέγραφε. Ἀλλὰ τοὺς ἄνω χρόνους ἐν κεφαλαιώδεσιν ἐπιτομαῖς εἰπόντες, ἔνιά τε τῶν ἐν μέσῳ παρέδραμον, καὶ οὐδὲ πρὸς αὐτὸ τὸ τέλος τῶν τούτου πράξεων ἦλθον. Ἡμῖν δὲ χρήσιμος μάλιστα ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος ἔσται, ἄνωθέν τε ἀρχομένοις, καὶ ἐπὶ τὰ τελευταῖα τοῦ ἀνδρὸς ἀναβιβάζουσι τὴν διήγησιν. Ἀλλὰ δέδοικα μὴ τοῖς μετὰ ταῦτα μῦθος εἶναι δόξῃ τῆς ἀληθείας γεγυμνωμένος. Φιλοῦσι γὰρ οἱ ἄνθρωποι τῇ φύσει μετρεῖν τὰ γινόμενα· εἰ δέ τι τῶν αὐτῆς ὅρων ἐπέκεινα λέγοιτό, ψευδὴς τοῖς τῶν θείων ἀμυήτοις ὁ λόγος νομίζεται. Ἐπειδὴ δὲ οὗτος αὐτῆς φύσεως εἶξε θεσμοῖς, οὐδὲ ἀνθρώπινα πονεῖν εἵλετο, ἀλλὰ ἀσωμάτως ἐν σώματι θνητῷ ἐπεδείξατο καρτερίαν· ἄλλως τε καὶ τῶν τὰ θεῖα πεπαιδευμένων γῆ τε πᾶσα πλήρης καὶ θάλασσα, ἔνθενδέ μοι ἀρκτέον τοῦ διηγήματος.

β'. Κώμη τίς ἐστι μεταξὺ Σύρων καὶ Κιλίκων διακειμένη, Σισὰν δὲ αὐτὴν ὀνομάζουσι. Ἐκ ταύτης ὁ Θαυμαστὸς Συμεὼν οὗτος ὁρμώμενος. Ποιμαίνειν θρέμματα τὸ πρῶτον ὑπὸ τῶν γεγεννηκότων διδάσκεται, ἵνα καὶ κατὰ τοῦτο τοῖς μεγάλοις τὴν ἀρετὴν ἐκείνοις συναριθμεῖται· Ἰακὼβ τῷ πατριάρχῃ, φημὶ, καὶ Ἰωσὴφ τῷ σώφρονι, Μωσεῖ τε τῷ νομοθέτῃ, καὶ Δαβὶδ τῷ βασιλεῖ καὶ προφήτῃ, καὶ Μιχαίᾳ, καὶ τοῖς κατ' ἐκείνους θείοις ἀνδράσι.

2. Vicus quidam inter Syriam et Ciliciam situs est, incolæ Sisam (1) nominant: ex illo admirandus hic Symeon oriundus fuit. Ac primum quidem a parentibus oves pascere docetur, ut in eo magnarum quondam virtutum viris adnumeretur, Jacob, inquam, patriarchæ, Joseph continenti, Moysi legislatori, Davidi regi et prophetæ, ut et Micheæ, cæterisque demum sanctissimis ejus ordinis viris.

γ'. Νιφετοῦ δέ ποτε πολλοῦ γενομένου, καὶ τῶν προβάτων ἔνδον μένειν ἠναγκασμένων, σχολῆς ἀπολαύσας, εἰς τὸν Θεῖον νεὼν μετὰ τῶν τεκόντων ἀφίκετο. Τῆς εὐαγγελικῆς τοίνυν φωνῆς ἀκούσας, μακαρίζούσης μὲν τοὺς κλαίοντας καὶ πενθοῦντας, ἀθλίους δὲ τοὺς γελῶντας ἀποκαλούσης, καὶ ζηλωτοὺς ὀνομαζούσης τοὺς τὴν ψυχὴν καθαρὰν κεκτημένους, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τούτοις συνέζευκται, ἤρετό τινα τῶν παρόντων· τί ἄν τις ποιήσας, τούτων ἕκαστον κτήσαιτο; Τὸν δὲ, (ἦν γὰρ καὶ οὗτος, ὡς ἔοικεν ἐργατὴς τῆς ἀρετῆς) τὸν μοναδικὸν αὐτῷ βίον ὑπαγορεῦσαι, καὶ τὴν ἄκραν ἐκείνην ὑποδεῖξαι φιλοσοφίαν.

3. Cum vero aliquando ob nimiam vim nivium e cœlo labentem oves domi manere cogerentur, otium nactus ad sacram ecclesiam cum parentibus concessit: illic cum vocem evangelicam inaudiisset, quæ lugentes et flentes beatos prædicat, infelices vero ridentes denuntiat, itemque imitatione dignos omnes qui mundo sunt corde, et quæcunque his similia adjuncta sunt; unum e præsentibus interrogavit, ecquid quis faciendo horum singula consequeretur; tum alter, qui et virtutis, ut apparet, cultor erat, monasticam ei vitam suadet, ejusque sublimem philosophiam ostendit.

δ'. Δεξάμενος τοίνυν τοῦ θείου λόγου τὰ σπέρματα, καὶ ταῖς βαθείαις τῆς ψυχῆς αὔλαξι ταῦτα κρύψας, ἐπὶ τὸν πλησίον τῶν ἱερῶν μαρτύρων ἀποτρέχει ναόν. Ἐν τούτῳ δὲ τῇ γῇ τὸ μέτωπον καὶ τὰ γόνατα προσερείσας ἱκετεύει τὸν πάντας ἀνθρώπους σώζειν ἐθέλοντα, ὁδηγῆσαι αὐτὸν πρὸς τὴν τελείαν τῆς εὐσεβείας ὁδόν· ἐπὶ πολὺ δὲ τούτου διατρίψας τὸν τρόπον, ὑπολισθαίνει ἤδη πρὸς ὕπνον, ὄναρ δὲ τόνδε ὁρᾷ. Ὀρύττειν ἐδόκει θεμέλια, εἶτά τινος ἐστῶτος ἀκούειν, ὡς ἔτι βαθύνειν τὸ ὄρυγμα δεῖ. Προστεθεικὼς τοίνυν ὡς ἐκέλευσε βάθος, πάλιν ἐπειρᾶτο διανοιγνύεσθαι· ἀλλὰ καὶ αὖθις ὀρύττειν αὐτῷ προσέταττεν ὁ φανείς, καὶ μὴ λήγειν τοῦ πόνου. Τρὶς δὲ καὶ τετράκις τοῦτο παρεγγυήσας, τέλος ἐπειδὴ παρὰ τὴν τοῦ βάθους ὑπερβολὴν οὐχ οἷόν τε ἦν πλέον ὀρύττειν, ἀποχρώντως εἶχ' ἔφη τὸ βάθος, καὶ οἰκοδομεῖν ἐκέλευσε τοὐ λοιποῦ, ὡς λήξαντός τε αὐτῷ τοῦ πόνου καὶ τῆς οἰκοδομίας ἐπομένης εὐκόλως. Ταύτῃ τῇ προρρήσει τὰ πράγματα μαρτυρεῖ· τοῦτο γὰρ καὶ ἡ ὄψις ἐδήλου ὅτι πέρα τε τῆς φύσεώς ἐστι τὰ γινόμενα, καὶ ὅτι μετὰ τοὺς ὑπερφυεῖς ἐκείνους πόνους οὓς τὴν ἀρχὴν ὁ Συμεὼν ἠγωνίσατο, κατὰ ῥοῦν ὁ ἀσκητικὸς αὐτῷ διανυσθήσεται βίος.

3. Cum vero aliquando ob nimiam vim nivium e cœlo labentem oves domi manere cogerentur, otium nactus ad sacram ecclesiam cum parentibus concessit: illic cum vocem evangelicam inaudiisset, quæ lugentes et flentes beatos prædicat, infelices vero ridentes denuntiat, itemque imitatione dignos omnes qui mundo sunt corde, et quæcunque his similia adjuncta sunt; unum e præsentibus interrogavit, ecquid quis faciendo horum singula consequeretur; tum alter, qui et virtutis, ut apparet, cultor erat, monasticam ei vitam suadet, ejusque sublimem philosophiam ostendit.

4. Symeon, igitur acceptis divini verbi seminibus, iisque in intimis animi recessibus absconsis, ad proximum sacrorum martyrum templum confugit, illic facie et genibus in terram defixis, Deum qui omnes homines salvare cupit precatur, ut ad rectam pietatis viam dirigat. Huic rei dum aliquandiu intendit, paulatim in somnum delabitur, ac tale demum visum cognoscit. Fundamenta quædam sibi effodere visus est, deinde ab astante quodam audire, ut fossam adhuc altius effodiat. Cum igitur jam, uti jussum fuerat, effossioni institisset, cœpit ab opere quiescere. Cum ecce rursus, qui apparuerat, ulterius effodere jubet, neque ab opere cessare. Cum tertio ac quarto hoc fieri mandasset, ac tandem ob nimiam fossæ profunditatem amplius fodere non valeret, satis jam effossum esse declarat, ac ædificium strui imperat, neque eo a labore jam cessante difficilem deinceps fore structuram monet. Huic vaticinio respondit eventus. Significabat enim visio, quod quæ deinceps ab eo gesta sunt naturæ limites excederent. Monastica enim vita post eximios illos labores, quos in principio exercuit Symeon, illi ex animi sententia successit.

ε'. Ἐκεῖθεν ὁ Συμεὼν ἀναστὰς, ἐπὶ τὸ ἐγγειτόνων ἀσκητῶν τινων καταγώγιον μεταβαίνει. Δύο δὲ συνεργῶν τούτοις ἔτι καὶ τελεωτέρας ἀρετῆς ἐρασθείς, Τελεδὰν ἐκείνην τὴν κώμην καταλαμβάνει, ἐφ' ἧν ὁ θαυμαστὸς Ἡλιόδωρος τὴν τῶν σὺν αὐτῷ

5. Inde cum surrexisset, ad vicinum monachorum cœtum divertit; ubi biennio commoratus, perfectioris virtutis cupidus in Teledam (2-3) pagum concessit; in quo admirabili viro Heliodoro (4) monachorum cura erat concredita, qui e quinque et

(1) Theodoretus *Sesan* vocat. Græce hic est Σισάν.

(2-3) Fuse describitur Teledæ situs 23 Jan. in vita S. Eusebii. In vita S. Danielis Stylitæ 11 Decemb. Telada, Τελλάδαν dicitur.

(4) Theodoretus addit non ingressum esse Symeonem monasterium S. Eusebii, sed aliud quod ex eo germinavit, ædificatum ab Eusebona et Abitone, quibus vita functis successit Heliodorus. De hoc autem Heliodoro agere videtur Sozomenus lib. VI, cap. 33 et 34, ubi celebres Cœlesyriæ monachos recenset. Theodoretus cum eo egisse se, ejusque simplicitatem et animi puritatem admiratum scribit.

sexaginta quibus vixerat annis, totidem tribus demptis, se in cella concluserat, tres enim in lacte et infantili institutione consumpsit; nam a tertio ætatis anno a parentibus Deo est consecratus, et hunc admirabilem monachorum gregem ingressus est. Vir hic exemplo magni illius Jacob simplex erat, ac eo demum mansuetudinis ac pietatis pervenerat, ut asceticas leges supergressus, homines omnes omni virtutum genere superaret, ac ipsi Deo demum propinquus fieret.

A in se malum deflebat, et sanctum virum ad commiserationem provocabat, denique a malo suo liberari postulabat. Illic vero celer ad commiserandum, ac multus ad compatiendum, de animæ curatione prius quam corporis sollicitus, ægrum parentum suorum impietatem abjurare jubet : sciebat enim eum adhuc hac delectari. Ut vero libens obaudivit, et jussa adimplevit ; tum Symeon, vere magnum orbis miraculum, scicitatur ex eo, Num credat in Patrem, ejusque unigenitum Filium, ac in Spiritum sanctum. Dum vero aliter se credere palam fatetur, In istas, inquit, personas credens, surge : statimque sermo (o ineffabilem tuam Christe erga virum gratiam!) debili dolorum curatio effectus est. Ille autem (25), Dominum suum etiam hic imitatus, B eum proprium lectulum humeris deferre jussit, quod et præsentes ad majorem gratiarum actionem adhortabatur.

28. Et hoc neutiquam prætereundum silentio est. Vir quidam inter Ismaelitas, qui jam Christo dederant nomina, illustris, votum teste venerabili Symeone nuncuparat, se nunquam ad mortem usque ex animali quod vitam habuisset gustaturum. Temporis successu nescio qua ratione, sive voti oblitus, seu concupiscentiæ illicio inescatus, avem occidit; quam dum comedere parat (o rem prodigiosam!) in lapidis evestigio mutata est naturam; unde neque admodum volenti gustare licuit, lapis enim appetitum reprimebat Barbarus homo hac re stupefactus, sine mora pœnitentiæ magistrum accedit, C peccatum suum et culpa summa contritione cordis aperit; rogat qua fieri id possit, uti Numen sibi propitium reddat, cui datam fidem fefellerit: neque petitione sua frustratus fuit. Nam quod circa avem contigit miraculum, licet non statim, post tamen temporis successu plurimorum oculos testes habuit; pectus enim (26), quod propriam figuram retinuit, a multis postea visum est ex osse constare et lapide, ut os primigeniam declararet naturam, superinducta vero lapidea substantia, carnis testaretur conversionem.

29. Alius quidam tribus Saracenorum (27) præfectus fidelium gregi ascriptus, ad magnum et ipse venit Symeonem. Tandemque consecutus id cujus gratia venerat, columnæ assedit, suavissimos sacræ D illius linguæ flores carpens, ejusque sermone, dum licebat, perfruens. Interea vermium e sacro crure scaturientium (nam ex assidua illa et irremissa statione pede ulcus contrahente, tibia vermium quoddam habitaculum erat effecta) unus e columna devolutus ante præfecti pedes decidit, quem ipse evestigio avidis manibus collegit, et honorifice in sinum reposuit, oculisque, ori, auribus ac membris cæteris, veluti omnium morborum levamen admovebat: et (o amoris excessum!) non vermem esse id

(25) Theodoretus hæc paulo aliter : « Jussit ut tribus præfectum suis ferret humeris usque ad ipsum tabernaculum (habuit autem corpus maximum) et ille quidem eo accepto stadium abiit. »

(26) Aliter, at non recte, ut opinor, Theodoreti interpres ait, avis partem ex osse et lapide constantem visam in ejus pectore.

(27) Deest hoc miraculum Theodoreto.

quod honorabat, verum quidpiam divinum, et oculis spectare et circumferre se credebat : superabat quippe fides aspectum, et desiderium formam occultabat. Cum magnus Symeon id ex superiore loco vidisset, ob honorem vermi delatum præfectum increpuit, eumque et quod ex suo corpore decidisset, et quod tantum vermiculus esset cui honorem exhibebat, clare edocuit ; neque decens esse ut quod et corruptione ac putrefactione natum esset, vel manibus contrectetur, vel alia corporis parte attingatur. Præfectus manu explicata consideraturus cujusmodi esset vermis, in gemmam (o miraculum !) splendore et pulchritudine conspicuam mutatum deprehendit, qui inde et fidei dono gaudens, et gemmæ miraculo ditatus recessit.

A ἀπάντων ἀποτρόπαιον ἐπετίθει, καὶ, τοῦ πόθου τὸ ὑπερβάλλον, οὐδὲ σκώληκα τὸ τιμώμενον, ἀλλά τι τῶν σεβασμίων καὶ ὁρᾷν καὶ φέρειν ἠγεῖτο· ἡνίκα γὰρ ἡ πίστις τὴν ὄψιν, καὶ τὴν μορφὴν ὁ πόθος ἐκάλυπτεν. Ὁ μέγας τοίνυν ἄνωθεν Συμεὼν, τῆς τε περὶ τὸν σκώληκα τιμῆς τῷ φυλάρχῳ ἐπετίμα, καὶ ὅτι σκώληξ τὸ τιμώμενον εἴη, καὶ τῆς ἐκείνου διεκπέσοι σαρκὸς, σαφῶς πάντα ἐδίδασκε, μὴ δεῖν οὖν, ἔλεγε, φθορᾶς τε καὶ σήψεως καὶ δυσωδίας γεννήματι, μήτε χεῖρα προσαγεῖν, μήτε τινὶ τῶν τοῦ σώματος ψαύειν μελῶν. Καὶ ὁ φύλαρχος ἀναπτύξας τὴν χεῖρα ὥστε ἰδεῖν ὁποῖός τις εἴη ὁ σκώληξ, εἰς μαργάρου φύσιν, ὦ τοῦ θαύματος, τῇ τε λαμπρότητι καὶ τῷ κάλλει μεταβάλλοντα ὁρᾷ, καὶ ὁ μὲν ἀπῄει, χαίρων τῇ πίστει, καὶ τῷ κατὰ τὸν μαργαρίτην B πλοῦτον θαύματι.

CAPUT VII.

Proles sterili impetrata : sanata (28).

30. Mulier quædam haud ignobili genere nata, Saracenorum principi juncta, sterilis erat ; hoc præterea suæ habens calamitatis augmentum, virum frequenter liberorum orbitatem exprobrantem. Quapropter liberorum cupida ad magnum Symeonem perrexit, ubi stans ad septi vestibulum (mulieribus enim additus omnis erat præclusus) casum suum lugebat, morbum lamentabatur, viri opprobria in medium proferebat, orabat, non raro per eos etiam quibus ingredi licebat supplicabat, obsecrabat, sterilitatis solutiorem postulabat : addebat, ut ex se C prolem videret, se vitam suam libenter profusuram. Divinissimus Symeon hic nequaquam consuetæ oblitus est commiserationis : verum mulieris calidas illas lacrymas miseratus, precibus suis partus ei privationem sustulit, ac domum abire hortatus, addidit, Deum, qui ab initio naturam humanam architectatus est, ejus sterilitatem cum proventu in meliora commutaturum. Tum illa (neque enim ullatenus dubitare decebat his, quæ divinum illud os quasi a Deo motum pronuntiaverat) plurimum animata, domum reversa sine mora concepit, post filiolæ mater effecta : cujus natalis dies magna pompa a parentibus celebratus est. Verum brevi temporis spatio terminata est felicitas, gaudiumque festivum amara tri- D stitia excepit, ac solutio calamitatis in graviorem conversa est luctum ; adeo ut parentes calamitatis loco haberent, quod unquam peperissent ; multoque priorem orbitatem præoptarent. Jam filiola tres annos nata erat, jam prima balbuties, et puerilis incessus, quæ res parentibus solent esse jucundissimæ, exspectabantur : illa vero lectulo affixa, elinguis plane et immobilis manebat ; nam et pedes quasi solutos, et linguam constrictam habebat ; parentibusque monstrum quoddam esse videbatur, talisque familiæ hæres non solum indigna majorum splendore, sed et ipsorum gloriæ ignominiam, om-

λ'. Γυνὴ δέ τις ἐπιφανὴς φύσει οὐκ ἀσημος, τῷ τῶν Σαρακηνῶν ἄρχοντι συνῴκει, καὶ τὴν νηδὺν ἄγονος οὖσα παίδων· ἄλλως τε δὲ καὶ τῆς συμφορᾶς ἐπίτασιν τὸν ἄνδρα ἔχουσα πολλὰ τῆς ἀπαιδίας ὀνείδη αὐτῆς κατηχέοντα. Καὶ διὰ τοῦτο παίδων ἐφιεμένη παρὰ τὸν μέγαν ἄπεισι Συμεὼν, καὶ στᾶσα πρὸς ταῖς τοῦ περιβόλου εἰσόδοις, ὡς οὐκ ἐξὸν ἐντὸς γυναικὶ παριέναι, ἐθρήνει τὸ πάθος, ὠλοφύρετο τὴν νόσον, ἐθριάμβευε τὰ τοῦ ἀνδρὸς ὀνείδη, ἐδεῖτο διὰ τῶν εἰσιόντων, ἱκέτευεν, ἠντιβόλει τὴν τῆς στειρώσεως ἠτεῖ λύσιν, καὶ ὅπως παῖδα ἐξ ἑαυτῆς ἴδοι, καὶ αὐτὴν ἔλεγε τὴν ψυχὴν ἡδέως προέσθαι. Ὁ μέντοι θειότατος Συμεὼν οὐδ' ἐνταυθα τῆς συντόνους ἐπιλαθόμενος συμπαθείας, ἀλλὰ τὴν γυναῖκα τῶν θερμῶν ἐκείνων δακρύων κατελεήσας, προσ-ὐχαῖς αὐτῇ τὴν τῶν ὠδίνων πήρωσιν διαλύει, καὶ εἰκαδε ἀπιέναι προτρέπεται, εἰπὼν, ὡς ὁ κατ' ἀρχὰς τὴν φύσιν ἡμῶν δημιουργήσας Θεὸς, οὗτος καὶ τὴν αὐτῆς στείρωσιν πρὸς τὸ συμφέρον μεταποιήσει. Ἥδε (οὐδὲ γὰρ ἦν ἐπιλοιδορεῖν οἷς ἡ θεοκίνητος ἐκείνη διεσήμαινε γλῶττα, εὐθυμουμένη τε ἐπάνεισι, καὶ συλλαμβάνει αὐτίκα· εἶτα καὶ μήτηρ γίνεται θυγατρίου, καὶ τοῖς γεγεννηκόσιν ἦγετο ἑορτὴ τῆς παιδὸς τὰ γενέθλια. Ἀλλὰ χρόνος αὐτοῖς ὀλίγος ἐμέτρει τὴν εὐτυχίαν, καὶ τὴν πανήγυριν ἐκείνην χαλεπὴ κατήφεια διαδέχεται, καὶ τῆς συμφορᾶς ἡ λύσις εἰς βαρύτερον πολλῷ περιτρέπεται πένθος, καὶ τοσοῦτον ὡς καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο συμφορὰν τοὺς γεγεννηκότας νομίζειν, ὅτι περ ἔτεκον ὅλως καὶ πολλὰ τῆς προτέρας ἐπιθυμεῖν ἀπαιδίας. Ἀπῆτει μὲν γὰρ ὁ καιρὸς τὴν παῖδα τρίτον ἔτος ἤδη γεγονυῖαν, ψελλίσματά τε καὶ βάδισμα παιδικὸν, τὸ ἡδὺ τοῖς πατράσι χρῆμα· ἡ δὲ ἐπίσης τῆς ἐχούσης αὐτὴν κλίνης ἄφωνός τε ἦν καὶ ἀκίνητος· παρεῖτο μὲν γὰρ τοὺς πόδας, πεπέδητο δὲ τὴν γλῶτταν, καὶ τοῖς τεκοῦσι τέρας ἀντὶ παιδὸς ἦν ὁρᾷν, καὶ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν οὐκ ἀναξίαν μόνον τῆς τῶν προγό-

(28) Deest hoc Theodoreto, qui alterum refert, quod et hic paulo inferius, de filio reginæ Ismaelitarum impetrato.

νων λαμπρότητος, ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτῶν δόξης αἰσχύνην, καὶ τοῖς προσήκουσιν ὕβρεως πρόξενον τῆς ἐσχάτης οὖσαν. Ἐπειδὴ δὲ ἀλύοντες πλέον οὐδὲν ἤνυον, καταφεύγουσι πάλιν ἐπὶ τὸν τῶν ἀμηχάνων εὐμήχανον ἰατρὸν, καὶ ἀποδιδοῦσι μὲν αὐτῷ τῆς εὐεργεσίας τὰς χάριτας, δέονται δὲ καὶ ἱκετεύουσι μὴ οὕτω διακειμένην ἣν ἔδωκε παῖδα περιιδεῖν ὥστε τὸ δῶρον εἰς ἐντροπὴν μᾶλλον αὐτοῖς εἶναι καὶ ὕβριν, τίνος οὐκ ἀλγεινοτέραν τοῖς ἀθλίοις ἐργαζόμενον τὴν ζωήν ; ἀλλ' ὑγιῶσαι μὲν αὐτῇ τὰ παρειμένα τοῦ σώματος, ὁλόκληρον δὲ αὐτοῖς τὴν παῖδα δοῦναι καὶ ἄρτιον. Ταῦτα οἱ μὲν σὺν δάκρυσιν εἶπον, καὶ προσηύρευον τὸν ἔλεον ἐκδεχόμενοι· ὁ δὲ τῆς συμπαθείας θησαυρὸς, λόγοις μὲν τέως παρεμυθεῖτο αὐτοὺς τὴν συμφορὰν, καὶ τέλεον ἀθυμεῖν οὐκ ἔα. Ἑβδόμη δὲ λοιπὸν ἐξ ἐκείνου ἡμέρα, ἐπεὶ ἀνήνυτα ἦν αὐτοῖς τὰ τῆς προσεδρίας, παντάπασιν ἀπογνόντες τῆς σωτηρίας, οἴκαδε καὶ αὖθις ἀνέστρεφον ἐπικομιζόμενοι τὸ θυγάτριον, σκυθρωποὶ μὲν τὰς ὄψεις, μεστοὶ δὲ τὴν ψυχὴν ἀθυμίας, πολλὰ σφίσιν αὐτοῖς τῆς τῶν λογισμῶν ἀκαιρίας ἐπιμεμφόμενοι ὅτι καὶ παίδων τὴν ἀρχὴν κληθῆναι πατέρες ἠθέλησαν. Ἐπειδὴ δὲ τοσοῦτον ἤνυσαν τῆς ὁδοῦ, ἐξ ὅσου μηδὲ δυνατὸν ἦν τὸν στύλον ὁρᾶσθαι, ἐπιστραφεῖσα πρὸς ἐκεῖνο τὸ μέρος ἐν ᾧ τὸν στύλον ἑστάναι συνέβαινεν ἐκ τοῦ αἰφνιδίου ἡ παῖς, λύεται μὲν τῶν τῆς γλώττης δεσμῶν, καὶ, Δόξα σοι, ἅγιε Συμεών, μέγα ἀνέκραγε· κινήσεως δὲ καλῶς εἶχε, καὶ ῥώμης ποδῶν, εὐθύ τε ἔδραμε τοῦ οἴκου τοῖς τεκοῦσιν ὡς ἥδιστον παρασκαίρουσα. Οἵγε μὴν πατέρες τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπλαγέντες τοῦ θαύματος οὐδὲ αὐτοὶ εἶχον πιστεύειν τοῖς ἑαυτῶν ὄμμασι, ἀλλὰ τῇ πολλῇ περὶ τὸ πρᾶγμα ἐφέσει, μὴ οὐκ ἀληθὴς ἡ τῆς παιδὸς εἴη ῥῶσις ὑπώπτευον, ἀλλὰ φαντασία τις τὰ ὁρώμενα. Εἶτα περιεργασάμενοι καὶ μαθόντες ἀκριβῶς ὅπως ὑγιὴς ἡ παῖς εἶχεν, ὕμνουν μὲν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, ἐμεγάλυνον δὲ τὸν αὐτοῦ θεράποντα Συμεών· ἐνίκων τὴν τῶν γενεσίων τῆς θυγατρὸς ἑορτὴν, οἷς νῦν περὶ τὴν ἐκείνης θεραπείαν ἐποίουν· ἐμακάριζον τῆς παιδὸς ἑαυτούς· εὐδαίμονας ἐκάλουν τοῦ τόκου, καὶ οὕτω μεθ' ἡδονῆς αὐτοὺς καὶ φαιδρότητος ὁ οἶκος ἐδέχετο.

A nibusque adeo propinquis extremum dedecus allatura. Cum parentes dolori plus æquo indulgentes nihil omnino proficerent, iterum ad rerum immedicabilium ingeniosum et industrium curatorem confugiunt, et gratias ei quidem pro beneficiis rependunt, rogant autem et vehementer supplicant, ne prolem a se divinitus impetratam hoc in statu esse diutius permittat, ut donum magis probro et dedecori ipsis esse videatur, unde et majorem mœrorem et tristitiam quam gaudium et lætitiam vita pariat; verum membrorum solutionem tollere, prolemque integram et perfectam reddere dignetur. Hæc cum lacrymis dicebant, et perseverabant misericordiam exspectantes. Symeon, tanquam commiserationis thesaurus, verbis tantister calamitatem leniebat, neque diu animo cruciari passus est: septima exinde agebatur dies, postquam eorum perseverantia irrita esse videretur; penitus de salute filiæ desperantes, animi mœrore pleni, vultu inamœno domum revertuntur, filiam secum reportantes, sibi ob intempestiva consilia succensentes, quod et parentes vocari ab initio voluerint. Postquam vero tantum itineris confecissent, ut columnam amplius videre non liceret, puella ad eam plagam, in qua stabat columna, convertitur, et improviso vinculo linguæ solvitur, et: Lans tibi et gloria, sancte Symeon, exclamat. Motum deinde et robur pedum adepta, recta domum pergit, parentibus suavissime inter eundum assultans. Illi improviso miraculo stupefacti, vix suis ipsi oculis credebant, sed præ desiderii magnitudine, ne non vere sanata filia esset, verebantur, sed oculorum fascinationem esse quamdam existimabant. Deinde re diligenter post accuratam inquisitionem cognita, cum filiam omnino sanam deprehenderent, tum Deum ob præstita beneficia laudare, Symeonem ejus famulum deprædicare cœperunt: et natalitiorum filiæ lætitiam longe superavit ob ejus curationem instituta celebritas. Beatos se demum filiæ partu prædicabant: et eos quidem cum gaudio et festivitate tota domus exhilaratos excepit.

CAPUT VIII.

Mulier nondum mandram ejus ingressa, agnita et benedicta.

λα'. Ἀλλ' οἷόν με μικροῦ δεῖν τῶν τοῦ ἀνδρὸς παρελήλυθε ! Πόθος ποτὲ θεῖος γυναῖκα εἰλήφει ὀφθαλμοῖς τοῦτον ἰδεῖν, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ χάριτος καὶ τῆς εὐλογίας ἀπολαῦσαι· ἀλλ' ἦν καὶ αὐτῇ τῆς ἐπιθυμίας ἐμπόδιον ὁ περίβολος, γυναιξὶν ἀπείργων τὴν εἴσοδον. Ἡ φιλάρετος τοίνυν ἐκείνη τῷ πυρὶ τοῦ καλοῦ τούτου ἔρωτος ἁλισκομένη, λογισμούς τε πάντας ἀνεκίνει πρὸς ἑαυτὴν, καί τινών ποτε κατὰ θέαν τοῦ ἀνδρὸς πορευομένων στρατιωτῶν, τὴν ὁμοίαν τούτοις ἀναβολὴν περιθεμένη, ὅλη τε πρὸς τὸ ἐκείνων σχῆμα μεταβαλοῦσα, καὶ πᾶσαν ὑπόνοιαν κλέψασα, ἐπὶ τὸν ἵππον ἀναβᾶσα συνίππευέ τε αὐτοῖς καὶ τὴν ὁδὸν εἰς τάχος διήνυεν. Ἐπειδὴ δὲ κατέλαβον τὸν περίβολον, ἀποβαίνουσι τῶν ἵππων οἱ στρατιῶται, καὶ τούτους οἷα παρὰ

D 31. Verum unum me fere Symeonis factum præteriisset. Mulierem sanctum viram coram oculis intuendi, ejusque gratia et benedictione fruendi, divina invaserat cupiditas: verum huic desiderio obicem ponebat septum oppositum, mulieribus aditum omnem præcludens. Pia matrona hoc amoris igne correpta, omnes secum vias et rationes animo agitabat. Milites interea quidam visendi Symeonis gratia capessiverunt iter: mulier simili suscepto habitu, ad omnem se illorum speciem conformavit: ad hæc omnia tuta videns, equo ascenso una cum eis equitando viam celeriter confecit. Ad septum ubi perventum est, ex equis descendentes, eos milites mulieri tanquam uni commilitonum committunt, cum nondum mulierem esse manifestum esset.

Illa depositum libens apud se asservandum suscepit, parem gratiam ab illis consequi volens; ita enim cum iis paciscebatur, ut suum vicissim equum illorum fidei committeret, posteaquam a Symeonis aspectu reduces reversi essent : ea illi unica erat cura, eo omnes cogitationes suas dirigebat, ut viri sancti conspectum obtineret, ejusque benedictione frueretur. Verum nuntiquam ei contigit ut votis suis potiretur: posteaquam enim milites ad Symeonem pervenissent et voti jam essent compotes, tum sic ad eos divinus Symeon : Unus quidem vestrum, ait, relictus est, ad quem cum perveneritis, nuntiate ei in hæc verba : Mentis tuæ oratio ad aures Domini pervenit (29) ; jam Dominus Deus, qui intima cordis desideria et cogitationes perscrutatur, benedictionem tibi suam impertitus est : ejus consecutus benedictionem et summa votorum, nihil necesse erit huc venias. His ab admirabili Symeone dictis, milites septo egressi non minus sancti viri alloquium obstupuerunt, quam foris relicti commilitonis admirati sunt virtutem (adhuc enim militis nomine indigitabant, quam nondum mulierem esse subodorabantur) : tanto enim tamque beato ore deprædicatum nonnisi eximiis virtutum ornamentis decoratum esse credebant. Foras igitur egressi jussa continuo, quæ in mandatis habebant, nuntiarunt; tum variis interrogationibus beatam matronam fatigarunt, et quænam esset, et unde tantis virtutum meritis ornata. Neque enim ullo pacto, addebant, mellifluum illud et suave os, beata illa Symeonis lingua tam honorificam tui mentionem fecisset, nisi latens aliquis virtutum thesaurus in te esset reconditus. Tum illa, cognito quod nihil rerum suarum virum sanctum lateret, animi sui arcana viris illis vel invita detexit, dicens in hæc verba: Me quidem, fratres, pridem ingens sanctum virum coram aspiciendi, et quæ in eo insunt Spiritus dona et gratias oculis cernendi occupavit desiderium ; cum vero vallum oppositum mulieribus nequaquam ingredi liceret, æquum judicavi sexum occultare (mulier enim sum) ejusque contuitum arte assequi : verum cum latere non possim eum qui etiam occultorum est cognitor, lubens hinc recedam, neque mandato huic refragabor, jam enim benedictionem obtinui ; neque quia latui, sed quia deprehensa sum, gratiam quam volui impetravi. His dictis a proba illa muliere, multo magis admirati sunt virum milites, et in suam quique ditionem reversi sunt.

A τινι τῶν συστρατιωτῶν τῇ γυναικὶ καταλείπουσι· οὕπω δῆλον ὂν ὡς εἴη γυνή. Ἡ δὲ τὴν παρακαταθήκην ἑτοίμως ἐδέξατο, τῶν ἴσων καὶ αὐτὴ τυχεῖν παρ' ἐκείνοις ἐθέλουσα, καὶ τὸν οἰκεῖον πάλιν αὐτοῖς παρακαθέσθαι ἵππον, ἐπειδ' ἂν θεασάμενοι τὸν ἅγιον ἀνασωθέψωσι· μελέτη γὰρ ἦν αὐτῇ τὸ πρᾶγμα διηνεκής, καὶ πρὸς τοῦτο μόνον ἑώρα, ὅπως τε ἴδοι τὸν ἄνδρα, καὶ ὅπως τῆς παρ' αὐτοῦ εὐλογίας ἀξιωθείη. Ἀλλ' οὐκ ἐξεγένετο ἀπολαῦσαι αὐτῇ τῆς ἐπιθυμίας· ἐπειδὴ γὰρ ὡς τὸν ἅγιον ἦλθον οἱ στρατιῶται, καὶ ἔτυχον ἤδη ὧν ἐπεθύμουν· Στρατιώτης μέν εἷς ἐξ ὑμῶν, ὁ θεῖος πρὸς αὐτοὺς ἔφη Συμεών, ὑπελείφθη· ὑμεῖς δὲ ἐπειδ' ἂν πρὸς αὐτὸν ἐπανέλθητε, εἴπατε τοῦτο, ὡς Ἡ τῆς ψυχῆς σου προσευχὴ εἰς τὰ ὦτα τοῦ Κυρίου ἀνέβη, καὶ ηὐλόγησέ σε Κύριος ὁ B θεὸς ὁ ἐξεταστὴς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας, καὶ εὐλογημένος εἶ τῷ Κυρίῳ· τὸ πέρας οὖν ἔχοντι τῆς σπουδῆς, μηκέτι σοι δείσῃ τῆς πρὸς τὰ ἐνταῦθα ὁδοῦ. Ταῦτα τοῦ θαυμαστοῦ Συμεὼν εἰρηκότος, ἐξιόντες οἱ στρατιῶται τοῦ περιβόλου κατεπλήττοντο μέν τῆς προρρήσεως τὸν ἄνδρα, ἐθαύμαζον δὲ τὸν ὑπολειφθέντα στρατιώτην τῆς ἀρετῆς (ἔτι γὰρ στρατιώτην ἠξίουν καλεῖν, τῷ μήπω γενέσθαι δῆλον ὡς εἴη γυνή) τὸν γὰρ τοσαύτης εὐφημίας παρ' οὕτω μεγάλης καὶ μακαρίας γλώττης ἠξιωμένον, πῶς οὐχὶ καὶ μεγάλοις κατορθώμασι κεκοσμῆσθαι νομίζειν ἐχρῆν ; Ἐπειδὴ τοίνυν ἐξῆλθον τοῦ περιβόλου ἀπαγγέλλουσι μὲν ἅπερ εἶπεν ἐπετράπησαν, πολλὴ δὲ πρὸς τὴν μακαρίαν ἐκείνην κέχρηνται τῇ δείσει, τίς τε εἴη καὶ ὅ τί ποτέ ἐστι τῶν αὐτῆς κατορθωμάτων C τὸ μέγεθος διελῶσαι. Οὐδὲ γὰρ ἂν πάντως, ἔλεγον, τὸ μελιχρὸν ἐκεῖνο καὶ ἡδὺ στόμα, ἡ μακαρία τοῦ Συμεὼν γλῶττα, διὰ πολλῆς σε οὕτω τῆς μνήμης ἤγεν, εἰ μή τις λανθάνων πλοῦτος ἀρετῶν ἐν σοὶ τεθησαύριστο. Ἡ δὲ γνοῦσα ὡς ἄρα τὸν ἅγιον κατ' αὐτὴν οὐδὲν ἐλελήθει, ἀνακαλύπτει τοῖς ἀδράσι, καὶ μὴ βουλομένη, πάντα, φησί· Ἐμὲ μέν, ἀδελφοί, πολὺν χρόνον θεῖος εἶχεν ἔρως κατὰ θέαν τοῦ ἀνδρὸς ἀφικέσθαι. καὶ τῆς ἐν αὐτῷ τοῦ Πνεύματος χάριτος αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἀπολαῦσαι· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐφεῖτο γυναικὶ ξὺν ἐπιβαίνειν τοῦ περιβόλου, δέον ᾠήθην κρύψαι τὴν φύσιν (εἰμὶ γὰρ γυνή), καὶ τὴν θέαν σοφίσασθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ γνώστης κρυφίων ὁ ἀνήρ, καὶ οὐδὲ οὕτω λαθεῖν ἔξεστιν, ἄπειμι λοιπόν, καὶ οὐκ ἀντιφθέγγομαι τῷ προστάγματι· ἠξίωμαι γὰρ ἤδη τῆς εὐλογίας, οὐ δι' ὧν ἔδοξα λαθεῖν, ἀλλ' ἀφ' D ὧν ἑάλων, τῆς χάριτος ἀπολαύσασα. Τοιαῦτα τῆς χρηστῆς ἐκείνης γυναικὸς διεξελθούσης, ἐπὶ πλέον θαυμάσαντες τὸν ἄνδρα οἱ στρατιῶται, πρὸς τὰ οἰκεῖα ἕκαστος ἐπανῆεσαν.

(29) Disparem eventum similis consilii, sed cum aliqua (ut apparet) temeritate et procacitate suscepti, refert sanctus Gregor. Turon. *De gloria confess.* cap. 26, ubi de sancto Symeone agens ita scribit: « Postquam vero columnæ editiori se sanctitate fervens invexit, non modo extraneæ mulieri, verum etiam nec propriæ matri se videndum permisit. Et nunc etiam locum ipsum ab hujus sexus defensat accessu. Nam ferunt, quamdam mulierem indutam fuisse veste virili, et in basilicam ingredi voluisse columnæ. Tractavit secum misera, agere posse per indumentum, quod latere posset Altissimum, ignorans illud Apostoli, « quia Deus non irridetur; » et licet ibi veniens ad templum erexit pedem, ut sanctum ingrederetur limen, tamen protinus retrorsum ruens cecidit, et mortua est : satisque fuit populis, ne hæc ultra mulier ulla præsumeret, cum in istam cerneret ultionem pessime irrogatam. » Ado quoque Viennensis in *Martyrologio*, Notkerus, et quædam mss. sub Bedæ nomine, idem referunt.

CAPUT IX.

Antiochi latronis conversio, pia mors.

λβ'. Καὶ τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον. Ἐκεῖνο δὲ τίς ἂν παρῆραμεῖν ἐθελήσειεν ; Λῃστὴς ἦν, καὶ λῃστῶν ὁ χαλεπώτατος καὶ μιαιφονώτατος, Ἀντίοχος ὄνομα, τὴν ἐπωνυμίαν Ἀγόνατος. Οὗτος ἦρχε μὲν λῃστρικοῦ στίφους, ἐκράτει δὲ οὐ μᾶλλον τῶν ἀρχομένων τῇ βουλῇ ὅσον τῇ τῆς χειρὸς τόλμῃ καὶ τῷ τῆς ψυχῆς θράσει, καὶ τῇ περὶ τοὺς κινδύνους ἀπονοίᾳ. Οὕτω γὰρ σώματος εἶχε ῥώμης καὶ ταχείας ποδῶν, καὶ τοσοῦτο τούτοις ἐθάῤῥει, ὡς καὶ πολυανθρωποτάτοις κώμαις καὶ αὐτοῖς δήπου τῆς Ἀντιοχείας προαστείοις ἐπιφοιτᾷν, καὶ ταῦτα λῃΐζεσθαι· εἰ δέ ποι καὶ ἵππων ἐπιβῆναι δεήσοι, θηλειῶν ἐπέβαινε διὰ τὸ τάχος. Τοῦτον ἐπειδὴ πολὺς ἦγεν ἡ φήμη, ἀναίδην οὕτω τῇ λῃστείᾳ χρώμενον, ἐνήδρευον αὐτὸν πολλοί, καὶ οἱ κολάζειν τοὺς ἀτακτοῦντας ἐπιτετραμμένοι, ὥστε τὸν Ἀντίοχον συλλαβεῖν περὶ παντὸς ἐποιοῦντο. Ἐν πανδοχείῳ γοῦν ποτε καταλύσας, ὁ μὲν περὶ ποτοὺς εἶχε καὶ μέθας, στρατιωτῶν δὲ στίφος πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἀνδράσι πληρούμενον, καιρὸν δὴ τοῦτον ἐπιτήδειον τῆς ἐκείνου συλλήψεως οἰηθέντες, περιίστανται πάντοθεν τὸ πανδοχεῖον· ὁ δὲ ὡς ἤσθετο τῆς ἐπιβουλῆς, οὔτε τῷ τῆς γαστρὸς φόρτῳ, οὔτε τῷ τοῦ οἴνου κάρῳ τὴν λῃστρικὴν τόλμην φανεὶς ἀτονώτερος, πνέων τε θυμοῦ ἀνίσταται, καὶ τῶν ἱματίων ὅσα φέρειν ἄχθος αὐτῷ ἦν ἐπιθεὶς τῇ ἵππῳ, ταῖς παλάμαις ἀναιρεῖται τὸ ξίφος, καὶ τοῦτο συνεχῶς ἀνατεινόμενος θυμοειδῶς ἄγαν καὶ μανικῶς μηδενὶ πλησιάζειν αὐτῷ παρηγγύα, καὶ φοβερὸς ἐξῄει. Ἄλλως τε καὶ ἡ ἵππος αὐτῷ συνεβάλλετο πρὸς κατάπληξιν μέρος οὐ μικρόν· ἐκ πολλοῦ γὰρ αὐτῇ δεδιδαγμένον, λάξ τε τοῖς ἐμπροσθίοις ποσὶν ἐπέβαινε τῶν κατὰ πρόσωπον ὑπαντώντων, τῶν σαρκῶν τε ἥπτετο τοῖς ὀδοῦσι, καὶ ὅλως δεινή τις ἦν καταπλῆξαι τὸν προσπεσόντα, καὶ εἰς ἔσχατον ἐμβαλεῖν. Τούτοις τοιγαροῦν τὸ τῶν στρατιωτῶν πλῆθος διαταράξας, ἄλλως τε καὶ τὴν οἰκείαν φήμην προοδοποιοῦσαν ἔχων, καὶ τὰ πολλὰ συγκατεργαζομένην αὐτῷ, καὶ πρὸ τῆς ἐκείνου θέας φόβον τοῖς πολλοῖς ἐμποιοῦσαν, τὸν ἔσχατον κίνδυνον διαφεύγει· καὶ τῆς ἵππου ἐπιβάς, οἷά τις ἄλλος λῃστὴς ἐπὶ τὸν ἐν τῷ στύλῳ προσηλωμένον καταφεύγει· ἤδει γὰρ αὐτὸν μαθητὴν ὄντα τοῦ σταυρωθέντος ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς σωτηρίας. Καὶ ταῦτα λῃστὴς ὤν, καὶ, Σῶσον ψυχὴν ἀπολλυμένην, ἅγιε τοῦ Θεοῦ, σῶσον, κοπτόμενος καὶ ἀλγῶν πόῤῥωθεν ἐλεεινῶς ἐβόα· οἴ μοι, τίς ἔσται μοι καταφυγή ; τίνα σωτῆρα τῶν κακῶν ἐξευρήσω ; οἴχεται πᾶσα σωτηρίας ἐλπίς, οὐδὲ τὴν θεραπείαν ζητεῖν ἔτι μοι λείπεται· μυρίων θανάτων ἐγὼ διὰ τὸ συνειδὸς ἄξιος. καὶ οὐ τούτους ἐγὼ δέδοικα, εἰ καὶ πολλάκις ἀποθανεῖν ἔξῃ. Τί γὰρ ὁ διὰ ξίφους ἐμοὶ θάνατος φοβερόν ; τί δὲ τοσοῦτον εἰς τιμωρίαν τοῦ παρόντος μόνον στερηθῆναι φωτὸς τῷ τούτου πολλοὺς ἀπαλλάξαντι, καὶ ὁμοφύλοις καθ' ἑκάστην αἵμασι λυομένῳ ;

32. Et hoc quidem miraculum tale. Quis autem prætereat quod deinceps narratum eo? Latro omnium prædonum longe crudelissimus, et maxime sanguinolentus (30), Antiochus nomine, cognomento Agonatus, sicariorum cohorti præerat, et non magis consilio quam virium robore et animi audacia subditis imperitabat atque insigni in adeundis periculis temeritate. Tantum enim corporis robore, et pedum celeritate pollebat, itaque iis fidebat, ut populosissimos pagos, etiam ipsa Antiochiæ urbis suburbia invadere ac diripere non dubitaret. Si quando equo vehi necesse erat, equas ob majorem celeritatem conscendebat. Hunc postquam multorum fama vulgavit, nullo prohibente vitæ prædatoriæ operam dantem, multi illi insidias struxerunt, tum potissimum quibus flagitiosos puniendi cura commissa est, Antiochum comprehendere totis viribus adnisi sunt. Cum aliquando in hospitio moraretur, ibique potaret, militum cohors quinquaginta supra centum, hoc idoneum ad eum capiendum tempus rata, domum undique circumdant. Hic vero ut sensit insidias, neque ventris onere, neque vini veterno quidquam de prædatoria audacia remittens, iracundia æstuans exsurgit, indumentorum sarcina quanta potuit festinatione equæ imposita, manu gladium educit, eoque assidue in aere instar furiosi et dementis vibrato, nemini sibi appropinquandi fecit licentiam; totusque adeo formidabilis hospitio egreditur. Et equa non parum ad terrorem incutiendum ipsi profuit; illa enim et calcibus anterioribus insiliebat in occurrentes, et dentibus mordebat, planeque sufficiens erat accedentes percellere, et magnum iis terrorem injicere. His omnibus cum militum multitudinem turbasset, habens præterea famam rerum gestarum veluti viam sibi aperientem, multumque cooperantem, ac pluribus, qui eum necdum viderant, terrorem injicientem, extremum periculum devitat : et conscenso jumento, tanquam alter latro ad Symeonem columnæ affixum confugit : noverat enim eum illius qui pro humani generis salute cruci affixus fuerat, esse discipulum. Ac tum quidem latro, totus dolore fractus, miserandum in modum eminus clamabat : Salva animam pereuntem, sancte Dei; serva, inquam, hanc animam. Eheu ! quod mihi erit refugium? quemnam omnis mali depulsorem inveniam? omnis abiit salutis spes : neque mihi curationem ultra quærendi tempus reliquum est : mille mortibus ob malefactorum conscientiam dignus sum : neque eas reformido, licet sæpius mori liceret, Quid enim quæ ferro conscisciturmors formidabile habet? Quantulum hoc supplicii est, semel præsenti solum luce privari, ei qui multis vitam ademit, seque quotidie contribulium sanguine polluit? Ve-

(38) Ἀγόνατος, *sine genibus*. Id forte ei ex aliquo eventu cognomen adhæsit, inquit Rosweydus.

rum ignis ille inextinguibilis, et cruciatus perpetuus, mihi timorem incutit, adeoque perturbat, ut tantum non animi impotentiam inducat: ejus meditatione totus cohorresco, quæ intimum mihi cor lancinat; adhuc enim manus fraternum sanguinem distillant, recentes sociorum cædes adhuc animo obversantur. Quænam igitur mihi consolationis spes? quæ salutis via? Affer opem, serve Dei, consilii omnis inopi; porrige manum animæ in extremum interitus discrimen adductæ.

33. Hæc et similia dum coram sancto viro lamentatur, vehementer eum ad suarum commiserationem calamitatum commovit; qui et antequam sermonem ordiretur, intimi cordis pœnitudinem intuebatur. Condolens itaque latroni, magna verborum humanitate animum ejus recreare cœpit, ac bene sperare jussit. Dum hæc ita agerentur, milites eum non amplius latronum, sed supplicum more manus in altum protendere conspicientes, crudelissime eum ad supplicium deposcunt; usque adeo, ut apud sacrum caput incredibili ausu, non convenire dicerent, neque esse humani judicii, viro qui propria manu tot homines interfecisset, auxiliari. At tranquillum illud ac mansuetum os parvi longas eorum nugas faciens, ita fatur: Qui peccatorum semper pœnitentiam cupit, idem et hunc in perditionis jam barathrum ruentem, præter omnem spem, incolumem servans huc perduxit, non ego. Quomodo igitur quispiam, quem ipse propriis manibus advocavit, eumdem tortorum manibus tradat? Militum illa manus his auditis recessit, viri enim virtutem et ipsi verebantur, licet toto impetu in Antiochum ferrentur. Ipse vero Antiochus pronum se in terram jactat, calidas fundens lacrymas, et amare suspirans. Magno denique affectu, instar latronis in crucem cum Christo acti, et pœnitudinem ostendens animi, noxas Deo aperiebat: sed facinorum multitudo omnem illi ad divinæ clementiæ nutum præcludebat accessum. Verum dum sequestro bono utitur, divini Symeonis precibus, brevi et ipse delictorum veniam obtinuit. Itaque vox cœlitus audita sacri oris suffragium confirmavit, acceptam nempe esse latronis pœnitentiam, simulque vitæ exitum ei imminere et instantem ad communem omnium Dominum discessum promittens, et hoc signum satis idoneum divinæ erga ipsum benignitatis præbens. Cum igitur et hæc ipsa latronis auribus, insonarent, ad pœnitentiæ ducem se convertit, illique inusitatam vocem narrat. Dum verba adhuc inter labra cunctantur, Antiochus manus attollens in cœlum hæc in verba prorumpit: Domine Jesu Christe, inquit, Fili Patris principio carentis unigenite, qui non justorum gratia, sed pro peccatorum pœnitentia venisti, suscipe spiritum meum; et simul hunc in modum orantem e vestigio vita defecit, et manifesta viro admirabiliter venia indulgetur. Quapropter ingens omnes tenuit admiratio et communis pœnitudo populi animos occupavit: theatrum ipsum partim lacrymis, partim voluptate perfundebatur:

A εἰ μὴ τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ ἄσβεστον καὶ ἡ διηνεκὴς ἠπείλητο βάσανος, ὁ με καὶ φοβεῖ, καὶ ταράττει, καὶ εἰς ἀμηχανίαν ἐμβάλλει· ὃ καὶ δέδοικα ἐννοῶν, καὶ ὃ μέσης αὐτῆς ἅπτεταί μου τῆς καρδίας· ἔτι γὰρ αἱ χεῖρες ἀδελφικοῦ μου στάζουσιν αἵματος· ἔτι μου τοὺς ἐμφυλίους φαντάζεται φόνους· ποία οὖν παραμυθίας ἐλπίς; ποία μοι σωτηρίας ὁδός; Γενοῦ μοι βοηθὸς ἀπορουμένῳ, δοῦλε Θεοῦ, καὶ ὄρεξον χεῖρα ψυχῇ πρὸς ἔσχατον ἀπωλείας κατενεχθείσῃ.

λγ'. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα προσανακλαιόμενος τῷ ἁγίῳ, ἔλεον αὐτῷ τῶν οἰκείων συμφορῶν ἐμποιεῖ, καὶ δῆτα ὁ καὶ πρὸ τῶν ἐκείνου λόγων τὴν ἐν τῷ βάθει τῆς καρδίας μετάνοιαν ἐνορῶν, συνήλγησε τῷ λῃστῇ, ῥήμασί τε αὐτὸν ἀνελάμβανε φιλανθρώποις καὶ χρηστὰς ὑπέτεινε τὰς ἐλπίδας. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα B τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον, τὸ στρατιωτικὸν ἐκεῖνο ἐπισταντες, ὡς οὐκέτι λῃστηρίους ἐκείνους, ἀλλ' ἱκεσίους χεῖρας ἔφερε, θρασύτατα τοῦτον εἰς τιμωρίαν ἐζήτουν, καὶ οὕτω σφόδρα ὡς καὶ πρὸς αὐτὴν δήπου τὴν ἱερὰν ἀποθρασύνεσθαι κεφαλήν, καὶ μὴ δεῖν φάναι, μηδὲ γνώμης εἶναι φιλανθρώπου, τοσούτων αὐτόχειρι φόνων ἀνδρὶ βοηθεῖν. Τὸ μέντοι γαλήνιον ἐκεῖνο στόμα καὶ πρᾶον, μικρὰ τῶν μακρῶν ἐκείνων λήρων ῥοντίσας, Ὁ τὴν μετάνοιαν, φησὶ, τῶν ἁμαρτανόντων θέλων ἀεί, οὗτος καὶ τοῦτον τῷ βαράθρῳ τῆς ἀπωλείας καταπεσόντα παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀνασωσάμενος ἐνταῦθα ἤγαγεν, οὐκ ἐγώ. Πῶς ἄρά τις τοίνυν, ὃν ἐκεῖνος χερσὶν ἰδίαις ἀνεκαλέσατο, τοῦτον ὀλιδόντων χερσὶ παραδοίη; Τὸ δὲ τῶν στρατιωτῶν ἐκεῖνο στῖφος τούτων ἀκούσαντες, τότε μὲν ὑπεχώ- C ρησαν· ἠδείσαν γὰρ ἀνδρὸς ἀρετὴν αἰδεῖσθαι καὶ οὗτοι, κἂν εἰ καὶ τῷ παντὶ θυμῷ κατὰ τοῦ Ἀντιόχου ἐφέροντο. Ὁ μέντοι Ἀντίοχος πρηνὴς ῥίπτων ἑαυτὸν, καὶ θερμὰ δάκρυα προχέων, καὶ πικρὸν κάτωθεν στενάζων, καὶ ὅλως πολλὴν τὴν θερμότητα κατὰ τὸν ἐν τῷ σταυρῷ λῃστὴν καὶ μετάνοιαν ἐνδεικνύμενος, ἐξωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ τὰ πλημμελήματα· καὶ εἴργετο μὲν τῷ πλήθει τῶν τετολμημένων πρὸς τὴν τῆς φιλανθρωπίας ῥοπήν. Μεσίτῃ δὲ ὅμως χρηστῷ τῇ τοῦ θείου Συμεὼν προσευχῇ χρώμενος, ταχὺ παρ' αὐτοῦ καὶ οὗτος λαμβάνει τὴν ἄφεσιν. Καὶ τὴν τῆς ἱερὰς γλώττης ἐκείνης ψῆφον φωνὴ ἄνωθεν ἐπεκύρου θεία, προσδεχθῆναι μὲν λέγουσα τοῦ λῃστοῦ τὴν μετάνοιαν, κατὰ πόδας δὲ τὸ τοῦ βίου τέλος αὐτῷ, καὶ τὴν πρὸς τὸν κοινὸν ἁπάντων Δεσπότην ἐκδημίαν D παρεγγυῶσα, καὶ τοῦτο τεκμήριον ἱκανὸν τῆς ἐκείνου πρὸς αὐτὸν εὐμενείας παρεχομένη. Περιηχηθείς οὖν ταῦτα καὶ ὁ λῃστὴς, πρόσεισι τῷ τῆς μετανοίας ὁδηγῷ, καὶ τὴν ξένην αὐτῷ ἀκοὴν καταλέγει· ἔτι δὲ περὶ τὰ χείλη τῆς διηγήσεως στρεφομένης, εἰς οὐρανοὺς τὰς χεῖρας ἀνασχὼν ὁ Ἀντίοχος· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, φησί, Παῖ μονογενὲς ἀνάρχου Πατρός, ὁ μὴ δικαίοις ἐλθὼν, ἀλλὰ ἁμαρτωλοῖς εἰς μετάνοιαν, δέξαι τὸ πνεῦμά μου· καὶ μετὰ τῆς προσευχῆς εὐθέως αὐτὸν καὶ ἡ ψυχὴ ἀπολείπει, καὶ φανερὰ τῷ ἀνδρὶ παραδόξως ἡ ἄφεσις δίδοται. Θάμβος οὖν ἐπὶ τούτῳ πάντας εἶχε, κοινή τε μετάνοια κατέσχε τὸν δῆμον, καὶ ἡδονῇ τὸ θέατρον καὶ δά-

χρυσιν ἐμερίζετο· τὰ μέν γε ἦν τῆς μετανοίας, ἡ δὲ τῆς ἀφέσεως· καὶ διὰ πάντων ὁ ἐπὶ πᾶσιν ὑμνεῖτο Θεὸς, καὶ σωτὴρ ὁ ἐκείνου θεράπων ἀνεκηρύττετο. Ὡς δὲ ταῦτα ἡ ἄνωθεν ᾠκονόμει Πρόνοια, καὶ τὸν μέγαν ἐπὶ πλέον Συμεὼν μεγαλύνουσα, καὶ τὰ τῆς μετανοίας ἅπασι πύλας εἰς τὸ τῆς σωτηρίας ἀπροφασίστως ἐρᾷν διανοίγουσα.

λδ'. Τὸ στρατιωτικὸν, ἄγνοιαν ἔχοντες τῶν γεγενημένων (πρὸς γὰρ τὸ σπουδαζόμενον ὥστε συλλαβεῖν τὸν Ἀντίοχον, ἄλλως τε καὶ τῆς τοῦ πράγματος φήμης διὰ τὸ παράδοξον οὐκ ἐξαρκούσης εἰς πίστιν, εἰ μή τις αὐτὸ καὶ γινόμενον ἴδοι), μείζονι χρησάμενοι τόλμῃ καὶ ἀναιδείᾳ, πρὸς τὸν μέγαν αὖθις Συμεὼν ἀφικνοῦνται, καὶ, Τὸν τὰ δεινότατα εἰργασμένον τὸν τὰ μέγιστα ἠδικηκότα καὶ συγγνώμης ἁπάσης μείζονα, τὸν ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις ἁλόντα κακοῖς, τὸν κοινὸν τῆς πόλεως ἀναιρέτην, παράδος ἡμῖν, ἐδόκησαν· τί καὶ τῶν κειμένων νόμων τὴν σὴν γνώμην ἄγεις προτιμοτέραν, καὶ τὸν ὑπεριδόντα τούτων, φιλανθρώπῳ συμπαθείας ὄμματι, τῆς ἐπηρτημένης τοῖς κακούργοις τιμωρίας ἐξελέσθαι φιλονεικεῖς; Ὁ δὲ μηδὲ ἐνταῦθα τῆς συνήθους πραότητος μεταβαλὼν, ἱλαρῶς οὕτω καὶ πράως αὐτοῖς ἀποκρίνεται· Ὅτι μὲν οὐκ ἐγὼ τὸν ἄνδρα μετεστειλάμην, ἀλλ' ὁ κοινὸς ἁπάντων Δεσπότης τοῦτον ἐνταῦθα ἤγαγεν, ἐγώ τε πρότερον εἶπον ὑμῖν ἤδη, καὶ νῦν γοῦν ὁ ἐκείνου τάφος ἀπαραγράπτῳ μαρτυρίᾳ τὴν ἀλήθειαν βεβαιοῦται· ὁ γὰρ αὐτὸν πρὸς μετάνοιαν καλέσας, οὗτος αὐτὸν καὶ τῶν ἐνθένδε μετέστησε, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐκ τῶν ἐπικήρων μετεκαλέσατο. Ταῦτα ἐπειδὴ ὁ θαυμαστὸς Συμεὼν εἶπεν, καὶ ὑπεδείκνυτο ἤδη καὶ ὁ τάφος αὐτοῖς, τρόμος τε τοὺς ἄνδρας ἀνυπόστατος εἶλε, καὶ χαλεπώτατα εἶχε· εἶτα πολλὰ συγγνώμην ἐξαιτησάμενοι, καὶ παρὰ τῆς μακαρίας ἐκείνης λαβόντες ψυχῆς, ἄγγελοί τε τοῦ θαύματος ἀψευδεῖς καὶ κήρυκες ἐπανῆλθαν.

A hæc enim a delictorum remissione, illa vero a pœnitentia proficiscebatur; atque ob hæc omnia laudabatur Deus ab omnibus, et salvator illius famulus Symeon celebrabatur. Sic autem hæc superna administrabat Providentia, quæ et magnum Symeonem magis extollebat, omnibusque pœnitentiæ portam ad salutem sine excusatione amplectendam aperiebat.

34. Milites eorum quæ contigerant ignari (nam in id unum, ut Antiochum comprehenderent, omnes vires conferebant; præsertim cum rumor rei gestæ propter facti insolentiam haudquaquam ad fidem faciendam sufficere videretur, nisi quis quod factum erat oculis ipse suis spectasset): itaque majori quam antea temeritate et impudentia ad magnum Symeonem accedunt, et hominem gravissimorum facinorum patratorem, qui injurias omni venia majores intulisset, in maximis sceleribus deprehensum, denique urbis universæ eversorem, magno clamore tradi sibi postulabant, ista vociferantes: Itane legibus omnibus ac decretis tuum judicium præferendum censes, eorumque contemptorem benigno ad commiserationem aspectu intueris? meritis suppliciis eximere contendis? Ille vero nihil de solita lenitate remittens hilari et mansueto vultu respondit: Quoniam non ego virum huc accersivi, sed communis omnium Dominus huc eum perduxit, quod primum ego asserui, idipsum nunc ejus tumulus indelebili veritatis testimonio confirmat: qui ad pœnitentiam eum vocavit, idem et hinc transtulit, et ad se ex humanis eripuit. His dictis, cum funus illis admirabilis Symeon coram ostenderet, omnium animos tremor incredibilis occupavit, ex quo indentem dolorem concepere, deinde erroris sui a beata illa anima venia obtenta, hujus miraculi promulgatores, ac minime fallaces præcones abierunt.

CAPUT X.

Absentia et futura divinitus cognoscit.

λε'. Ἡμῖν δὲ καὶ ναῦς ἐν τῷ τούτου τῶν θαυμάτων πελάγει φερέσθω μυριοφόρος, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἐκείνου προσευχῶν σωτηρίαν τοῖς ἐν αὐτῷ κινδυνεύουσι παρεχέσθω· χαλεπώτατον μὲν γὰρ ταύτην κλύδωνιον κατὰ μέσην ποτὲ τὴν θάλασσαν εἶχε, κατεδύετο δὲ ἤδη, σφοδρότερον αὐτῇ τῶν κυμάτων προσρηγνυμένων. Καὶ οἱ πλέοντες πάσης μὲν τέχνης, πάσης δὲ χρηστῆς ἀπογνόντες ἐλπίδος, τὸ ἔσχατον ἀλλήλους προσειπόντες καὶ ἐπιβοηθοῦντες καὶ τὸν κίνδυνον μένοντες, ὀψὲ τὴν ἐσχάτην ἄγκυραν βάλλονται, καὶ τοῦ Συμεὼν πρὸς τὸν κοινὸν Δεσπότην ἐπιμνησθέντες, ὁμοῦ τε αὐτὸν ἐπὶ στύλου εἶχον ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας δεόμενον, καὶ ὁμοῦ τούτοις ἐπὶ τῆς νεὼς πάλιν ἐπιφαινόμενον· καὶ χρηστοῦ μὲν εὐθὺς ἀπολαύουσι τοῦ πελάγους, λεπτῆ δέ τις αὔρα περιέπνει τούτους, καὶ πλήρει φερομένους τῷ ἱστίῳ διὰ σταθερᾶς τῆς θαλάσσης ἡ χέρσος ἐδέχετο.

35. Nobis in hoc miraculorum pelago navis infinita ferens proferatur, salutemque, precum ejus interventu, periclitantibus in mari præbeat. Hanc enim aliquando in medio mari gravissima procella invasit, et jam illisis ad eam magna vi fluctibus prope mergenda videbatur. Navigantes omni arte, omnique rei bene gerendæ spe deposita, postrema sibi invicem salutis verba inter amplexandum, periculum exspectantes, impertiebantur: tandem ultimam anchoram jaciunt, et Symeonis ad communem Dominum memoriam refricantes, simulque eum in columna habuerunt pro sua salute deprecantem, et simul ipsis rursus in navi apparentem: et mox mare sedatum perceperunt; nam leni mox aura afflante, plenis velis per tranquillum pelagus deducti, ad continentem pervenerunt.

36. Nec illud de eo prætereatur. Virgam aliquando e cœlo delapsam videre visus Symeon: Flagellum, inquit, nobis Deus post duos annos immittet. Jam tempus ab eo præscriptum aderat, et terra nihil omnino tulit, imbribus carens; ingens siquidem siccitas eam occuparat, et simul fames ac pestis, mala inde provenientia, quavis pœna gravius eam affligebant, hominesque amare cruciabant. Tales igitur habebat oculos mentis Symeon, ita omni terrena caligine perpurgatos, ut futura omnia quasi jam præsentia intueretur. Deinde prædixit erucarum plagam. Verum non ita in Dei ira prænuntianda celer et promptus erat, ut ad malum depellendum negligens aut impotens esset; sed eam ob causam præmonebat, ut prævisa minus nocerent: Intra enim, inquiebat, minas adhuc decreta stat pœna: solum quæ peccavimus corrigamus. Hoc vero dicebat, propriorum laborum recte facta tegens: hinc et non tam suam erga Deum fiduciam, quam illorum pœnitentiam testatam esse volebat; noverat enim se indigna passos non neglecturum, sed ita fore, ut propria interpellatione iram divini Numinis sedaret, imminensque flagellum sistere se posse confidebat. Nondum igitur triginta dies elapsi erant, cum ecce ingens erucarum circumfusa nubes parum abfuit quin totam terræ faciem occuparet. Homines neque quid boni de futuro sperarent habebant, neque vero, si quæ mali solutio futura esset, cognoscere poterant; denique de tanto reptilium periculo evadendo penitus jam desperabant, neque aliud quam præsentissimum inde exitium exspectabant, terræ fructibus partim nondum enascentibus, partim ab erucis jam consumptis. Symeon vero vix Deum erat deprecatus, cum ecce omnis erucarum copia, quæ jumentorum pabulum fere labefactaverat, extemplo consumpta est, terræ frugibus in hominum usus accommodatis nullo penitus nocumento illato.

37. Dignum quod his addatur et illud. Duæ aliquando virgæ huic invisibilium istarum rerum spectatori e cœlo deferri visæ fuerant, quarum una versus orientem solem incumbebat, altera versus aquilonem. Eam visionem Persarum et Scytharum in Romanos irruptionem indicare declaravit, et hanc visionem præsentibus narravit (31-32). Ipse vero multa lacrymarum profusione et precibus Deo supplicabat: neque prius ab oratione destitit, quam Persæ in Romanos incitati, civili inter se dissensione oborta, apparatum militarem dissolverent. Scythæ vero, cognita Persarum cunctatione, et ipsi quieverunt, neque vulgo sensum commotionis præbuerunt.

38. Talis erat admirabilis ille Symeon: ita com-

λς'. Ἀλλ' ὅπως με μηδὲ τοῦτο τῶν ἐκείνου παρέλθοι· Ῥάβδον ποτὲ τοῦ οὐρανοῦ καταφερομένην ὀξὺς ἰδεῖν, Μάστιγα, εἶπεν, ἡμῖν ὁ Θεὸς μετὰ δεύτερον ἔτος ἐπαφήσει. Ἐπῆγε τοίνυν ὁ χρόνος τὴν προθεσμίαν, καὶ ἡ γῆ μὲν οὐδὲν ἐδεδώκει στερηθεῖσα τοῦ ἄνωθεν ὕδατος, αὐχμὸς δὲ αὐτὴν κατειλήφει μέγας, καὶ λιμὸς ὁμοῦ καὶ λοιμὸς, τὰ ἐκεῖθεν τικτόμενα κακὰ, τιμωρίας τε πάσης χαλεπώτερον ταύτην ἐμάστιζον, καὶ τοὺς ἀνθρώπους πικρῶς ἐμερίζοντο. Τοιοῦτο ἦν αὐτῷ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, πάσης ἀχλύος περιγεῖου κεκαθαρμένον, καὶ ὡς παρόντα ἤδη τὰ μέλλοντα προορῶν. Εἶτα καὶ κάμπης προσβολὴν προμηνύει. Ἀλλὰ γὰρ οὐχ ὥστε μὲν ὀργὴν προεῖπεῖν, οὕτω ταχὺς ἦν καὶ πρόχειρος, ὥστε δὲ τὸ δεινὸν στῆσαι ἀμελὴς ἢ ἀδύνατος· ἀλλ' ἐπήνεγκεν, ὡς οὐδὲν μέγα λυμανεῖται· μέχρι γὰρ τῆς ἀπειλῆς ἡ βάσανος, μόνον ἐὰν ἁμαρτάνοντες ἐπιστρέφωμεν. Τοῦτο δὲ εἶπεν, τῶν οἰκείων πόνων κρύπτων τὰ κατορθώματα· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῆς ἐκείνων μετανοίας, οὐ τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίας, τὸ πρᾶγμα ἐτίθετο· ᾔδει γὰρ ὡς οὐ περιόψεται αὐτοὺς κακῶς πάσχοντας, ἀλλὰ τῇ οἰκείᾳ πρὸς τὸν Δεσπότην ἐντεύξει κοιμήσειε λοιπὸν τὴν ὀργὴν, καὶ στήσει κατ' αὐτῶν ἐπανατεινομένην τὴν μάστιγα. Οὔπω τοίνυν τριάκοντα τὸ ἀπ' ἐκείνου παρῆλθον ἡμέραι, καὶ κάμπης πολύ τι νέφος περιχυθὲν μικροῦ δεῖν τὸ πρόσωπον ἅπαν ἐπέσχε τῆς γῆς. Καὶ οἱ μὲν ἄνθρωποι οὐδὲ ὑπὲρ τῶν μελλόντων θαῤῥεῖν εἶχον, οὐδὲ εἰδέναι σαφῶς εἴ ποτέ τις ἔσται τοῦ κακοῦ λύσις· ἀμέλει καὶ ἑαυτοὺς ἀπεγίνωσκον, ὡς οὐ τὸν ἐκ τῆς κάμπης κίνδυνον διαδράσοντας, ἀλλὰ κακῶς ἀπολουμένους, καρπῶν, τῶν μὲν οὐδὲ ἀναφύντων, τῶν δὲ ὑπὸ τῆς κάμπης ἀναλωθέντων. Ὃ δὲ χρῆται τῇ πρὸς τὸν Θεὸν δεήσει, καὶ ἡ κάμπη εὐθὺς ἐκ ποδῶν, τὸν τῶν ἀλόγων χιλὸν βραχέα λυμηναμένη, τῆς γε μὴν τῶν ἀνθρώπων τροφῆς οὐδ' ὅπως οὖν ἁψαμένη, οὐδέ τι βλάβος αὐτοῖς ἐμποιήσασα.

λζ. Τούτοις ἄξιον ἐκεῖνο προσθεῖναι· Δύο ῥάβδοι ποτὲ τῷ τῶν ἀθεάτων τούτῳ θεατῇ ἐξ οὐρανοῦ καταφερόμεναι ὤφθησαν· ὧν ἡ μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἐπέσκηπτεν ἥλιον, ἡ δὲ πρὸς βορρᾶν. Πέρσας δὲ ἄρα καὶ Σκύθας κατὰ Ῥωμαίων στρατεύειν παρεδήλου τὰ τῆς θέας· καὶ τὴν μὲν ὄψιν διηγήσατο τοῖς παροῦσιν. Αὐτὸς δὲ δάκρυσι καὶ παρακλήσεσι καὶ ἱκετείαις τὸ θεῖον ἐξελιπάρει· καὶ οὐ πρότερον ἀνῆκε δεόμενος, ἕως οὗ οἱ κατὰ Ῥωμαίων κινηθέντες Πέρσαι μὲν στάσει τινὶ ἐμφυλίῳ εἰς ἀλλήλους διελύσαντο τὴν παρασκευὴν, τὸ δὲ Σκυθικὸν, τὴν τῶν Περσῶν συστολὴν μαθόντες, ἡρέμησαν καὶ αὐτοὶ, καὶ οὐδὲ αἴσθησιν παρέσχον τοῖς πολλοῖς τοῦ κινήματος.

λη'. Τοιοῦτος ἦν ὁ θαυμάσιος οὗτος, καὶ οὕτω

(31-32) Aliter Theodoretus, « In terram autem orientalem cadebant et occidentalem. » Baronius hæc ad annum 420 refert, quando mortuo Isdigerde successor Vararanes fœdus rupit, malo suo. At non tum in exordio ipso sopitum est ob civiles dissensiones bellum, ut patet ex iis quæ narrat Socrates lib. VII, cap. 18, quod hic S. Symeonis precibus factum scribit Theodoretus et Metaphrastes. De regibus Persarum Isdigerdem et Vararanem secutis vide Agathiam lib. IV et Petrum Teixeiram lib. I *de Reg. Pers.*

τῆς κοινῆς ἁπάντων ἐφρόντιζε σωτηρίας, ἀλλὰ μὴν A munem omnium salutem curabat, ut nec singulorum
οὐδὲ τῆς καθ' ἕκαστον ἠμέλει. Ἀλλὰ καὶ ταῦθα προ- etiam negligeret. Sed et hic prænuntius ac vates
θεωρὸς ἦν καὶ προάγγελος. Οἶδεν ὁ ἀρχιερεὺς Θεο- fuit. Novit id Theodoretus episcopus, cujus jam
δώρητος, οὗ πρότερον ἦδη φθάσαντες ἐπεμνήσθημεν. antea mentionem fecimus. Vehementer (33) is a
Ἐπολεμεῖτο μὲν γὰρ ὑπό τινος ἰσχυρῶς· καὶ πολὺς quodam oppugnabatur, unde et mœrorem contra-
ἦν ἀλύων καὶ σφόδρα τῆς ἐπιβουλῆς ἐδυσχεραίνετο. hebat, et accusationem graviter ferebat. Postquam
Ἐπειδὴ δὲ πάντα κάλων κινῶν, τὸ ᾀδόμενον, vero omnibus, ut proverbio decantatur, rudentibus
οὐδὲν χρηστὸν ἀπέλαβεν ἐκείνου τοῦ πόνου, πρὸς τὸ contenderat, neque ullum ex labore fructum se
τῶν ἐλπίδων κεφάλαιον τὸν θαυμαστὸν Συμεὼν κατα- consequi videbat, tum ad admirabilem Symeonem,
φεύγει, καὶ τούτῳ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπιτρέπει. tanquam ad omnis spei caput, confugit, eique ne-
Ὁ δὲ ψυχαγωγίαις τε ἄλλαις αὐτὸν ἀνελάμβανεν gotium omne suum committit. Ille mœrentem ani-
ἀθυμοῦντα, καὶ γενναίως φέρειν τοὺς πειρασμοὺς mum consolatione recreat, calumnias ferendas mo-
ὑπετίθει, παράγων ἐκ τῶν θείων Γραφῶν καὶ δεικνὺς net, etiam ex sacris paginis ostendens, quantum ex
ὅσον τὸ τῶν πειρασμῶν κέρδος ἐστίν· εἶτα tentationibus lucrum proveniat: deinde, paululum
μικρὸν διαλιπών· Σὲ δὲ καὶ ἀλλως εὐχαριστεῖν, moratus: Te vero etiam Deo, inquit, gratias quam
εἶπε, φίλτατε, χρή· μετὰ γὰρ πέντε καὶ δέκα ἡμέρας B potes maximas agere oportet, carissime; post quin-
οἰχήσεται μὲν ὁ πόλεμος, ταχέως δὲ σὺ τὸν κολο- decim dies tuus morietur adversarius: tum demum
φῶνα τῶν κακῶν διακρούσῃ. Τοσοῦτος τοίνυν ἡμε- omnem hanc procellam a te repelles. Eo igitur
ρῶν ἀριθμὸς ἠνύετο, καὶ καταστρέφει μὲν ἐκεῖνος dierum numero absoluto, vitam ille cum morte
τὸν βίον· ὁ δὲ πραγμάτων ἐκτὸς καὶ ζάλης καθί- commutavit; hic vero extra omnem tempestatem in
σταται, τοῖς ὑπὸ τοῦ ἁγίου εἰρημένοις τῆς θείας ψή- tranquillo constitit, divini Numinis suffragio S. Sy-
φου τὸ πέρας ἐπενεγκούσης. meonis verbis terminum statuente.

CAPUT XI.

Theodosium et Danielem monachos ad sanctiora hortatur; barbaris varie opitulatur.

λα'. Ὑπὸ γοῦν τῆς θεοφόρου ταύτης γλώττης ἀρ- 39. Theodosius (34) quoque magnus sacræ hujus
δόμενος καὶ ὁ μέγας ἐξήνθησε Θεοδόσιος· Θεοδόσιος linguæ eloquio irroratus efflorui: Theodosius, in-
ἐκεῖνος τὸ τῶν ἀσκητικῶν ἀγώνων καὶ τῆς ποιμαν- quam, ille spiritualium exercitationum, necnon
τικῆς σοφίας κεφάλαιον. Οὗτος ἄρτι τὸν τῆς ἀρετῆς pastoralis sapientiæ summa et caput. Ille nuper
ἔρωτα ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς θαλάμοις διαθερμαίνων, virtutis amorem in intimo mentis thalamo foverat,
μήπω δὲ εἰς πυρσὸν ἀναφθέντα ἔχων, πρόσεισι τῷ C nondum tamen in flammam accensum habebat:
κοινῷ τῆς σωτηρίας μυσταγωγῷ, καὶ προσπελάσας communem salutis mystagogum accedit, atque ad
τῷ στύλῳ, πρὶν ἤ τινα τοῦ στόματος προέσθαι φω- columnam propius accedens, priusquam ex ore ali-
νήν, Εὖγε ἥκεις, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ Θεοδόσιε, ἄνωθεν quam emitteret vocem, ita ab admirando Symeone
παρὰ τοῦ θαυμαστοῦ Συμεὼν ἀκούει. Καὶ ὁ μὲν compellatur: Bene venisti, vir Dei Theodosi. Tum
ἐπὶ τῇ τῆς οἰκείας κλήσεως προγνώσει καταπλαγείς, proprii nominis præcognitione stupefactus, quod
ὅτι μὴ πώποτε πρότερον εἰς γνῶσιν ἐλθὼν τῷ ἀν- cum nundum in viri notitiam venisset, quasi multo
δρί, ὁ δὲ ὥσπερ αὐτῷ πολὺν συγγενόμενος χρόνον tempore cum illo habitasset, ita proprio nomine ap-
οὕτως ὀνόματι παρ' αὐτοῦ ἐκαλεῖτο, προσήρεισε pellaretur: Itaque capite terræ admoto, benedictio-
τὴν κεφαλὴν τῷ ἐδάφει, καί τινα παρ αὐτοῦ εὐλο- nem sibi dari postulavit. Cujus petitioni non tan-
γίαν ἐζήτει. Καὶ ὃς οὐ τὴν αἴτησιν ἐξεπλήρου tum satisfecit Symeon, sed et ad se sursum ascen-
μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς αὐτὸν ἀναβαίνειν ἐπέτρεπεν. dere jussit, ad ascetica certamina ad se venientem
Ἀναβάντα τοίνυν τὸν Θεοδόσιον ἱκανῶς τε πρὸς τοὺς excitavit: et, Amice, inquit, Theodosi, cum gaudio
ἀσκητικοὺς ὑπαλείφει ἀγῶνας, καὶ, Ὦ φίλε, προστί- iter arripe; a Domino gressus tui dirigentur. Neque
θησι, Θεοδόσιε, τὴν ὁδὸν χαίρων πορεύου· παρὰ Κυ- vero huc usque stetit sermonem, sed et futura ita
ρίου γὰρ κατευθυνθήσεταί σου τὰ διαβήματα· εἶτα D prædixit, ut quod ad magnam virtutem perventurus
οὐ μέχρι τούτου τὸν λόγον ἵστησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ esset, multosque sæculari vanitate implicitos ad
μέλλοντα αὐτῷ προσημαίνει, ὡς ἐπὶ μέγα τε ἀρετῆς monasticam vitam inducturus; denique quod ho-
ἥξοι, καὶ ὡς πολλοὺς τῶν τὴν κοσμικὴν ταύτην μα- minum gregi præficiendus; quod ad eximiam ma-
ταιότητα περικειμένων πρὸς τὸν μοναδικὸν μεταστή- gnitudinem virtutisque excelsitam perventurus;
σοι βίον, ὡς λογικοῦ τε ἀφηγήσοιτο ποιμνίου, καὶ quod plures suorum laborum imitatores effecturus,
ὡς εἰς μέγεθος ἐκεῖνο καὶ ἀρετῆς ὕψος προέλθοι, et Deo oblaturus esset. Hæc omnia admirabilis ille
καὶ ὡς πολλοὺς τῶν οἰκείων πόνων μιμητὰς ἀπερ- Symeon Theodosio prædixit, quæ num postea eve-
γάσοιτο, καὶ θεῷ προσενέγκοι. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ nerint, qui illius Theodosii vitam legerit, sciet.
θαυμάσιος Συμεὼν τῷ μεγάλῳ προειρήκει Θεοδοσίῳ· τὰ δὲ εἰ καὶ χρόνῳ ὕστερον ἐξέβη, ὁ τῷ ἐκείνου Βίῳ
ἐντυχὼν εἴσεται.

(33) **Multa perpessus ab adversariis Theodoretus, quæ recensentur a Baronio, tom. V et VI.**

(34) **XI Januar** (*infra col.* 456) **sancti Theodosii Cœnobiarchæ vitam dabimus, ubi hæc ipsa narrantur, dicunt urque accidisse sub finem vitæ Marciani imperatoris.**

40. Prodeat in medium Daniel (35), qui idem cum Symeone suscepit certamen, ejusque propheticæ linguæ in se charismata patefaciat. Adhuc enim sub magistro et pastore asceticæ concertationis labores exercebat Daniel, et ingens eum desiderium invasit ascendendi columnam, et cum Symeone coram agendi. Aliquando igitur cum magistro suo ad Symeonem cum pervenisset, ambos maxime rogavit, hunc quidem, ut sibi columnæ ascensum permitteret; dein magistrum, ut sibi ascensum annueret. Utriusque fit compos voti, columnam enim libere ascendit. Quem dum Symeon convenienter venientem excipit, Confortare, ait, et virum te præbe, fili Daniel: multi enim tibi ob communem Dominum labores perferendi sunt. Verum gaude; ejus enim gratia roboratus, communi hoste superato, frueris tandem ea, quæ ita fortiter dimicantes manet, beatitudine. Simulque manu capiti Danieli imposita, precibus a se jam dicta consignavit.

41. Hæc ita dicta, opere deinde fidem fecerunt. Symeon enim Danielem a se gratia et benedictione repletum dimisit, et magis eum posthac in visceribus habuit, magnoque ejus non tantum præsentis adhuc amore, sed post discessum etiam absentis desiderio exarsit. Cum aliquando e Mesopotamia Hierosolymam (36), loca sancta adorandi gratia, Daniel proficisceretur, inde autem eremum petere cuperet; ecce Symeon, assumpto viatoris habitu, præsens, ab eo itinere, quod jam fere iniverat, detinuit, cum ob multas rationes, tum potissimum ne cum Samaritanorum (37) pravitate quidquam commune haberet: nam ingens tunc et ferox seditio inter eos excitata viam Hierosolymorum malefactoribus infestam fecerat, qui passim transeuntibus deprædationem et cædem minitabantur. Contra vero Danieli, ut Byzantium versus iter capessat, persuadet, ubi nihil quod ad salutem animæ pertineat ei defuturum. Erat autem circa vesperam, cum sanctus Symeon, viatoris persona assumpta, hæc Danieli præcepit. Qui cum ad hospitium diverteret, et itineris comitem ad quietem una expectaret, is nusquam comparuit. Verum Danieli sumpta cœna somnum capienti, iterum Symeon apparuit, ac eadem, quæ prius, præcepit: hic vero animo vigili, somno ab oculis excusso, mandata exsecutus est. Symeon multo post relicto corpusculo et columna, ad immortalinm ac beatarum mentium sedes translatus, Danieli rursum secundum quietem astare visus est, eumque ad columnarem vitam evocatum, columnam quoque ascendere præcepit. His visis e lectulo consurgens, statim ut visio ipsi declarabat, sic ascendere in columnam con-

μ'. Ἀλλὰ παρίτω τῷ λόγῳ καὶ Δανιὴλ ὁ τὸν αὐτὸν τῷ Συμεὼν διαδεξάμενος ἆθλον, καὶ δεικνύτω τῆς προφητικῆς ἐκείνης γλώττης ἐν ἑαυτῷ τὰ χαρίσματα. Ὑπὸ καθηγητῇ μὲν γὰρ ἔτι καὶ ποιμένι τοὺς ἀσκητικοὺς ὁ Δανιὴλ ἐγυμνάζετο πόνους, καὶ ἔρως αὐτὸν εἰσέδυ σφοδρὸς ἐπὶ τὸν στύλον τε πρὸς τὸν Συμεὼν ἀναβῆναι, καὶ ἀπολαῦσαι τῆς τοῦ ἀνδρὸς ὁμιλίας· Ποτὲ τοίνυν σὺν τῷ οἰκείῳ ποιμένι πρὸς αὐτὸν παραγεγονὼς, ἐδεῖτο ἀμφοῖν ὡς μάλιστα, τοῦ μὲν ὥστε τὴν εἰς αὐτὸν ἄνοδον ἐπιτρέψαι, τοῦ δὲ ποιμένος, ὥστε συλλαβέσθαι αὐτῷ τῆς ἀναβάσεως τῆς ἐπὶ τὸν στύλον, Τυγχάνει οὖν τῆς σπουδῆς, καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τὸν στύλον ἄνεισι. Ἀξιωσάμενος δὲ αὐτὸν ὁ θεῖος Συμεὼν τὰ εἰκότα, Ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, τέκνον Δανιὴλ, ἔφη· πολλοὺς γὰρ διὰ τὸν κοινὸν Δεσπότην ὑποστήσῃ καμάτους. Πλὴν ἀλλὰ χαῖρε· τῇ γὰρ αὐτοῦ χάριτι τοῦ κοινοῦ πολεμίου κρατήσας ἀπολαύσεις τῆς τοὺς οὕτως ἀθλοῦντας περιμενούσης μακαριότητος. Καὶ τὴν χεῖρα τῇ τοῦ Δανιὴλ κεφαλῇ ἐπιθεὶς, εὐχατς τὰ εἰρημένα ἐπεσφραγίσατο.

μα'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ οὕτω λεχθέντα ἔργοις τὴν πίστιν ὕστερον εἴληφεν. Εὐλογίας γαρ τότε ὁ Συμεὼν πλήρη καὶ χάριτος τὸν Δανιὴλ ἀποπέμψας, ἔτι μᾶλλον αὐτὸν ἐπὶ τῶν σπλάγχνων εἶχε, καὶ σφόδρα τούτου περιεκαίετο, οὐ περιὼν ἔτι μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν. Ποτὲ τοίνυν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τὸν Δανιὴλ ἐκ Μεσοποταμίας ἀπάραντα, ἐφ' ᾧ τοὺς ἱεροὺς μὲν ἐν αὐτοῖς προσκυνῆσαι τόπους, τὴν ἔρημον δὲ ἐκεῖθεν καταλαβεῖν, ὑποκριναμένους τὸν συνοδοιπόρον ὁ Συμεὼν, ἐπέσχεν αὐτὸν ἤδη ἀψάμενον ὁδοῦ, πολλῶν τε ἄλλων ἕνεκεν, καὶ ὅπως μὴ τῶν κακῶν κοινωνήσοι τοῖς Σαμαρείταις. Καὶ γὰρ στάσις μεγάλη τότε παρ' αὐτῶν καὶ βάρβαρος ἀναῤῥιπισθεῖσα, κακούργων τε τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἐμπεπλήκει ὁδὸν, καὶ λῃστείας καὶ φόνους τοῖς παριοῦσιν ἐπῆγε. Τούναντίον μὲν οὖν καὶ τραπέσθαι τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον τὸν Δανιὴλ ἀναπείθει, οὗ δὴ παραγεγονότα μηδενος τῶν ὅσα τὴν τῆς ψυχῆς προξενεῖ σωτηρίαν διαμαρτεῖν. Ἦν πρὸς ἑσπέραν ἤδη ὅτε ὁ θεῖος Συμεὼν τὸν συνοδοιπόρον προσποιηθεὶς ἐπέσκηπτε ταῦτα τῳ Δανιήλ. Καταλύσαντι δὲ τούτῳ εὐθὺς καὶ ἀναπαύσασθαι προσδοκήσαντι ὁ συνοδοιπόρος ἦν οὐδαμοῦ. Ὕπνου τοιγαροῦν μετὰ τροφὴν τῷ Δανιὴλ μετασχόντι ὄναρ ὁ Συμεὼν καὶ πάλιν ἐφίστατο, καὶ πάλιν τὰ αὐτὰ ἐπέσκηπτε· ὁ δὲ νηφούσῃ τῇ ψυχῇ τὸν ὕπνον αὐτίκα τῶν ὀφθαλμῶν ἀποτιναξάμενος, εἰς ἔργον πάντα ἐπέραινε, Χρόνῳ τε πολλῷ τοῦ Συμεὼν ὕστερον τὸ σῶμα καὶ τὸν στύλον ἀπολιπόντος, καὶ πρὸς τὰς ἀκηράτους ἐκείνας κηὶ θείας μετοικίδας διατριβὰς, γίνεται τῷ Δανιὴλ ὄναρ τοιῳνδε. Ἐδόκει τὸν Συμεὼν μεταστάντα ἐπὶ τὸν στυλίτην βίον τοῦτον καλεῖν καὶ ἀναβιβάζειν ἐπὶ τὸν κίονα. Ταῦτα εἶδε, καὶ ἀνα-

(35) Hæc ipsa fusius narrantur XI Decemb. in S. Danielis Stylitæ Vita, et alia, quæ inferius referemus, de S. Symeonis reliquiis.

(36) Paulo aliter in Vita sancti Danielis: dicitur enim, cum e monasterio suo venisset ad mandram sancti Symeonis, inde abiisse Hierosolymam versus.

(37) De Samaritanorum flagitiis fusius agemus in Symeonis Stylitæ junioris Vita 24 Maii. Sed quod Baronius ad an. 452, n. 27, ait prohibitum esse Danielem proficisci Hierosolymam ob tumultum ab Eutychianis monachis excitatum contra Juvenalem episcopum Hierosolymitanum, id in Danielis Vita non dicitur, licet eam citet.

στὰς εὐθὺς, ὡς ἡ ὄψις αὐτῷ ἐδήλου, οὕτω τὴν ἄνοδον διετίθετο τὴν ἐπὶ τὸν στύλον, πολιτείαν δὲ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ μετῆει, καὶ ἄλλος ἦν Ἐλισσαῖος τὸν Ἠλίαν μιμούμενος. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἔσχεν.

A stituit, eamdemque vitæ rationem, quam Symeon prius servaverat, inivit, visus novus Elisæus qui Eliæ sibi exemplum proposuit. Et hæc quidem hactenus.

μβ'. Ὁ μέντοι Περσῶν βασιλεὺς μηδενὸς ἡττᾶσθαι φιλοτιμούμενος, ἑνὸς τούτου μόνου τῆς τοῦ ἀνδρὸς φήμης δεύτερος πολλῷ γίνεται· καὶ τῶν πρὸς αὐτὸν φοιτώντων ἐπιμελῶς ἐπυνθάνετο τίς τε εἴη τοῦ ἀνδρὸς ὁ βίος, καὶ ὁποῖα τὰ θαύματα· καὶ ἦν αὐτῷ τῶν δημοσίων φροντίδων οὐκ ἐλάττων ἡ περὶ τοῦ Συμεὼν μνήμη, καὶ τὰ τοῦ ἀνδρὸς διηγήματα· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον οὕτω κατ' ἄκρας εἶλεν ἡ φήμη, ἀλλὰ καὶ ἡ τούτου σύζυγος ἐπὶ τοῖς παραδόξοις θαύμασι τῷ ἀνδρὶ συνεκπληττομένη, ἔλαιόν τε ᾔτησε παρ' ἐκείνου εὐλογηθὲν, καὶ ὡς ἥδιστα ἐκομίσατο· δι' οὗ πολλὰ οὐ τῶν οἰκείων μόνον παθῶν οἴδεν ἰασαμένη, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς τῶν τοῦ γένους αὐτῆ κοινωνούντων, ὅσοις τι δεινὸν ἠνώχλει, μεταδοῦσα τῆς θεραπείας. Καὶ οἱ περὶ βασιλέα δὲ πάντες ὑπὸ τῆς αὐτῆς χειρούμενοι φήμης, καὶ ἀκριβῶς τὰ κατὰ τον Συμεὼν διδασκόμενοι, θεῖον ἄνδρα τοῦτον ὠνόμαζον.

B

42. Persarum rex hactenus a nemine se vinci passus (38), solius hujus viri fama audita superatus est : ita diligenter omnes qui Symeonem frequentabant de eo percunctatus est, et quænam viri vita, qualia miracula: eratque publicis curis non inferior Symeonis memoria; neque vero viri tantum gesta, sed et fama ipsa percellebat. Verum et uxor ejus admirandis Symeonis miraculis simul cum conjuge obstupefacta, oleum benedictum ab illo sibi mitti postulavit, et libentissime accepit : quo non solum proprios morbos curavit, sed et multis e consanguineis, quocunque malo premerentur, medelam adhibuit. At vero regis ipsius subditi omnes fama viri capti, accurate rebus ejus gestis cognitis, divinum virum passim appellabant Symeonem.

μγ'. Ἡ δὲ τῶν Ἰσμαηλιτῶν βασίλισσα στεῖρα οὖσα, καὶ τῇ τῆς ἀπαιδίας ὀδύνῃ σφόδρα δακνομένη, καὶ μηδενὸς αἴσθησιν τῶν ἡδέων λαμβάνουσα, πρώτα μέν τινας τῶν ἀξιολογωτάτων ἀποστείλασα, γενέσθαι μήτηρ ἐκέτευεν. Ἐπειδὴ δὲ ἔτυχε τῆς αἰτήσεως, ἀπολυθεῖσα τῆς ἀθυμίας, καὶ τὴν ψυχὴν γαλήνης ὥσπερ καὶ ἡδονῆς πληρωθεῖσα, τὸν γεννηθέντα λαβοῦσα βασιλέα, πρὸς τὸν θεῖον ἤγαγε Συμεών· καὶ ἐπεὶ οὐκ εἰσιτητὸς ἦν γυναιξὶν ὁ περίβολος, πέμψασα πρὸς αὐτὸν τὸ βρέφος, τῆς παρ' αὐτοῦ τυχεῖν εὐλογίας ἠξίου. Σὸν, γὰρ, ἔφη, τόδε τὸ δρᾶμα· ἐγὼ μὲν γὰρ μετὰ δακρύων τὸ τῆς εὐχῆς προσενήνοχα σπέρμα· σὺ δὲ τὸ σπέρμα πεποίηκας δράγμα· τῆς θείας χάριτος διὰ προσευχῶν ἑλκύσας τὸν ὑετόν. Ἐκείνη μὲν ὧν ἐπόθει τυχοῦσα, ἐπανῆκε πρὸς τὴν οἰκίαν· ἡμεῖς δὲ μέχρι τίνος φιλονεικοῦμεν τὰ καὶ πάσης ἀνθρωπίνης ἐννοίας κρείττω διηγήσει περιλαβεῖν ;

C

43. Regina Ismaelitarum sterilis cum esset, ac liberorum carentiam amaro animo ferret, nec ullam e rebus creatis voluptatem hauriret, primo quidem viros quosdam illustres submisit, qui ut prolem concipere et parere posset supplicabant; postquam vero compos voti facta est, soluta omni mœstitia, et animæ tranquillitate, sicut et voluptate repleta, natum regem accipiens, ad sanctum Symeonem accurrit; et cum septum ejus mulieribus inaccessum esset, misso ad ipsum filio, ejus benedictione impertiri rogabat : Tuus, ait, ille est manipulus; ego enim cum lacrymis et precibus semen conjeci; tu manipulum divinæ gratiæ effecisti, precibus desuper pluviam elicens. Mulier itaque, quæ magno desiderio quæsiverat consecuta, domum suam læta redivit. Nos vero quousque pergemus res omni humano ingenio sublimiores oratione prosequi ?

CAPUT XII.

Quotidianæ ejus exercitationes ; præcepta variis data.

μδ'. Ἐστήκει γὰρ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ὑπὸ πάντων ὁρώμενος, καὶ τὰς θύρας ἀφελὼν, καὶ τοῦ περιῴδου μέρος οὐκ ἐλάχιστον καταλύσας, προὔκειτο πᾶσι θέαμα, θαύματος λόγον ἅπαντα ὑπερβαῖνον, νῦν μὲν ἑστὼς μέχρι πολλοῦ, νῦν δὲ πύκνα κατακαμπτόμενος, καὶ Θεῷ προσφέρων προσκύνησιν. Πολλοὶ δὲ καὶ ἀριθμῆσαι τὰς προσκυνήσεις ἐπεχείρησαν ταύτας· ἅπαξ δέ τις τῶν παρὰ τῷ φιλτάτῳ Θεοδωρήτῳ χιλίας καὶ διακοσίας ἐπὶ τεσσαράκοντα καὶ τέσσαρι ἀριθμήσας, εἶτα ὀκλά-

D

44. Stabat ille noctes et dies omnibus conspicuus (39), et ostio aperto, ac septi parte non minima dissoluta, omnibus propositus erat velut spectaculum omnem admirationem superans, nunc multo tempore standO, nunc frequenter corpus inflectendo, Deoque adorationem offerendo. Multi vero adorationes illas numerare, conati sunt : semel autem quidam apud virtutis amantem Theodoretum se mille ducentas et quadraginta quatuor adorationes enumerasse retulit. Flectendo frontem semper pedum

(38) Hæc paulo aliter narrat Theodoretus, atque unde sibi cognita sint ostendit, ita scribens : « Ejus quoque fuit magna fama apud regem Persarum : ut enim narrarunt legati qui ad ipsum venerunt, diligenter sciscitabatur quænam esset ejus vita, et quænam miracula. Dicunt autem ejus quoque conjugem, et petiisse oleum dignatum ejus benedictione, et tanquam donum maximum accepisse. Quin etiam omnes regis asseclæ et a fama commoti, et multas in eum a magis adornatas accipientes calumnias, diligenter rogabant ; et cum intellexissent, virum divinum nominabant. Cætera vero turba, et ad mulionas accedentes et ad famulos et milites, et pecuniam offerebant, et rogabant ut essent participes olei benedictionis. »

(39) Habet hæc Theodoretus.

digitis applicabat; facile enim venter ob alimenti defectum dorsum inflecti permittebat (40).

45. Porro ex illa perpetua et supra naturam admirabili statione effectum, ut in altero pede ingens ulcus contraxerit, e quo plurima sanies defluebat. Verum nihil horum ejus philosophiam repressit; omnia enim generose pertulit, laboresque animi promptitudine vincens. Ulcus vero istud cuidam aliquando ostendere coactus est. Erat enim vir quidam dignitate diaconus, virtutis studiosus: is Symeonis fama excitus, venit Ravennam (41), et collis illius vertice conscenso. Dic mihi, ait, per ipsam veritatem, an tu homo es, an vero alia quædam natura corporis expers, et humanam effigiem ementita. Hanc interrogationem cum astantes moleste ferrent, divinus Symeon tumultum sedavit, et ad illum conversus, Quid, inquit, me tu hoc rogas? Subnectit alter: Quia, quoscunque de te audio sermonem facientes, nec cibum sumere, nec somnum capere te affirmant; utrumque vero homini proprium: neque enim quispiam hanc habens naturam sine somno aut nutrimento vivit. Ad hæc Symeon scalas columnæ adhiberi jubet, et ad se ut ascendat monet: quo cum pervenit, primo quidem manus cognoscere præcepit, deinde intra vestem pelliceam (42) manum injicere, neque solum pedes videre, sed et gravissimum illud ulcus aspicere. Vix visa ulceris scaturientis magnitudine, e columna descendit, et ad Theodoretum, de quo prius sermo incidit, profectus, omnia accurate narravit. Inde in patriam revertitur præco disertissimus omnem naturam excedentium viri hujus certaminum.

46. Aliis enim certatoribus dierum circumvolutiones grata quadam remissione labores excipiunt; huic vero continuæ illius pœnitentiæ quies, erat laborum mutatio. Sol jam occubuerat (43), ille ad intelligibilem e inoccidiuum Solem manus tum extendens, noctes integras stabat, neque somno delinitus, neque ignavia victus, donec ille iterum ad orientis horizontem reverteretur, et noctis tristitiam dici amœnitate terminaret. His deinde certaminibus exercitia alia, aliæ praxes, aliarum denique precum modi multo difficiliores succedebant.

47. Ita ille in tantis molestiis, tanta rerum præclare gestarum mole, tanta miraculorum multitudine, virtutis culmine ascenso, multis spatiis omnes mortales longe supergressus, ita erat animi sensu

σας ἀφῆκε τὴν ψῆφον, κατακύπτων δὲ τὸ μέτωπον ἀεὶ τοῖς τῶν ποδῶν ὀκτύλοις προσήρειδε· διὰ γὰρ τὴν τῆς τροφῆς ἔνδειαν ἡ γαστὴρ εὐπετῶς ἐπικύπτεσθαι τῷ νώτῳ παρεῖχεν.

με'. Ἀπὸ μέντοιγε τῆς ὑπερφυοῦς ἐκείνης στάσεως χρόνιον ἕλκος ὀκτέρῳ ποδὶ ἐγγενομένου πλεῖστον ἐκεῖθεν ἰχῶρα ἐξέκρινεν. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἤλεγχεν αὐτοῦ τὴν φιλοσοφίαν· ἔφερε δὲ πάντα γενναίως, τῇ προθυμίᾳ τῶν πόνων περιγινόμενος. Τοῦτο δὲ τὸ ἕλκος καὶ ὑποδεῖξαί τινί ποτε ἠναγκάσθη. Ἀνὴρ γάρ τις τὸν βαθμὸν διάκονος, τὸν τρόπον φιλάρετος, τῇ περὶ τὸν Συμεὼν φήμῃ κεκινημένος, ἀφίκετό ποτε ἀπὸ Ῥαβέννης, καὶ τὴν κορυφὴν ἐκείνην κατελαβών· Εἰπέ μοι, ἔφη, πρὸς τῆς ἀληθείας, αὐτὸς ἆρά γε ἄνθρωπος εἶ, ἤ τις ἑτέρα φύσις ἀσώματος, τὴν ἀνθρωπίνην ὑποκρινομένη διάπλασιν; Δυσχεραινάντων δὲ πρὸς τὴν ἐρώτησιν τῶν παρόντων, τὸν θόρυβον αὐτοῖς ὁ θεῖος Συμεὼν καταστείλας, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐπιστρέψας, Τί ποτε, φησί, τοῦτο με ἤρου; Τοῦ δὲ εἰρηκότος, ὅτι Πάντων ἀκούω θρυλούντων, ὡς οὔτε ἐσθίεις, οὔτε καθεύδεις· ἑκάτερον δὲ ἀνθρώπῳ ἴδιον· οὐ γὰρ ἄν τις ταύτην ἔχων τὴν φύσιν τροφῆς δίχα καὶ ὕπνου βιώῃ· ἐπιτεθῆναι προστάττει τῷ κίονι κλίμακα, κἀκεῖνον ὡς αὐτὸν ἀναβῆναι· ἐπεὶ δὲ ἦλθοι, πρῶτα μὲν καταμαθεῖν τὰς χεῖρας ἐπετρέπετο· εἶτα εἴσω τοῦ δερματίνου περιβολαίου τὴν χεῖρα βαλεῖν, καὶ ἰδεῖν μὴ τοὺς πόδας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ χαλεπώτατον ἕλκος ἐκεῖνο. Ἰδὼν δὲ τὴν τοῦ ἕλκους ὑπερβολήν, τοῦ στύλου τε κατελιλύθει, καὶ πρὸς ὃν ὁ λόγος ἐφθάσας ἐδήλωσε Θεοδώρητον ἀφικόμενος, πάντα διηγεῖται σὺν ἀκριβείᾳ. Ἐκεῖθέν τε πρὸς τὴν πατρίδα ἐπάνεισι, κήρυξ τῶν ὑπερφυῶν τοῦ ἀνδρὸς ἄθλων λαμπρότατος.

μς'. Τοῖς μὲν ἄλλοις τῶν καλῶν ἀγωνισταῖς περίοδοί τινες ἡμερῶν καὶ προθεσμίαι ἀνέσεσι δεξιοῦνται τοὺς πόνους· τῷ δὲ τῆς συνεχοῦς ἐκείνης καρτερίας ἀνάπαυσις ἦν ἡ πρὸς ἑτέρους τῶν πόνων μεταβολή. Ἔδυε μὲν γὰρ ὁ ἥλιος, ὃ δὲ πρὸς τὸν νοητὸν καὶ ἄδυτον Ἥλιον τὰς χεῖρας ἀνέχων παννύχιον ἕστηκε, οὔτε ὕπνῳ θελγόμενος, οὔτε ὄκνῳ νικώμενος, ἕως ἂν οὗτος εἰς τὸν ἑῷον αὖθις ὁρίζοντα γένοιτο, καὶ τὸ τῆς νυκτὸς σκυθρωπὸν τῷ τῆς ἡμέρας διαλύσειε μειδιάματι. Εἶτα τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἕτεραι πάλιν ἀσκήσεις, καὶ πράξεις ἕτεραι, καὶ προσευχῶν ἄλλων τρόποι πολλῷ βαρύτεροι διεδέχοντο.

μζ'. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐν τοσούτοις πόνοις καὶ κατορθωμάτων ὄγκῳ καὶ πλήθει θαυμάτων τὴν τῶν ἀρετῶν κορυφὴν ὑπεραναβεβηκώς, καὶ πολλῷ τῷ μέσῳ πάντας ἀνθρώπους παρενεγκών, οὕτως ἦν τὸ

(40) Paullo aliter Theodoretus: « Nam cum semel in hebdomada alimentum accipiat, idque exiguum, quantum est divinorum sacramentorum participatio, dorso concedit ut facile inflectatur. » Unde colligitur, eum singulis hebdomadis solitum Christi corpus percipere. Nam si de alio cibo ageret Theodoretus, secum ipse pugnaret, qui ante scripserit, eum quadragesimo solum die cibo refici consuevisse. Haræus certe sibi contradicit, dum primo nonnisi quadragesimo die, postea semel in hebdomada cibum sumere solitum scribit. Idem habet Alphonsus Villegas.

(41) Theodoretus Herveti, *ab Arabena*; Longi, a *Rhamene*.

(42) Villegas et Ribad. *cilicinam*.

(43) Theodoretus hæc eum festis factitare solitum scribit.

φρόνημα μέτριος καὶ γλυκὺς καὶ ἐπίχαρις, καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν διαλεγομένων ἀποκρινόμενος, εἴτε χειροτέχνης, εἴτε προσαίτης, εἴτε τις ἄγροικος αὐτῷ προσοι, ὥσπερ πολλῷ πάντων κατά γε τὴν τῆς ἀρετῆς ἀσίαν λειπόμενος, ἐπὶ μέντοι τοῖς ἄλλοις καὶ λόγων χάρις πνευματικῶν τοῖς χείλεσιν ἐπήνθει, καὶ πειθώ τις ἐπεκάθητο θεία, ὡς ὅς μὲν ἑκάστης ἡμέρας ποιεῖσθαι τὰς παραινέσεις πολὺ τὸ χάριεν μετὰ τοῦ ὠφελεῖν ἐχούσας, καὶ ἀνανεύειν εἰς οὐρανοὺς, καὶ πέτεσθαι τῷ τῆς ἀρετῆς πτερῷ παρεγυᾷν, τῆς γῆς τε ἀπαλλάττεσθαι καὶ τὴν προσδοκωμένην φαντάζεσθαι βασιλείαν, καὶ τῆς γεέννης δεδιέναι τὴν ἀπειλὴν, καὶ καταφρονεῖν τῶν γηΐνων, καὶ προσμένειν τὰ μέλλοντα.

μη'. Ἦν δὲ αὐτὸν ἰδεῖν καὶ δικάζοντα· ταύτῃ τοι καὶ πολλοὶ πολλοῖς πρότερον κακοῖς τὸν βίον ὑβρίζοντες, δικαιοσύνης μετὰ τὴν ἐκείνου κρίσιν ὤφθησαν ἐρασταὶ, καὶ ὥπερ ἂν ἡ ἐκείνου ψῆφος τὸ ἧττον ἀπένειμεν, οὐδὲν ἔλαττον οὗτος τοῦ νενικηκότος χαίρων ἀπῄει. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα ἔργον αὐτῷ μετὰ τὴν ἐννάτην ἦσαν ὥραν· τὴν γὰρ νύκτα πᾶσαν καὶ τὸ μέχρις ἐννάτης τῆς ἡμέρας διάστημα προσευχόμενος διετέλει· μετὰ δὲ τὴν ἐννάτην πρῶτα μὲν τὴν θείαν διδασκαλίαν τοῖς παροῦσι προσῆγε, καὶ εἶτα πρὸς τὴν ἑκάστου αἴτησιν τὰς ἰάσεις ἐπιμετρήσας, εὐθετάν τε τὴν κρίσιν ἐξῆγε, καὶ τοῖς ἀμφισβητοῦσι τὰς στάσεις διέλυε· περὶ δὲ ἡλίου δύσιν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν λοιπὸν ἤρχετο διαλέξεως.

μθ'. Ἀλλ' ἐν τούτοις ὢν καὶ οὕτω πολλοῖς μεριζόμενος, οὐδὲ τῆς τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν ἠμέλει φροντίδος, νῦν μὲν Ἑλληνικὴ δυσσεβείᾳ μαχόμενος, νῦν δὲ τὴν τῶν Ἰουδαίων καταλύων θρασύτητα, ἄλλοτε δὲ τὰς τῶν αἱρετικῶν σκεδαννὺς συμμορίας· καὶ τοῦτο μὲν βασιλεῖ περὶ αὐτῶν ἐπιστέλλων, τοῦτο δὲ τοὺς ἄρχοντας εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ ζῆλον διανιστῶν, ἔστι δὲ ὅτε καὶ αὐτοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν τοῖς ποιμέσι πλείονα ποιεῖσθαι παρεγγυῶν τῶν ποιμνίων τὴν ἐπιμέλειαν· ἄξιον δέ τινος καὶ τῶν ἐπιμέρους μνησθῆναι.

ν'. Θεοδόσιος ὁ Νέος εἰς ὃν καταδιαδοχὴν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα μετέπεσε (νέος τε γὰρ ἦρξε, καὶ τῇ πρὸς τὸν πάππον ἀντιδιαστολῇ Νέος ἐκαλεῖτο), οὗτος οὖν ὁ χρηστὸς Θεοδόσιος μοχθηρίᾳ τινῶν χρήμασιν, οἵ μοι, τὴν εὐσέβειαν προϊεμένων ἀναπεισθεὶς ἐφῆκε τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν Ἰουδαίοις τὰς προτέρας συναγωγάς. Τοῦτο μαθὼν ὁ πολὺς τὰ θεῖα καὶ θερμὸς τὴν εὐσέβειαν Συμεὼν ἀνοσιότητά τε αὐτοῦ τῆς πράξεως καταγινώσκει, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας ἐπιτιμᾷ. Ὁ δὲ αὐτίκα παλινῳδίαν τε ᾖσε, καὶ τὰς οἰκείας ἀνεκαλέσατο διατάξεις, καὶ οὐ τοὺς Ἰουδαίους μόνον ταύτας ἀφεῖλετο, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ὕπαρχον (οὗτος γὰρ αὐτῷ τοὺς πονηροὺς ἐκείνους ὑποβεβλήκει λογισμοὺς) τῶν δημοσίων τε φροντίδων

moderatus, ita suavis et gratus, ita singulis accedentibus responsa dabat, sive opifices essent, sive agrestes qui illum accederent, ac si cæteris omnibus virtutis dignitate longe inferior esset. Porro præter alia sermonum quoque spiritualium venustas in ejus labris efflorescebat, et divina quædam suadela, ut bis quotidie adhortationes faceret, gratia quadam singulari conditas, plurimumque afferentes utilitatis : et ut in cœlum suspicerent, atque alis virtutum sursum evolarent cohortabatur ; et terra relicta præparatum cœli regnum contemplari jubebat; alias iterum gehennæ minas metuere, terrena contemnere, futura denique exspectare.

48. Erat etiam ipsum videre judicantem : nam multi, qui prius variis probris vitam suam infamaverant, post ejus judicium insignes justitiæ cultores effecti sunt : et quem ejus calculus victum declarabat, ille nihilominus victore lætus recedebat. Sed hæc quidem et similia post horam nonam exercebat, nam noctem omnem et diurnum spatium usque in horam nonam precando transigebat. Post nonam horam primo quidem doctrinam sacram præsentibus explicabat; deinde singulorum postulatis medelam adhibebat (44), et rectum judicium ferebat, dubitantibus ac inter se dissidentibus controversias dissolvebat. Circa solis occasum iterum cum Deo colloquium inibat.

49. Atque in his cum esset, atque ita in multa divisus, neque ecclesiarum curam negligebat, nunc gentilium impietatem oppugnando, nunc Judæorum dissolvendo audaciam, alias denique hæreticorum societatem dissipando ; tum regem de hujusmodi negotiis per internuntios admonens, tum principum animos in Dei amorem excitando, et Ecclesiarum pastoribus majorem gregum curam commendando. Dignum autem est de aliquo in particulari meminisse.

50. Theodosius Junior (45), ad quem Romana sceptra per successionem devoluta erant (juvenis enim imperavit, ac proinde ad avi discrimen Junior appellatus est): pius igitur ille Theodosius quorumdam improbitate, qui pecuniis (eheu !) pietatem prodebant, inductus, in urbe Antiochia Judæis, uti prius, synagogas concessit. Hoc cognito rerum divinarum et pietatis fervidus admodum zelator Symeon, rei impietatem vehementer arguit, et maxima libertate reprehendit. Hic statim sententiam mutat, et proprias constitutiones revocat, easque non tantum Judæis sustulit, sed et ipsum prætorem (hic enim ipsi malignas illas inventiones suggesserat) a cura publica removit, et in tantum periculum con-

(44) Clarius Theodoretus, « cum aliquas fecerit curationes. »

(45) Idem narrant Evagrius lib. I, cap. 13 ; Nicephorus lib. XIV, cap. 51, Baronius tom. V, ann. 432, n. 51. At n. 49 recitat (quod huc quoque pertinet) ejusdem Theodosii litteras, quibus Symeonem rogat, ut ad pacem Ecclesiarum sarciendam allaboret, ac præcipue ut Joannem Antiochenum patriarcham a Nestorii defendendo dogmate revocet.

jecit, ut de sua vita et incolumitate timeret, ne una cum prætura ea illi eriperetur. Hæc Theodosius adhuc juvenis præstitit : deinde epistolam ad Symeonem orbis terrarum miraculum destinavit veniamque delicti sui, quod aliorum culpa commiserat, supplex rogavit (46).

μετακινεῖ, καὶ εἰς τοῦτο κινδύνου ἐμβάλλει, ὥστε καὶ ὑπὲρ αὐτῆς δεδοικέναι τῆς ζωῆς καὶ τρέμειν μὴ μετὰ τῆς ἀρχῆς καὶ αὐτὴν προσαφαιρεθείη. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ὁ νεάζων τὴν σύνεσιν Θεοδόσιος · γράφει δὲ καὶ πρὸς τὸ τῆς οἰκουμένης θαῦμα τὸν Συμεών, συγγνώμην αἰτῶν ἐφ' οἷς παρὰ τὴν ἑτέρων αἰτίαν ἡμάρτηκε.

CAPUT XIII.

Mutis vox reddita. Publica calamitas depulsa.

51. Et hæc quidem res talis fuit: illa autem quomodo non explicanda? Viatores nonnulli a via sua deflectentes, in campo non multum remoto, sed eo fere spatio, ad quod oculus aspectu res distinguere potest, ingentem cervum pascentem contuentur : illi feræ amore detenti, cum ad manum non haberent quo cervum ex tempore venari possent, novo retis genere, nempe Symeonis nomine invocato usi, statim feram quasi pedicis quibusdam vinctam capiunt, mactant, et cænam parant, utroque simul, et animalis venatione, et convivio recreati. Verum gaudium istud non multo post dolor superveniens excipit : nam et sermo illis quasi extinctus, et vox subito, cujus ope cervum ceperant, intercepta est. Itaque sese undequaque discutientes, cum hujus rei causam ne conjectura quidem assequi possent, nutibus se invicem interrogant, et quam ob causam vox illos deficeret, inquirebant. Tandem rationem subodorati sunt, et ob malitiam suam se in hanc calamitatem incidisse cognoverunt : divinus enim Symeon, qua erat clementia, benigne illis cervum elargitus est ; illi vero crudeliter nimis dono usi, et feram propriis manibus immisericorditer mactare aggressi sunt. Igitur ad Symeonem iterum magno cum dolore et planctu confugiunt, cervinam pellem, quam tunc manu gestabant, suæ inhumanitatis ac feritatis argumentum proferunt, quorum pœnitudinem et confessionem miseratus, loquendi facultate restituta, gratos æque ob beneficium acceptum et gaudentes a se dimisit.

52. Haud multo post terræ motus ingens urbem Antiochenam (47), et loca vicina concusserat : hunc æstus maris secutus, hiatus quoque, qui usque

να'. Καὶ τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον · ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐ διηγητέον ; Ὁδοιπόροι ποτέ τινες τὴν ἑαυτῶν παριόντες, ὁρῶσιν ἐπί τινος πεδιάδος οὐ πόρρω διακειμένης, ἣ ὅσον ὀφθαλμοῖς δυνατὸν τοῦ ὁρωμένου στοχάσασθαι, νεμομένην ἔλαφον εὐμεγέθη. Ἔρωτι οὖν τῆς θήρας ληφθέντες, ἐπειδὴ οὐκ εἶχον ὅπως τὴν ἔλαφον ἐκπεδὸς μεταδιώξαντες ἕλωσι, καινὸν τοῦτο θήρατρον αὐτῇ τὸ τοῦ Συμεὼν ἐπάγουσιν ὄνομα, καὶ τούτου μνησθέντες αἱροῦσι τε αὐτὴν παραχρῆμα, ὥσπερ τινὶ προκατειλημμένην πέδῃ, καὶ καταθύσαντες δεῖπνον τίθενται, ἀμφοῖν δὴ τούτοιν, τῇ τε θήρᾳ καὶ τῇ ἐκεῖθεν εὐωχίᾳ ἡδόμενοι. Ἀλλ' εἰς ὀδύνην αὐτοῖς τὰ τῆς ἡδονῆς οὐκ εἰς μακρὰν μετεβάλλετο, καὶ τὸ φθέγμα τούτοις ἐσβέννυτο, καὶ αὐτὴ ἐπέλιπεν ἡ φωνὴ δι' ἧς καὶ τὴν ἔλαφον εἷλον. Σκοπούμενοι τοίνυν ἐφ' ἑαυτῶν καὶ συμβαλεῖν αὐτῶν ἕκαστος τὴν αἰτίαν οὐκ ἔχων, νεύμασιν ἀλλήλους ἠρώτων, ἥτις ποτὲ αὕτη εἴη καὶ ὅθεν αὐτοὺς ἡ φωνὴ ἐπιλίποι. Ὁ-ψὲ γοῦν τὸ πρᾶγμα αἰσθόμενοι καὶ γνόντες ὡς παρὰ τὴν ἑαυτῶν κακίαν τῇ συμφορᾷ περιπέσοιεν ταύτῃ (ὁ μὲν γὰρ θεῖος αὐτοῖς Συμεὼν φιλανθρώπως ἐδωκεν, οἱ δὲ ὠμῶς τῷ δώρῳ ἐχρήσαντο, καὶ τὴν ἔλαφον ταῖς οἰκείαις σφάξαι χερσὶν ἀνηλεῶς κατεδέξαντο), ἐπὶ τὸν μέγαν τοῦτον καταγεύγουσι Συμεών, κοπτόμενοί τε καὶ ἀλγοῦντες, καὶ τὴν τῆς ἐλάφου δορὰν τῆς οἰκείας ὠμότητος καὶ τῆς ἀπανθρωπίας ἔλεγχον προβαλλόμενοι · ἔτι γὰρ αὐτὴν ἐπὶ τῶν χειρῶν ἔφερον. Ὁ δὲ τῆς μετανοίας τούτους καὶ τῆς ἐξομολογήσεως κατοικτείρας, καὶ τὸ φθέγμα πάλιν αὐτοῖς ἀποδοὺς, εὐχαριστοῦντας ὁμοῦ καὶ χαίροντας ἀποπέμπει.

νβ'. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ κλόνος μὲν γῆς τὴν Ἀντιόχειαν καὶ τὰ πέριξ κατέσεισε · τῷ δὲ καὶ βρασμὸς ἐπηκολούθει καὶ χάσματα, καὶ μέχρι τῶν τῆς

(46) Huc referendum est quod Evagrius lib. II, cap. 9 commemorat, nimirum dedisse Leonem imperatorem litteras tum ad episcopos, tum ad alios viros pios, ob monasticum vitæ genus commendatos, ac nominatim ad Symeonem Stylitam, quibus eos consuluit de concilio Chalcedonensi, et Timothei Æluri causa, qui flagitiis omnibus coopertus, cathedram Alexandrinam invaserat, S. Proterio (de quo 28 Februar. agemus) trucidato. Et respondit quidem Leoni Symeon, atque ad Basilium Antiochenum patriarchum alias litteras dedit, quas idem recitat Evagrius, et Nicephorus lib. XV, cap. 19, ac Baronius ann. 458 ; qui tamen falli videtur, dum legatum tunc a Symeone ad Leonem imp. putat Sergium monachum, ut 11 Decembr. ad S. Danielis Stylitæ vitam dicemus; nam mortem tunc nuntiavit Symeonis Danieli Sergius et donum ad imperatorem missum ei obtulit. Ad eumdem S. Symeonem legatum misit Eudocia Augusta, sciscitatum quid de concilio Chalcedonensi sentiret, cum ipsa Eutychianæ hæresi obstinato animo diu adhæsisset. « Scias, inquit S. Symeon, quod malignus, videns opes tuarum virtutum, expetivit te ut cribraret sicut triticum, et per pestiferum illum Theodosium (qui ejecto S. Juvenale episcopo, de quo nos 11 Jul. sedem Hierosolymitanam invaserat, secta Eutychianus, de quo Baronius ad ann. 452, n. 27), tuam corrupit animam. » Deinde ad S. Euthymium eam remittit, ut pluribus narrat Cyrillus monachus in vita ejusdem Euthymii 20 Januarii ; Nicephorus lib. XV, cap. 13 ; Baronius ad ann. 451, n. 18 et seqq.

(47) Accidit hic terræmotus anno 2 Leonis imperatoris. Narrat eum Evagrius l. II, cap. 12 : Nicephorus l. XV, c. 20 ; Baronius ad an. 458, n. 27 et seqq.

Ἀνατολῆς ὁρῶν τὸ δεινὸν παρατείνετο, καὶ ναοὺς μὲν πάντας καὶ οἰκίας πάσας ἐρείπια ἐποίει, καὶ εἰς ἔδαφος κατίσπα, τὰς μὲν ἐξ ὑροφῆς καταβάλλων, τὰς δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν χρηπίδων ἀνατρέπων. Ἄνθρωποι δὲ καὶ τὰ διάφορα τῶν ἀλόγων γένη, οἱ μὲν καταστρεφομένης ἔνδον ἀπολαμβανόμενοι τῆς οἰκίας, συγκατέστρεφον καὶ οὗτοι τὸν βιον, οἱ δὲ αὐτοσχεδίῳ τάφῳ τῷ τῆς γης χάσματι ἐλεεινότατα κατεχώννυντο. Πικροῦ τοίνυν οὕτω τοῦ ὀλέθρου καὶ ἀνυποστάτου τῆς μάστιγος διὰ πάσης ἡλικίας καὶ γένους παντὸς φερομένων, μία καὶ κοινὴ πᾶσι καταφυγὴ ὁ θαυμαστὸς γίνεται Συμεών. Καὶ τούτῳ διαλλακτῇ χρῶνται πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ λύσιν εὑρίσκουσι τοῦ κακοῦ καὶ ἀπαλλαγήν. Ὃς γε πολλὰ τῆς ῥᾳστώνης αὐτῶν καὶ ἀκρασίας καὶ τῶν ἄλλων κατὰ τὸν βίον παθῶν προτερον κατηγορὼς, καὶ ἱκανῶς τούτοις ἐπιτιμήσας, μιᾷ πάντας μετὰ δακρύων φωνῇ, Κύριε ἐλέησον, κράζειν προτρέπεται, τοῦτο μὲν τὸ θεῖον αὐτοῖς ἱλεούμενος, τοῦτο δὲ καὶ εἰς κατάνυξιν ἄγων, ἐξῆς δὲ τρέπεται εἰς προσευχὴν καὶ αὐτός.

A ad mentes Orientis horribilem in modum protendebatur. Itaque templa omnia ac ædificia solo stravit, hæc quidem e summo dejiciens, alia a fundamentis evellens. Homines ad hæc cum diversis animalium generibus, illi quidem eversis intus interclusi domibus, simul et ipsi vitam ad exitum perduxere, illi vero terræ scissura veluti ex tempore sibi sepulchro parato miserandum in modum vivi defodiebantur In tam acerbo exitio, cum flagellum tam intolerabile per omnem sexum et ætatem promiscue ferretur, unicum erat et commune omnibus solatium admirandus ille Symeon. Eo apud Deum reconciliatore utuntur, et levamine invento, a malo suo liberantur. Ipse enim postquam primum luxum et intemperantiam eorum (48), aliaque scelera reprehendisset, eosque B sufficienter increpuisset, tum hortatur ut unanimi voce omnes cum lacrymis inclament : Kyrie eleison, id est, Domine miserere. Dein placare iis Deum, et ad compunctionem excitare eos cupiens, ad preces et ipse convertitur.

νγ'. Τῆς μετὰ δακρύων τοίνυν ταύτης δεήσεως ἐπὶ πολὺ τεινομένης, τῷ πλήθει κάτασείσας ἐκεῖνος καὶ σιωπὴν τῇ χειρὶ σημάνας, περιαλγὲς σφόδρα πρὸς αὐτοὺς καὶ φωνῇ καὶ γνώμῃ, Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἔφη, ἃ μέλλω πρὸς ὑμᾶς ἐρεῖν, πολλὰ τὴν ἐμὴν πρότερον ὀδυνήσαντα καρδίαν, καὶ αὐτὴν οἷόν τινα τραύματι ἐκκεντήσαντα τὴν ψυχὴν, οἶδα ὡς οὕτω καὶ ὑμᾶς διαθήσει, ἐρῶ δὲ ὅμως. Ὁρᾶτε ὅσοι τὸ πλῆθός ἐστε, καὶ ὅσας μὲν δακρύων σταγόνας προήκατε, ὅσην δὲ κραυγὴν ἀνεπέμψατε· ἀλλ' ἐνὶ τῶν ἁπάντων ὁ Κύριος προσέσχε τὸ οὖς, καὶ μόνῃ τούτου ἡ δέησις ἀνέβη εἰς τὰ ὦτα C αὐτοῦ. Ταῦτα εἰπὼν τὸν ἄνδρα τινὰ ὀνομαστὶ προσηγόρευσε, καὶ πρὸς ἑαυτὸν καλέσας, εἰς ἐπήκοον ἁπάντων, Ἡ μὲν σὴ, ἔφη, προσευχὴ τὴν δικαίαν ὀργὴν φερομένην ἵστησι τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ δεινὸν ὅσον οὔπω παύσεται. Λέγε δὲ μηδὲν ὑποστειλάμενος, τίνα πράττων οὕτως εὐηρέστησας τῷ Θεῷ· κελεύει γάρ σοι τὸ θεῖον πάντα εἰπεῖν, ὡς ἂν τὴν ἀρετὴν καὶ οὗτοι ζηλώσαντες πρὸς τὰ ἴσα διαναστῶσιν. Ὁ δὲ μᾶλλόν τε ἐλαβεῖτο, καὶ ἁμαρτωλὸν ἑαυτὸν καὶ γυμνὸν ἀρετῆς ἁπάσης ἐκάλει, καὶ μηδὲ συνειδέναι ἔλεγεν εἴ ποτέ τι ἀγαθὸν τὸν ἅπαντα βίον αὐτοῦ καὶ ἄκων ἐργάσαιτο. Ἐπειδὴ δὲ ὁ θεῖος Συμεὼν πολὺς ἐνέκειτο ἔτι κελεύων αὐτῷ πάντα εἰπεῖν, Ἐμοὶ ἐργατικὸς, ἔφη, ὁ βίος· πρόσκειμαι γὰρ τῇ γῇ καὶ ὑπόκειμαι ταῖς ὥραις, καὶ πρῶτα μὲν γήδιόν τι ἐμαυτῷ σπείρω, τὸν δὲ ἄλλον χρόνον μισθοῦ τῷ βουλομένῳ ὑπηρετοῦμαι·

53. Cum in longum cum lacrymis protenderetur deprecatio, annuit populo, manu silentium indiceus, ipseque vehementem voce et sensu dolorem præ se ferens in hæc verba prorupit : Viri fratres, inquit, quæ dicturus sum vobis, primum cor mihi vehementer cruciant, intimumque animum quasi vulnere quodam confodiunt : scio equidem quod ea ipsa vos etiam vehementer afficient, dicam tamen. Videte, obsecro, quanto numero sitis, quantum lacrymarum fuderitis, quem clamorem emiseritis ; tamen uni solum ex omnibus Deus aurem præbuit, ejusque solius deprecatio aures ejus attigit. His dictis virum quemdam nominatim compellat, ac omnibus audientibus ad se venire jubet : Tua, inquit, oratio justam Dei iram sistit, ac proinde malum omne quantum-quantum fuerit, cessabit. Dic vero mihi, nihil omittens, qua re potissimum ita Deo placuisti? Præcipit enim tibi Deus ut omnia exponas, ut virtutem æmulati, ad eadem præstanda stimulentur. Hic vero multo magis metuebat, ac peccatorem se, omnique virtute nudum proclamabat, neque conscium esse in omni vita boni quippiam etiam invitum præstitisse. Cum vero divinus Symeon admodum instaret, et ad dicendum cogeret ; tum D tandem sic ait : Vitam opere manuum sustento, terræ colendæ addictus, et sub dio dormio, et pri-

(48) **Evagrius causam hujus terræmotus eamdem videtur assignare.** Τινῶν μὲν παρὰ τοῦ κατ' αὐτὴν ἤμου παραγεγενημένων, πρὸς πᾶσαν ἐκβακχευθέντων μανίαν, πάσης τε θηριώδους ἐπήκεινα γενομένων γνώμης, ὥσπερ δὲ προοίμιον τοῖς τοιούτοις κακοῖς παρασχομένων. « Quibusdam e populo, omni debacchantibus insania, atque omnem belluinam longe superantibus indolem, et veluti initium præbituris hujusmodi malorum. » Nicephorus quoque illud sit fuisse malorum istorum principium, quod πόρρω τῶν θείων νόμων οἱ ἐκεῖσε γενόμενοι θηριώδεις πρὸς πᾶσαν γνώμην ἐγένοντο, μανίᾳ πάσῃ ἐκβακχευθέντες. « quod a divinis legibus alieni cives, belluini omni ratione fierent, omni furore debacchantes : » sicque uterque eadem videtur notare, quæ hic sanctus perstringit scelera, ῥᾳστώνην καὶ ἀκρασίαν, luxum et intemperantiam, et, quæ scilicet consequi ea solet, humani sanguinis fundendi libidinem. Baronius loco citato, n. 29 non aliunde mala hæc manasse existimat, quam ex impietate hæreticæ pravitatis, quæ ex Nestorii diu isthic commorati malo semine pullulans sub Joanne patriarcha adoleverit. Apollinaristas certe isthic multos fuisse, ostendit idem Baronius ad an. 471, n. 7.

mo meum mihi agellum colo, alio autem tempore etiam cuivis volenti pacta mercede servio; colligens vero tum quæ ex proprio prædiolo mihi proveniunt, tum quæ ex terræ cultura in mercedem accipio, in tres ea partes distribuo; primam indigentibus elargior, altera annuum vectigal solvo, tertiam partem in necessarios usus expendo. Interim nunquam in vita me aliquid boni egisse agnosco. Hæc ab innumera hominum multitudine audita sunt; quæ cum iram Dei placari, flagellorumque successum sisti vidit, obstupefacta, ut decens erat, Deum cum lacrymis glorificavit; Symeoni omnes gratias egerunt, rusticum illum faustis acclamationibus deprædicarunt, deduxerunt, salutarunt, amplexi sunt, gratias egerunt, virtutem æmulati sunt, seipsos negligentiæ in bonis operibus accusarunt: multis denique in vicinia habitantibus fuit id utile ad meliora animo capessenda exemplum.

A συλλέγων δὲ τά τε ἐκ τοῦ χωρίου μοι ἀναδιδόμενα, καὶ τὴν ἐκ τῆς γεωργίας μισθοφορὰν τρισὶ ταῦτα διαιρῶ μοίραις· καὶ τὴν μὲν ἀπονέμω τοῖς ἐνδεέσιν, ἡ δὲ τὸν ἐπέτειον λύει μοι φόρον, τῇ δὲ εἰς τὰ ἀναγκαῖα χρῶμαι. Εὐαρεστῆσαι δὲ Θεῷ οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα. Τούτων τὸ μυρίον ἐκεῖνο πλῆθος ἀκούσαντες, ἐπισχεθεῖσάν τε τὴν ὀργὴν Κυρίου ἰδόντες, καὶ στᾶσαν τὴν ἀκολουθίαν τῶν μάστιγων, κατεπλήττοντο μὲν, ὡς εἰκὸς, ἐδόξαζον δὲ τὸ Θεῖον δάκρυσιν· ηὐχαριστοῦν τῷ Ἱερῷ Συμεών, τὸν ἀγρότην, προέπεμπον, ἠσπάζοντο, περιέβαλλον, χάριτας ὡμολόγουν, ἐζήλουν τὴν ἀρετὴν, ἐπεμέμφοντο ἑαυτοὺς τῆς περὶ τὸ ἀγαθὸν ἀμελείας, καὶ πολλοῖς ἐπίδοσις ἦν τοῦ βελτίονος, ἐγγὺς ἔχουσι τὸ ὑπόδειγμα.

CAPUT XIV.

Moritur S. Symeon : corpus Antiochiam defertur.

54. Symeon (49) multis iisque magnis benefactis ornatus, postquam universim quinquaginta sex annos vixisset (50), soluto corporis vinculo, ad dilectum suum, purius et propius illo fruiturus, transivit. Materia fluente, homo tandem ab iis qui tunc in terris degebant, creditus est, quod antea propter laborum, quæ naturam omnem superabat, tolerantiam, et tanta præclarissimarum virtutum insignia nemo sibi persuadere poterat. A corpore separatus est, qui prius res corporeas omnes abnegaverat, et spiritu in cœlestibus versabatur, angelicisque non raro splendoribus intererat; nunc autem ad priora sua vota revertitur. Corpus jam anima vacuum erat, et sine spiritu relictum: neque tamen vel sic potuit a consuetis exercitationibus abstinere: nam vel ad modicam quietem captandam in terra reclinari recusavit, verum in columna erectum permansit, sui pugilis figuram ad vivum exprimens.

B νδ'. Πολλοῖς οὕτω γοῦν καὶ μεγάλοις ὁ Συμεὼν κατορθώμασι διαπρέψας, καὶ ὅλα ἔτη βιώσας ἓξ καὶ πεντήκοντα, λυθέντος αὐτῷ τοῦ συνδέσμου, πρὸς τὸν ἐρώμενον διαβαίνει, καθαρώτερον αὐτῷ προσομιλήσων καὶ συνεσόμενος. Ἴλης δὲ ῥεούσης ἄνθρωπος εἶναι, τοῖς ἐπὶ γῆς τηνικαῦτα πιστεύεται, μὴ πώποτε τοῦτο πρότερον παρ' αὐτοῖς νομισθεὶς διὰ τὴν τῶν πόνων ὑπερφυῆ καρτερίαν, καὶ τὰ τοσαῦτα τῆς ἀρετῆς κατορθώματα. Διέστη μὲν τοῦ σώματος, ὃ καὶ προτοῦ τὰ τοῦ σώματος ἀρνησάμενος, καὶ τῷ μὲν πνεύματι τὰ οὐράνια περιεπόλει, ἀγγελικαῖς τε συνῆν λαμπρότησι, καὶ περὶ αὐτὸ τὸ πρῶτον ἐφετὸν ἀνεστρέφετο. Τὸ σῶμα δὲ αὐτῷ καὶ ψυχῆς ἔρημον καὶ ἄπνουν καταλειφθὲν οὐδὲ οὕτω τῶν συνήθων ἀποστῆναι ἤθελεν ἄθλων, οὐδὲ τῇ γῇ κατακλιθῆναι, τοῦ C οἷον βραχύ τι διαναπαύσασθαι· ἀλλ' ἔμενεν ἔτι ἐπὶ τοῦ στύλου ἑστὼς, ὄρθιον χαρακτηρίζον τὸν ἀθλητήν.

55. Posteaquam vero in pulverem extenuatum terræ debitum persolvit, neque lutum ejus cœlestis Opifex quasi honoris expers neglexit, sed venerabili tumulo reconditum multis miraculis claruit: quæ non tantum circa sepulcrum patrata sunt (51), verum etiam in quibuscunque locis mirificus ille vir versatus egregia illa certamina subiverat, ea omnia quasi specimen quoddam mutuæ miraculorum æmulationis præ se ferentia, uberius undique divinis donis efferebantur.

νε'. Ἐπειδὴ δὲ εἰς χοῦν ἐλεπτώθη καὶ τῇ γῇ τὸ ὀάνειον διελύσατο, οὐδὲ οὕτω τὸν ἐκείνου πηλὸν, οἷα δὴ πηλὸν ἄτιμον ὁ Δημιουργὸς περιεῖδεν· ἀλλὰ τάφῳ σεβασμίως παραδοθεὶς, θαύμασι βρύει πολλοῖς· οὐ περὶ αὐτὸν δὲ τὸν τάφον τὰ θαύματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσοις ὁ θαυμάσιος ἐνδιατρίψας χωρίοις, τοὺς ὑπὲρ φύσεως εἰς ἐκείνους ἠγωνίσατο πόνους, καὶ ταῦτα ὥσπερ ἐπίδειξιν πρὸς ἄλληλα τῆς τῶν θαυμάτων φιλοτιμίας ποιούμενα, ὀψιλέστερον πάντοθεν ταῖς χάρισι κομῶσι ταῖς θείαις.

56. Non multo tempore post, cum Leo cognomento Magnus (52) ad imperii gubernacula sederet, qua tempestate et Martyrius (53) rerum sacrarum erat administrator, splendido admodum apparatu

νς'. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον, Λέων μὲν ὁ Μέγας ὀνομαζόμενος ἐπὶ τῶν τῆς ἀρχῆς καθίστατο σκήπτρων, Μαρτύριος δὲ τῶν ἱερῶν ἐπέβη φροντίδων, καὶ πανήγυρις λαμπρὰ ἡ τοῦ θείου σώματος ἐκείνου

(49) Id quoque refertur in Theodoreti Philotheo, sed additum ab alio quopiam; cum mortuus sit ante Symeonem Theodoretus. Et abest in edit. Surii, ex interpretatione Alberici Longi.

(50) In exercitatione scilicet monastica. Vide quæ dicta sunt in Præfat. § 3.

(51) In Theodoreto habetur : « Non solum apud loculos sanctarum reliquiarum, sed etiam apud summæ ejus virtutis et diuturnæ decertationis monimentum : magnam, inquam, illam et celebratam columnam hujus justi et laudibus celebrandi Symeonis. »

(52) Ce Irenus anno Leonis 4, Christi 460 mortuum S. Symeonem scribit.

(53) Hic Martyrius anno 459 sedem Antiochenam

μετακομιδὴ ἀπὸ τῆς μάνδρας πρὸς τὴν Ἀντιόχειαν ἤγετο, τῷ μὲν τῶν λαμπάδων φωτὶ στυγνὸν δεικνῦσα τὸν ἥλιον, τῷ δὲ τῶν προπεμπόντων πλήθει, τῶν τε προϋπαντιώντων, καὶ τῶν πάντοθεν ἐξ ἁπάσης ἡλικίας περιῤῥεόντων, αὐτό τε τὸ ὄρος καὶ τὰς πεδιάδας στενοχωροῦσα. Παρῆν δὲ καὶ ὁ τῶν ἑῴων ταγμάτων στρατηγὸς Ἀρδαβούριος, τοὺς περὶ αὐτὸν δορυφόρους φύλακας τῷ λειψάνῳ ἐγκαταστήσας, καὶ τὴν ἐκείνων φυλακὴν μέγιστον κώλυμα ταῖς τῶν πόλεων ἐφόδοις ἐπιτειχίσας· ἐφιλονείκουν γὰρ ἑνάστη τὸν ἅγιον τοῦτον θησαυρὸν προαρπάσασα παρ' ἑαυτῇ κατατίθεται.

νζ'. Ἐν ὀχήματι τοίνυν τοῦ ἱεροῦ σώματος φερομένου, ὡς ἤδη κατὰ τὴν Μερὸν τὸ χωρίον ἐγένετο, ὅπερ ἐν δεξιᾷ εἰσιόντι τὴν Ἀντιόχειαν κεῖται, ἕστη μὲν ἀθρόον τὸ ὄχημα, καὶ τῆς ἐπὶ τὴν πόλιν εἴργετο πορείας. Ἔκπληξις δὲ πάντας καὶ δέος εἶχε τῇ παραδόξῳ τοῦ ὀχήματος ἐπισχέσει· καί τις ἀνὴρ τῶν, ἃ πολλὰ κατ' ἐκεῖνο ἦν τὸ χωρίον, μνημάτων ἐξορμηθείς, δρόμῳ παρὰ τὴν ἱερὰν ἐχώρει σορόν· ἄλλα τε περιπαθῶν βοῶν καὶ ὀλοφυρόμενος τοῦ μύσους ἑλεεινῶς ἑαυτόν, ἀνεθῆναί τε τῆς μάστιγος ἐδεῖτο καὶ τῶν δεσμῶν· ἦν δὲ ἡ μάστιξ πονηρὸς πάλαι δαίμων ἐπιπηδήσας αὐτῷ, εἰς νεκρόν τι σῶμα γυναικὸς ἐνδρίσαντι στρεβλώσας τε αὐτοῦ τὰς χεῖρας εὐθὺς ἀλύτοις δεσμοῖς, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς διαστρέψας, καὶ τρόμον αὐτῷ ἐμποιήσας, καὶ δεσμώτην παρὰ τῷ τῆς ὑδρισμένης τάφῳ μέχρι καὶ τηνικαῦτα κατέχων, καὶ συνεχῶς αὐτὸν καταβάλλων· τῆς χαλεπῆς ὥσπερ ὕδρεως ἐκείνης δίκας ἐκτίνοντα. Ὧν δὴ πάντων ἐλέλυτο παραδόξως τῇ σορῷ προσδραμών καὶ τὸ μὲν ὄχημα ἐκινεῖτο αὐτίκα, καὶ λαμπρότατα τὴν πόλιν εἰσῄει. ἡ δὲ τὸν πονούμενον δέχεται, καὶ τοῖς οἰκείοις κόλποις ἐναποτίθεται ᾗ ἐπιφανεστάτῃ τοῦ Κασσιανοῦ ἐκκλησίᾳ. Μικρῷ δὲ ὕστερον θείας ὄψεως ἐπιφοιτησάσης, ἱερὸν ἕτερον πλησίον ἱδρύεται· καὶ τὸ θεῖον ἐν αὐτῷ μετατίθεται λείψανον. Ὁ γε μὴν τοῦ κακοῦ παρ' αὐτοῦ τὴν λύσιν εὑρών, οὐ μικρὸν ἐξ ἐκείνου μέρος εἰς ἀρετὴν ἐπιδοὺς, νεωκόρος τοῦδε γίνεται τοῦ νεώ, καὶ τὴν τοῦ βίου πρὸς τὸ βέλτιον μεταβολήν, δικαίαν ἀμοιβὴν τῷ ἀγῶνι ἐκτίνει· ὃ καὶ μᾶλλον ποθεινότατον αὐτῷ ἦν, ἡ τοῦ ἱκέτου σωτηρία.

sacri corporis funus ex mandra in urbem Antiochenam deportatum est. Mœstum quodammodo et tristem solem efficiebat luminum ingens copia, comitantium atque atque obviantium; et undequaque omnis ætatis eo confluentium multitudo montem ipsum et campos angustos reddebat. Aderat orientalium copiarum dux Ardaburius, qui suos hastatos sacris reliquiis adhibens custodes, et illorum custodiam tanquam murum opponens, adversus urbium vicinarum incursum muniebat : singulæ enim civitates sibi sacrum hunc thesaurum præripere atque apud se collocare studebant.

57. Cum interea sacri corporis sarcina rheda delata ad eum locum (54) cui Meros nomen, qui Antiochiam venientibus ad dextrum latus situs est, pervenisset, currus subito immobilis stetit, atque ab eo quod in urbem ferebat itinere penitus arcebatur. Hæc inopinata currus retentio omnibus admirationem non minus quam terrorem injecit. Vir quidam e monumento, qualia non pauca juxta locum illum erant condita, impetu egressus, magno cursu ad sacrum loculum ferebatur : et cum varios animi tumultus vociferans testaretur, tum scelera ipse sua miserabiliter lamentabatur; ad hæc vinculis et flagello solvi postulabat : porro flagellum, quo cruciabatur, erat dæmon malignus, qui olim in ipsum mulieris cadaveri petulanter vim inferentem, insilierat, statimque, manus illi insolubilibus vinculis constringens, et oculos fœde contorquens, tremoremque incutiens, vinctum jam inde juxta violatæ mulieris sepulcrum huc usque detinuerat, et tam insignis contumeliæ pœnas persolventem assidue opprimens. Quibus vinculis mox ut ad loculum sacrum accurrit, statim liberatus est; quo facto, currus illico motus est, et splendidissimo apparatu in urbem illatus, desideratum thesaurum propriogremio suscepit, ac in illustri Cassiani ecclesia collocavit. Paulo deinde post divina visione superveniente, aliud templum in vicino loco ædificatum fuit, in quo sacra lipsana collocata sunt. Ille vero qui mali levamen ab ipso consecutus fuerat, non exiguo ab illo tempore in virtute progressu facto, fuit hujus templi aedituus, et vitæ in melius commutationem, justam mercedem sancto persolvit : nec ulla gratior supplicis ipsius salute accidere ei poterat.

CAPUT XV.

Reliquiæ a Leone imp. expetitæ. Templum in monte, in quo stetit.

νη'. Τῆς δὲ τῶν λειψάνων σοροῦ πάντα τόπον τοῖς θαύμασι διαλαμβανούσης, ὁ τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις διέπων ἀρχήν, οὗ δὴ μικρῷ πρόσθεν ὁ λόγος ἐμνήσθη, γράμματα πέμπει Ἀντιοχεῦσιν, ἐφ' οἷς τὸ τῷ ἁγίου σῶμα πρὸς τὴν βασιλίδα πόλιν διακομίσαι.

58. Cum deinde sacra urna omnem circa regionem miraculorum fama complecteretur, qui Romanum imperium administrabat, de quo paulo ante sermo incidit, ad Antiochenos litteras scribit, quibus sacri corporis exuvias ad regiam urbem asportari man-

deptus, eam anno 471 dimisit ob seditiones Zenonis comitis et Petri Fullonis opera contra se excitatas.

(54) In altera Vita est *Meroe*. Nam præter Meroen Æthiopiæ, ἔστι καὶ Μερόη, inquit Stephanus, κατὰ ἀνατολὰς τῆς περὶ Δάφνην Ἀντιοχείας. « Est et Meroe ad orientem Antiochiæ quæ ad Daphnen : » ita ille, qui alibi Daphnen ait esse « celeberrimum suburbium Antiochiæ versus orientem. »

dat. Illi contra supplicibus votis imperatorem rogant, ne urbem maximam et admirabilem, toties jam cœlestem iram expertam, ac solo tenus fere eversam, et in cineres redactam, tanto bono spoliet; ne cum inde tollat, qui et Dei iram avertere, et sistere flagella cœlitus inflicta soleat, quem pro mœnibus omnibus (55), et muro, et armis sibi posuit. Denique omnis spei caput ne auferat rogant : nam ut non eos denuo divina vindicta comprehendat, hostium tamen incursibus urbem munitione carentem patere. His dictis imperator inductus (56), Antiochenis communem thesaurum retinere permisit : qui licet apud illos esset reconditus, tamen miraculis suis late omnia peragrabat loca, et proprius cuique fiebat thesaurus.

A Οἱ δὲ δικαίας πρὸς αὐτὸν ποιοῦνται δεήσεις, μὴ οὕτω μεγάλην πόλιν καὶ θαυμαστὴν, ἔργον δικαίας ὀργῆς γενομένην, καὶ εἰς ἔδαφος κοὶ κόνιν καταπεσοῦσαν, ἀγαθοῦ τοσούτου κενῶσαι · μηδὲ τὸν περὶ αὐτῆς ἐξιλασάμενον, καὶ τὴν ὀργὴν ἐπισχόντα, καὶ τὴν μάστιγα στήσαντα, ὃν ἀντὶ περιβόλου παντὸς καὶ τείχους καὶ ὅπλων ἔθηκεν ἑαυτῇ, τοῦτον αὐτὴν ζημιῶσαι, καὶ τὸ τῶν ἐλπίδων κεφάλαιον ἀφελεῖν. Εἰ δ' οὖν, εἰ καὶ μὴ ὀργὴ Κυρίου καταλήψεται πάλιν ἡμᾶς, ἔλεγον, τέως γοῦν ἔλῃ πολέμιος, τὴν φυλακὴν ἤδη ἀφῃρημένην. Τούτοις πεισθέντα τὸν αὐτοκράτορα ἐφεῖναι Ἀντιοχεῦσι τὸν κοινὸν θησαυρόν · ὁ δὲ εἰ καὶ παρ' αὐτοῖς ἦν, ἀλλ' ἐχώρει διὰ πάντων τοῖς θαύμασι, καὶ ἴδιος ἑκάστου πλοῦτος ἐγίνετο.

B

59. In montis vertice, in quo tam præclara certamina divinus Symeon perfecit, templum extructum est, quod ab utroque latere quatuor porticus complectebantur, quas columnæ et secto lapide a summo tecto sustinebant : huic subdialis aula multo sole undique splendida interjacebat : in ea columna illa quadraginta cubitorum visebatur, in qua angelicam illam vitam transegit. Porro in porticuum summitate fenestræ erant, per quas inferiora loca diei lumen excipiebant. In illa igitur parte, qua ad sinistram ingredientibus columna sita erat, stella fulgebat, quæ cœlestia sidera splendore non minus quam magnitudine obfuscabat : illa nunc occidebat, nunc iterum oriebatur; et ad omnem fenestræ partem lucidissime emicabat; ab iis qui præsentes aderant ad terram accedere, eamque circumire videbatur, tamque ineffabili erat splendore et pulchritudine, ut nihil ad miraculi magnitudinem posset accedere, omnes spectatores ad divinas vere divino Symeoni pangendas laudes provocaret, inde conjecturam facientes splendoris quo ipse magno lumini astans perpetuo fruitur, atque a Trinitate purius illustratus, unumque ex unica divinitate suscipiens radium, in Christo Jesu Domino nostro, cui omnis gloria, honor et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

νθ'. Τῆς μέντοι κορυφῆς τοῦ ὄρους, ἐν ᾧ τοὺς μεγάλους ἐκείνους ὁ θεῖος Συμεὼν ἄθλους διήνυσεν, ἱδρυμένον ἐφ' ἑαυτῆς τέμενος ἱερὸν φερούσης, σταυρὸς ἦν τοῦ εὐκτηρίου τὸ σχῆμα, τέσσαρσι στοαῖς ἐφ' ἑκατέρᾳ τῶν πλευρῶν διειλημμένος. Τὴν δὲ στοὰν λίθου ξεστοῦ κίονες ἤρειδον ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ ὀρόφου. Καὶ τὸ μεταξὺ ὕπαιθρος ἦν αὐλὴ πολλῷ περιλαμπομένη πάντοθεν τῷ ἡλίῳ. Ἐν αὐτῇ δὲ ὁ στύλος ἐκεῖνος ὁ τεσσαρακοντάπηχυς ἵστατο, ἐφ' οὗ τὴν ἀγγελικὴν ἐκείνην ἐποιεῖτο πολίτείαν. Ἐν γε μὴν τῇ τῶν στοῶν ὀροφῇ καὶ θυρίδες ἦσαν, δι' ὧν τὰ ἔνδον τό τῆς ἡμέρας φῶς κατεδέχοντο. Κατ' ἐκεῖνο τοίνυν τὸ μέρος, οὗπερ ἐν ἀριστερᾷ εἰσιόντι ὁ κίων ἵστατο, ἀστήρ τις ἐξέλαμπε πολλῷ τοὺς οὐρανίους ἀστέρας, κατά γε τὸν τῆς λαμπρότητος καὶ τοῦ μεγέθους λόγον, ἀποκρυπτόμενος, καὶ νῦν μὲν δυόμενος, νῦν δὲ ἀνίσχων, καὶ κατὰ πᾶν μέρος τῆς θυρίδος διάττων, ὑπὸ τῶν παρόντων ἐφαίνετο, τῷ τε πρόσγειοι φέρεσθαι, καὶ τὴν γῆν οἱονεὶ περιπολεῖν, καὶ τῇ ἀμηχάνῳ ἐκείνῃ λαμπρότητι καὶ τῷ κάλλει οὐδεμίαν θαύματος ὑπερβολὴν καταλείπων, καὶ τοὺς ὁρῶντας εἰς θεῖον ὕμνον τοῦ θείου ὡς ἀληθῶς Συμεὼν ἐκκαλούμενος, ἅτε δὴ τῆς ἐχούσης αὐτὸν ἐντεῦθεν στοχαζομένους λαμπρότητος, ἣς ἐκεῖνος ἀπολαύει διηνεκῶς, τῷ μεγάλῳ Φωτὶ παρεστὼς, τῇ Τριάδι τε καθαρώτερον ἐλλαμπόμενος, καὶ τὴν μίαν αὐτὴν ἐκ μιᾶς τῆς θεότητος εἰσδεχόμενος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(55) Idem narrat Evagrius l. 1, cap. 13 et rationem hic allegatam clarius exponit: Διὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν τεῖχος τῇ πόλει (πέπτωκε γὰρ ἐν ὀργῇ) ἡγάγομεν τὸ πανάγιον σῶμα, ὅπως ἡμῖν γένηται τεῖχος καὶ ὀχύρωμα. Quod ita vertit Christophorsonus : «Quoniam civitas mœnibus caret (imperatoris namque furor ea diruit) sanctissimum Symeonis corpus huc apportavimus, ut nobis et muri et munimenti loco sit.» Verum illud πέπτωκε γὰρ ἐν ὀργῇ, *corruerunt enim in ira*, non videtur mihi apte versum, nec enim alibi ejus rei mentio fit. Rectius ad terræmotum id referatur, uti apud Nicephorum habetur : Πέπτωκε γὰρ ἐν ὀργῇ σεισμοῦ μεγάλου γεγενημένου. « Corruit (murus) magno terræ motus impetu. »

(56) Aliquas tamen ejus reliquias deductas esse Constantinopolim, patet ex Vita Danielis Stylitæ.

DE S. LUCIANO PRESBYTERO MARTYRE.

(Anno 312, Acta SS. Bolland. Jan. 7.)

§ I. — *Luciani sanctitas, doctrina catholica.* Celebratur gloriosus hic martyr ac doctor 7 Januarii a Latinis, a Græcis nunc 15 Octobris, ut ex Menologio et Menæis patet, atque Anthologio a Clemente VIII approbato; olim vero eodem quo et obiit die 7 Januarii, ut liquet ex S. Chrysostomi sermone postridie Theophaniorum in illius laudem habito. De eo Usuardus: « Eodem die B. Luciani, Antiochenæ Ecclesiæ presbyteri et martyris, qui, satis clarus doctrina et eloquentia, passus est Nicomediæ ob Christi confessionem in persecutione Maximini; sepultusque est Helenopoli Bithyniæ. » Eadem fere de eo prædicant Bellinus de Padua, et Martyrologium Romanum, nisi quod non sub Maximino, sed sub Maximiano passum volunt; sub Maximino passum habent Beda et Ado excusi.

Prolixius ejus elogium ab actis, quæ infra dabimus, paulum discrepans, habet Notkerus, et mss. Adonis Martyrologia monasteriorum S. Laurentii Leodii et Lobiensis: « Et Nativitas S. Luciani Antiochenæ Ecclesiæ presbyteri, et martyris, viri doctissimi atque eloquentissimi, qui Nicomediæ ob confessionem Christi passus, et in quatuor partes dissectus est: quibus in singulis lapidibus ligatis, et in mare demersis, alia die Helenopoli Bithyniæ integrum corpus cum ipsis lapidibus inventum honorifice sepultum est. Quam urbem, cum prius Drepana vocaretur, in honorem ejusdem martyris Constantinus imperator instaurans, ex nomine matris suæ Helenopolim nuncupavit. » Eadem fere mss. Lætiense, et S. Martini Tornaci, ac Florarium. At mss. S. Martini Treviris et S. Mariæ Ultrajecti: « In Nicomedia Luciani presbyteri, qui in quatuor partes fractus, in mare demersus, integer inventus est. » Meminere quoque S. Luciani hoc die vetus Martyrologium Romanum, ms. S. Hieronymi, Wandelbertus, Maurolycus, Galesinius, aliique.

3. S. Hieronymus lib. *De scriptoribus ecclesiasticis*, cap. 77, ita S. Lucianum celebrat: « Lucianus vir disertissimus, Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, tantum in Scripturarum studio laboravit, ut usque nunc quædam exemplaria Scripturarum Lucianea nuncupentur. Feruntur ejus de fide libelli, et breves ad nonnullos epistolæ. Passus est Nicomediæ ob confessionem Christi, sub persecutione Maximini, sepultusque Helenopoli Bithyniæ. » Eadem fere Honorius Augustodunensis, c. 77, sed fallitur dum Nicomediæ Episc. fuisse scribit.

4. Duo de S. Luciano revocari in controversia possunt; primum, rectene senserit de fide orthodoxa, alterum, quo tempore obierit. Quod ad primum attinet, quia id nostri non est instituti, singulorum SS. scripta expendere, dum constet eos in catholica fide esse mortuos atque in cœlitum numero ab Ecclesia censeri, id verbo solum hic attingemus; præsertim cum id plenius acturum esse sciamus Petrum Halloix nostrum; cui eruditissimo viro precor ut multos Deus addere annos velit. Nam quæ edidit jam de Sanctorum scriptorum Ecclesiæ Orientalis rebus gestis volumina, tum sancto illi Lætiensium abbati Antonio Wingio mirifice probata, tum ab aliis viris eruditiss. ita laudari acto, ut neget se alium scriptorem majori legere animi voluptate, quidquid aliqui secus sentiant. Sed ad sanctum Lucianum revertamur.

5. Cum acerrime Sabellianorum errores confutaret Lucianus, ardore disputationis eo est provectus, ut paulo licentius in contrariam partem inclinasset, et cum illi personarum in Trinitate tollerent omne discrimen, ita ipse personas distinxisse visus sit, ut ipsam quodammodo separaret substantiam. Quod idem sancto Dionysio Alexandrino (de quo 17 Novemb.), adversus ipsum agenti Sabellium, evenerat. Et sicut Dionysio ab episcopis Libyæ exhibitum est negotium, adeo ut causam oportuerit ad Romanum pontificem deferri, à quo omni hæresis suspicione est absolutus; ita Lucianus eadem causa exagitatus, atque a tribus sibi invicem succedentibus episcopis Antiochenis, ab Ecclesia quoque ejectus est. Patet id ex epistola S. Alexandri Episc. Alexandrini, quam refert Theodoretus *Hist. eccles.* lib. I, cap. 4, ubi ista leguntur: « Tum pestiferum studium Pauli Samosateni, episcopi Antiochiæ, qui concilio omnium ubique episcoporum atque adeo judicio Ecclesiæ ejectus est: cujus perversæ doctrinæ Lucianus successor factus, multorum annorum spatio, hoc est, tantisper dum tres episcopi, alius post alium, Ecclesiam illam rexere, exclusus ab Ecclesia mansit. » Dum vero scriptis libellis fidei suæ integritatem tueri conatur Lucianus, dolo Pancratii Sabelliani in manus venit persecutorum, et glorioso martyrio coronatus est.

6. Sed neque Hieronymus, neque alius quisquam aliter de eo scripsit, quam ut de viro egregie catholico. Ex discipulis tamen ejus quidam, ac fere antea idolatria maculati, in Arii sectam declinarunt: et suos Arius Collucianistas appellabat. Et Niceph. Callistus lib. II, cap. 5, tradit fidei formulam quamdam, Arianismum redolentem. « Luciano viro divino, et in sacris Litteris supra cæteros ap-

prime erudito » falso a quibusdam ascriptam, « ut amplitudine martyris suo scripto celebritatem vendicarent. » Idem refert Sozomenus l. III, c. 3. Macedoniani quoque S. Luciano, ut sui erroris fautore, falso gloriabantur, ut ostendit S. Athanas. dial. 3, *De S. Trinitate*, qui tamen idem se credere, quod Lucianus, libere profitetur, et in synopsi sacræ Scripturæ eum, ut a catholicorum partibus stantem, hoc illustri laudat elogio, agens de editione sacrorum voluminum, quæ Lucianea appellatur. « Septima, inquit, et postrema sancti Luciani magni ascetæ et martyris est, qui et ipse cum in prædictas versiones, et Hebraicos libros incidisset, et diligenter quæ vel deerant vel ultra veritatem redundabant verba, inspexisset, ac suis quæque locis correxisset; versionem hanc Christianis fratribus edidit: quæ sane post ejus certamen et martyrium ejusdem sancti Luciani, quod sub Diocletiano et Maximiano tyrannis sustinuit, libro videlicet propria ipsius manu conscripto comprehensa, Nicomediæ sub Constantino rege Magno, apud Judæos in pariete armarii calce circumlito, ubi custodiæ gratia posita fuerat, inventa est. » De hac eadem editione Hieron. epist. 107, quæ est præfatio in librum Paralipomenon ad Chromatium: « Nam Alexandria et Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem: Constantinopolis usque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat: mediæ inter has provinciæ Palæstinos codices legant, quos ab origine elaboratos, Eusebius et Pamphilus vulgaverunt: totiusque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. » Pertractat hæc pluribus Baron. tom. III *Annal.* ad an. 311, n. 2; itemque ad an. 318, n. 74 et seq. et in notis ad Martyrologium.

§ II. *S. Luciani acta, tempus mortis.*

7. Acta sancti Luciani ab antiquo auctore descripta insertaque Collectione Metaphrastæ, et Latine edita a Lipomano ac Surio, « germana et scriptorum perpetua memoria commendata » vocat Baronius ad an. 311, n. 3. His ex Ruffini *Hist. eccles.* lib. IX, cap. 6, quædam subjungemus. Nam quæ ille, Eusebium interpretans et subinde amplificans, de persecutione post inducias sex mensium Christianis ex Galerii Maximiani Armentarii edicto indultas rursum a Galerio Maximino conciiata cap. 2 e sequentibus quatuor commemorat, tam ea in ms. Ripatorii, et ms. S. Maximini Treviris, sub titulo Actorum sancti Luciani exstabant, quam in codice Trevirensi verbis paulum a Ruffini editione discrepantia. Nos ea solum transcribemus, quæ proprie ad S. Sucianum spectant. Addemus quæ in Græcorum Menæis et Anthologio de eo recitantur: ac demum nonnulla ex homilia sancti Joannis Chrysostomi in S. martyrem Lucianum, quæ est 46, tom. III Operum ejus Græco-Latine editorum a Frontone Ducæo.

8. De tempore martyrii ejus ista scribit Baronius in notis ad Martyrologium: « Hunc sub Maximino passum, Eusebius tunc vivens, ac gesta martyrum scribens, testatur lib. IX, cap. 5. Idipsum S. Hieronymus *De scriptor. eccles.* in Luciano. Errore factum videtur, ut tam Metaphrastes quam Suidas eum sub Maximiano martyrio occubuisse dicant. » Ast in *Annalibus* id visus est revocasse Baronius, ad an. 311, n. 3, scribens sub Galerio Maximiano, non autem Maximino, Maximiano VIII et Licinio coss. passum esse, priusquam edicto lato persecutionem idem imperator prohiberet. Idem asserit Dionysius Petavius noster *De doctrina temp.* lib. XIII. In eam sententiam inductus hic videtur, atque ipse etiam Baronius, propterea quod Eusebius, lib. VII, cap. 25, recensens celebriores martyres qui Diocletiani et Maximiani persecutione martyrii palmam adepti sunt, nondum commemorata ejusdem persecutionis inhibitione, Lucianum quoque inter eos recenset his verbis: « Ex martyribus vero Antiochenis, Lucianus ejus paræciæ presbyter piis vitæ institutis præstantissimus, qui Nicomediæ ipso præsente imperatore, cœleste Christi regnum sermone primum per Apologiam, deinde rebus gestis palam prædicavit. »

9. Ast ipsius quoque Maximini persecutio non alia habita est ab ea quam illi olim suscitarant, licet circa Maximiani Armentarii obitum paululum intermissa: ut potuerit qui Maximini jussu trucidatus est, Maximiani persecutioni ascribi. Qua ratione explicare ipsi quoque coguntur, quod ex S. Athanasio supra n. 6 attulimus, qui occisum S. Lucianum scribit sub Diocletiano et Maximiano. Videtur ergo Lucianus postquam Antiochiæ recruduit persecutio sub finem anni 311 comprehensus. Idque facile probabitur ei qui initium libri IX Eusebianæ Historiæ attente perlegerit. Ubi cum cap. 1 simulatam persecutionis remissionem narrasset, cap. 2 Theotecni fraudem, tertio nova edicta a Maximino lata, quarto confícta Pilati acta recenset; ac quinto tantem cædes variis locis perpetratas, ac nominatim Silvani episcopi Emeseni, Petri Alexandrini ac Luciani commemorat. Ac de hoc quidem ista scribit Eusebius: « Lucianus item Ecclesiæ Antiochenæ presbyter, vir cum aliis rebus omnibus facile primus, tum continentia eximius, et in sacris disciplinis diu multumque exercitatus, ad civitatem Nicomediensium, in qua tum imperator commorabatur, deductus; cum coram urbis præfecto apologiam pro Christi doctrina, cujus patrocinium susceperat, recitasset, in carcerem conjectus est, ibique trucidatus. Tot mala et tam gravia brevi temporis spatio a Maximino (certo liquet ex antecedentibus et consequentibus, de Galerio Maximino, non de Armentario esse sermonem) virtutis et honestatis adversario, contra nos comparata erant: adeo ut hæc posterior persecutio id temporis excitata, multo acerbior, quam prior, nobis videretur. » Hæc Eusebius. Quæ Baronius cum refutare non posset, ab Eusebio scripta negat, sed ab alio supposita.

10. De S. Petro Alexandrino agemus 26 Novemb. ubi Baronii argumenta expendentur, quæ ad eum præcipue pertinent. At de Luciano manifeste probatur, nonnisi sub Maximino recrudescente perse-

cutione interfectum esse. Nam, ut etiam Petavius et Baronius fatentur, Maximini jussu conficta sunt probrosa illa Pilati Acta : at qui ea refutavit, ut infra ex Ruffino dicemus, S. Lucianus; ergo non erat ante novam illam obortam a Maximino persecutionem sublatus e medio. Id argumentum qui convelli possit, non video; nisi forte cuipiam veniat in mentem, hæc a Ruffino esse conficta, sive supposita. Qua ratione quidlibet negari poterit. Nicephorus quoque *Hist. Eccles.* lib. VII, c. 27, diserte hæc sub Maximino gesta tradit; licet cap. 16, Eusebium secutus, cum illustres martyres Diocletiani et Maximiani persecutione occisos recenset Lucianum, quoque iis adnumerarit.

11. At de his satis. Agunt de S. Luciano, præter citatos citandosque in Notis, Vincentius Belvac. lib. XIII, cap. 13 et 14; Petrus de Natal., corrigendus tamen, dum sub Maximiano passum scribit tempore Antheri papæ (S. Antherus sub Julio Maximino an. 326 occisus est, ut 3 Jan. diximus); S. Lucianus sub Galerio Maximino an. 312, cum Romæ sederet S. Melchiades, de quo 10 Decemb. Meminit Luciani Marianus Victorius scholiis in epist. 107 S. Hieronymi, Cornelius Grasius, tom. I, de Vitis SS. Acta ejus Belgice edidit Heribertus Rosweidus noster; Italice aliquanto copiosius Gabriel Flamma; Gallice Renatus Benedictus perquam accurate. Ejus denique meminit auctor Commentarium in Job, quæ Origeni tribuuntur; licet vel inde patet illius non esse, quippe qui diu ante Lucianum obierit : aut certe a librario quopiam A hæc adjecta sunt, et quidem (ut videtur) Latino. Hic porro quisquis demum sit, ita scribit lib. II in Job circa medium : « Ita consummatus est beatus atque gloriosus Lucianus, lucidus vita, lucidus et fide, lucidus etiam tolerantiæ consummatione. Ob hoc enim Lucianus cognominatus est, tanquam lucidus, aut proprio lumine sibi fulgens, aut aliis lucens. Hic namque beatus duodecim diebus supra testas pollinas extensus, tertia decima die est consummatus. » Quid sint testæ pollinæ, me latet. Baronius habet testas multas, veluti ὄστρακα πολλὰ scriptum esset ab auctore. Quid si testarum pollines interpretemur, sive testas pollinis instar comminutas?

12. S. Luciani in Galliam translatas esse reliquias, testatur in Martyrolog. Gallicano Andreas Saussayus, ita scribens : « Natalis sancti Luciani Antiocheni presbyteri et martyris, doctrina, eloquentia et sanctitate clarissimi, qui Nicon. ediæ sub Maximino Cæsare ob Christi confessionem passus, et in quatuor partes dissectus est: quibus singulis lapidibus alligatis, et in mare demersis, postridie in Helenopoli Bithyniæ integrum corpus cum ipsis lapidibus inventum est, fideliumque summa cum veneratione sepultum. At decursis aliquot inde sæculis id ex Oriente susceptum Carolus Magnus Arelatum detulit, ædificataque in ejus honorem ecclesia illic honorifice recondidit per Turpinum archiepiscopum Remensem : qua ex re Arelati festiva hodie tanti martyris ex avito more colitur memoria. »

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

VITA ET MARTYRIUM

SACROSANCTI MARTYRIS LUCIANI.

(Græca descripsimus ex ms. codice Coisliniano n. 145, sæculi X. EDIT. PATR.)

CAPUT I.

S. Luciani patria, virtutes, eruditio.

α'. Σαμόσατα πόλις τῆς Συρίας ἐστὶν, Εὐφράτης τῇ πόλει παραῤῥεῖ, πατρὶς ἡ πόλις Λουκιανοῦ. Οὗτος τῶν εὖ γεγονότων ἀνὴρ, ὡς ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος διδάξει. Γεννήτορες Χριστιανοὶ τῷ ἀνδρί· σπουδὴ τοῖς γεννήτορσι Λουκιανὸν ἐκ πρώτης τριχὸς τῇ θεοσε- D Samosata (1) est civitas Syriæ, quam præterfluit Euphrates. Ea civitas fuit patria Luciani, ubi fuit honesto loco natus, ut hæc docebit quæ, de eo tractabit, oratio. Parentes ejus erant Christiani. Magnum autem studium fuit parentibus, ut Lucianum

(1) Samosata ad dextram ripam Euphratis, ubi hic ponte lapideo stratus erat, in Comagene Syriæ provincia, Monologium habet ex Antiochia Syriæ ortum fuisse S. Lucianum.

ab ineunte ætate in religione et erga Deum pietate instituerent. Ambo vero e vivis excedentes, eum relinquunt puerum duodecim annos natum. Is autem, hac sola veluti consolatione inventa, propter jacturam parentum confugit ad divinum quoddam tempum, omnibus suis divitiis distributis pauperibus, et in prima ætate cum Macario, qui habitabat Edessam (2), et sacros Libros interpretabatur, congressus et versatus, quidquid erat in eis pulcherrimum, pauco tempore collegit.

2. Et cum primum quidem accessisset ad lavacrum regenerationis, per aquam et spiritum regeneratus, declinavit ad vitam monasticam (3) : deinde cum ei visum esset, a vino et obsoniorum esu omnino abstinere, statim tanquam ex carceribus depugnabat adversus omnes carnis voluptates. Seipsum autem formans jejuniis, se ad hanc firmam et stabilem deduxit consuetudinem, ut nona hora semel in die comederet. Erant autem ei etiam quidam certi dierum ambitus, in quibus tota hebdomada permanebat jejunus. Plurimum autem vitæ suæ tempus impendebat precibus et lacrymis. A scurrilitate et risu tantum aberat, quantum judicabat ea esse vere ridicula. Contra autem eos qui lugebant studebat imitari, et existimabat esse dignos beatitudinibus. Silentium autem amplexus, et assiduæ deditus meditationi, videbatur semper cogitabundus et tristitia plenus iis qui ad eum accedebant, etiamsi spiritu in se perpetuo exsultaret et lætaretur. Si quando autem verbum ei ex ore visum esset emittere, divinæ Scripturæ erant id quod loquebatur. Tantus enim earum divinus amor ipsum ceperat ut vix somnum vellet capere propter continuam earum meditationem. Si quando autem corpus volebat modicum requiescere, non absque intensa oratione, nec sine calidis lacrymis et genuum flexione somnum sumebat. Sed hæc quidem, dum puerilem adhuc ageret ætatem, a sancto recte gesta sunt.

3. Postquam autem ab ea jam excessit, et cœpit esse adolescens, carnem quidem nullam cum spiritu agitantem seditionem reddidit per sancti Spiritus operationem; quibusdam autem quæ sunt ad esum valde exilia, corpus reficiebat, adeo ut multos dies solo pane vesceretur, et ne pane quidem pluribus, sed iis quæ eo erant ad alendum magis exilia. Aqua autem erat ei potus suavissimus. Nonnunquam autem abstinebat etiam ab usu ignis.

4. Cumque sic pervenisset ad omnem humanam virtutem, fuit cito clarissimus omnium sui temporis. Seipsum ergo tradit Ecclesiæ Antiochenæ; et cum processisset ad sacerdotium, constituit illic maximum ludum litterarium (4), iis qui ubique

δείᾳ ῥυθμίζεσθαι · καὶ τελευτήσαντες ἄμφω νέον αὐτὸν καταλείπουσιν ἔτος που δωδέκατον ἄγοντα. Ὁ δὲ μόνην ὥσπερ παράκλησιν ἐπὶ τῇ τῶν γονέων ἀποβολῇ τὸν Θεὸν εὑρηκὼς, εἴς τινα θεῖον καταφεύγει ναὸν, πάντα τοῖς πενομένοις τὸν πλοῦτον διανειμάμενος, καὶ παρὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν μακαρίῳ τινὶ τὴν Ἔδεσαν οἰκοῦντι, καὶ τὰς ἱερὰς διερμηνεύοντι βίβλους ἀνδρὶ συγγενόμενος, πᾶν ὅ τι κάλλιστον ἐν ταύταις ὑπῆρχεν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ συνέλεξε.

β'. Καὶ πρῶτα μὲν τῷ τῆς παλιγγενεσίας λουτρῷ προσελθὼν, δι' ὕδατός τε καὶ πνεύματος ἀναγεννηθεὶς, πρὸς τὸν μοναδικὸν ἀπέκλινε βίον · ἔπειτα δόξαν αὐτῷ τοῦ οἴνου τε καὶ τῆς ὀψοφαγίας εἰς τέλος ἀπέχεσθαι, εὐθὺς ὥσπερ ἐκ πρώτης γραμμῆς πρὸς ἡδονὰς πάσας τὰς τῆς σαρκὸς ἀπεμάχετο · νηστείαις δὲ τυπῶν ἑαυτὸν εἰς ἔθους ἤγαγε πῆξιν κατὰ τὴν ἐννάτην ὥραν ἅπαξ τῆς ἡμέρας σιτίζεσθαι. Ἦσαν δὲ καί τινες αὐτῷ ἡμερῶν περίοδοι, ἐν αἷς καὶ ὅλη τοῦτον εἶχεν ἡ ἑβδομάς. Τόν γε μὴν πλείονα τῆς ζωῆς χρόνον προσευχαῖς καὶ δακρυσιν ἔνεμεν · εὐτραπελίας μὲν οὖν τοσοῦτον ἀπεῖχε καὶ γέλωτος, ὅσῳ ταῦτα καὶ γελώτων ἀληθῶς ἔκρινεν ἄξια. Τοὐναντίον δὲ τοὺς πενθοῦντας καὶ ζηλοῦν ἔσπευδε, καὶ μακαρισμῶν ἀξίους ἡγεῖτο · τὴν δὲ σιωπὴν ἀσπαζόμενος, καὶ τῇ συνεχεῖ μελέτῃ προσκείμενος ἐπὶ συνοίας ὡρᾶτο ἀεὶ, καὶ κατηφείας πλήρης τοῖς παραβάλλουσιν, εἰ καὶ τῷ πνεύματι διὰ παντὸς ἐν ἑαυτῷ ἠγαλλιατο καὶ ἔχαιρεν. Εἰ δέ ποτε καὶ ῥῆμα δόξειεν αὐτῷ προέσθαι τοῦ στόματος, αἱ θεῖαι Γραφαὶ τὸ λαλούμενον ἦν · τοσοῦτος γὰρ αὐτῷ θεῖος τούτων ἔρως ἐνέσκηψεν, ὡς μηδὲ ὕπνου σχεδὸν ἐθέλειν τῇ περὶ ταύτας διηνεκεῖ μελέτῃ μεταλαμβάνειν · εἰ ποτε δὲ τὸ σῶμα τὰ μέτρια διαναπαύσειν ἠβούλετο, οὐκ ἄνευ προσευχῆς ἐκτενοῦς, οὐδὲ ἄνευ θερμῶν δακρύων, καὶ γονάτων κλίσεως ὕπνου μετεῖχεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρώτην καὶ παιδικὴν ἄγοντι τὴν ἡλικίαν τῷ ἁγίῳ κατώρθωτο.

γ'. Ἐπεὶ δὲ ἤδη ταύτην τε ὑπερίδη, καὶ εἰς νεανίσκους τελεῖν ἤρξατο, ἀστασίαστον μὲν τὴν σάρκα τῷ πνεύματι τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρεστήσατο · τισὶ δὲ τῶν εἰς βρῶσιν λεπτῶν τὸ σῶμα συνίστη, ὡς ἐφ' ἱκαναῖς ἡμέραις ἄρτῳ μόνῳ κεχρῆσθαι, καὶ μηδὲ ἄρτῳ τοῖς πλείοσιν, ἀλλά τινι καὶ τούτου πρὸς τροφὴν λεπτοτέρῳ. Ὕδωρ δὲ αὐτῷ ποτὸν ἥδιστον · ἔστι δὲ ὅτε καὶ τῆς τοῦ πυρὸς ἀπείχετο χρήσεως.

δ'. Καὶ οὕτως εἰς ἅπαν τῆς κατ' ἄνθρωπον ἀρετῆς ἀφικόμενος τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ τάχιστα πάντων ὑπῆρξεν ὀνομαστότατος. Τῇ οὖν Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ φέρων ἑαυτὸν δίδωσιν, καὶ εἰς ἱερωσύνην προβὰς, διδασκαλεῖον μέγιστον ἐκεῖ συνεστήσατο, τῶν ἁπαν-

(2) Edessa urbs Mesopotamiæ, haud procul Samosatis.

(3) De monachis, rituque illos consecrandi antiquis illis temporibus, priusquam cœnobia publice constituerentur, consuli posset, c. 6 *Hierarchiæ ecclesiasticæ* S. Dionysii, et Balthasaris Corderii nostri in illud Animadversio ; notatio item Petri Halloix nostri in cap. 7 Vitæ ejusdem S. Dionysii a se editæ.

(4) Scholas olim, præsertim sacræ catecheseos, a Christianis doctoribus aperiri solitas, constat ex Eusebio, Baronio, Petro Halloix t. II *De vitis scriptorum*, in Pantæno, et hic num. 1, Macarii Edesseni exemplo.

ταχοῦ σπουδαιοτάτων, ὡς αὐτὸν ἀλλαχόθεν ἄλλῳ ἀφικνουμένων. Ἤσκητο δὲ τὴν ὀξυγραφίαν, καὶ τὸ ἐκεῖθεν αὐτῷ πορίζόμενον, ἅμα μὲν ἑαυτῷ πρὸς τροφήν, ἅμα δὲ καὶ τοῖς πένησιν ἐχορήγει· καὶ γὰρ εἰ μὴ πρὶν ἢ τροφῆς οὗτος μεταλάβοι, ἕτεροι τοῦ ἀπὸ τῶν αὐτοῦ χειρῶν βίου μετάσχοιεν, ἀδικίαν τὸ πρᾶγμα ἐτίθετο. Οὗτος οὖν καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἰδὼν πολὺ τὸ νόθον εἰσδεξαμένας, τοῦ τε χρόνου λυμηναμένου πολλὰ τῶν ἐν αὐταῖς, καὶ τῆς συνεχοῦς ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταθέσεως, καὶ μέντοι καὶ τινων ἀνθρώπων πονηροτάτων οἳ τοῦ Ἑλληνισμοῦ προεστήκεσαν, παρατρέψαι τὸν ἐν αὐταῖς νοῦν πειρασαμένων, καὶ πολὺ τὸ κίβδηλον ἐν ταύταις διασπειράντων, αὐτὸς ἁπάσας ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Ἑβραΐδος ἀνενεώσατο γλώττης, ἣν καὶ αὐτὴν ἠκριβωκὼς εἰς τὰ μάλιστα ἦν, πόνον τῇ ἐπανορθώσει ὅτι πλεῖστον εἰσενεγκάμενος. Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ καθαρότητα τῶν θείων δογμάτων, τίς ἂν ὑφ' ἑτέρου τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένων ὑπὲρ τοῦτον εὕροι φυλαττομένην;

A erant studiosissimi, aliunde ad ipsum accedentibus. In celeriter autem scribendo erat exercitatus, quod ex eo acquirebat, simul quidem et sibi ad alimentum, et pauperibus suppeditabat. Etenim nisi, priusquam ipse cibum sumeret, alii victus, quem manibus quærebat, essent participes, iniquum esse ducebat. Is ergo cum vidisset sacros Libros esse valde adulteratos, cum et tempus multa in eis corrupisset, continuaque ab aliis in alia translatio, et quidam homines sceleratissimi, qui gentilitati præerant, conati essent pervertere eorum intelligentiam; ipse omnes rursus sumpsit, et ex lingua renovavit Hebraica, quam ipsam quoque sciebat accuratissime, in eis corrigendis plurimum laboris conferens. Porro B autem divinorum quoque dogmatum puritatem quis ab alio ex iis qui fuerunt illo tempore, melius quam ab ipso fuisse servatam invenerit?

CAPUT II.

S. Luciani comprehenditur. Puerorum constantia.

ε'. Ἐπειδὴ δὲ Μαξιμιανὸς ὁ Βασιλεὺς ἐλύττησε κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ λύσσαν ἀμήχανον, ῥᾷον οἰόμενος ἐξ ἀνθρώπων θέσθαι τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα, εἰ τοὺς ἐν πᾶσιν ἀκροτάτους ἐκποδὼν ἐννοήσειε ποιήσασθαι, ἐπύθετο μὲν περὶ τοῦ ἀνδρὸς, ἅτε πολλῆς πανταχοῦ περὶ αὐτοῦ τῆς φήμης διαθεούσης· δεινὸς δὲ αὐτὸν ἔρως εἰσῆλθε τὸν ἄνδρα χειρώσασθαι. Καὶ πέμπει δὴ τοὺς χειρὶ συλλήψεμένους· ὁ δὲ μαθὼν, οὐκ αὐτόμολος εἰς τὸν κίνδυνον ἦν, ἀλλὰ διὰ φυλακῆς ἐποιεῖτο καὶ ἀσφαλείας μηδέν, τό γε εἰς αὐτὸν ἥκον ῥιψοκίνδυνον ὑπομένειν δόξαι, μηδὲ τὴν Ἐκκλησίαν μεγάλην τὴν ἐφ' ἑαυτῷ κατ- C ήφειαν προξενῆσαι. Ἀσφαλὴς γοῦν εἰς δύναμιν ἦν, ὡς τοῦτο καὶ τοῦ Κυρίου πεποιηκότος τε καὶ διαλεξαμένου, καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ὁμοίως. Καὶ δὴ τῆς πόλεως ὑπεκστὰς ἐπ' ἀγροῦ τινος ὑπῆρχε κατακρυπτόμενος. Παγκράτιος δὲ τις τῆς αὐτῆς Ἀντιοχείας, τὴν μὲν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἔχων, τῆς δὲ Σαβελλίου ὑποφρονήμασιν ὑπενηνεγμένος, ἐκ πολλοῦ τῇ τοῦ ἀνδρὸς δόξῃ διαβασκαίνων, προδίδωσιν αὐτὸν τοῖς ἀναζητοῦσιν.

5. Cum autem Maximianus imperator maxima quadam rabie esset percitus adversus Christi Ecclesiam, conareturque Christianum nomen delere ex hominibus, eos qui erant summi inter omnes, longissime removere studens, de illo quidem audit, ut de quo magna fama pervaderet in omnes partes: magnum vero eum incessit desiderium illum in suam redigendi potestatem. Mittit igitur qui eum comprehenderent. Ille vero cum id rescivisset, non se sua sponte conjecit in periculum, sed diligenter cavebat, quantum in eo situm erat, ne videretur temere adire pericula, neque Ecclesiæ propter se magnam afferre tristitiam. Sibi ergo cavebat pro viribus, utpote quod hoc quoque Dominus fecisset, et dixisset, et ejus discipuli similiter. E civitate itaque excedens, in agro quodam latebat. Pancratius autem quidam Antiochenus, qui presbyteri quidem erat honorem assecutus, idem vero sentiebat quod Sabellius (5), jam diu ante illius gloriæ invidens, ipsum prodit iis qui quærebat.

ς'. Καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τὴν Νικομήδειαν ἤγετο τεθνηξόμενος· ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ Μαξιμιανὸς ἦν, πολὺς δὲ καὶ παντοδαπὸς ἐγίνετο φθόνος τῶν τὸν Χριστὸν ἀρνεῖσθαι μὴ βουλομένων. Καὶ τοῦτο μὲν, Ἄνθιμον τῆς αὐτῆς ὄντα Νικομηδείας ἐπίσκοπος ἀνελὼν ὁ Μαξιμιανὸς πυρὶ παραδέδωκεν· τοῦτο δὲ Πέντρον τὸν τῆς D Ἀλεξανδρείας ἔγοργον· τοῦτο δὲ, πολλοὺς ἀγαθοὺς τε καὶ γενναίους ἄνδρας. Καὶ εἰς τοσοῦτο προέβη τῆς ἐπὶ τούτοις ὠμότητος, ὥστε καὶ μὴ παίδων νηπίων κομιδῇ φείδεσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἀναιρεῖν·

6. Et ille quidem Nicomediam ducebatur moriturus. Illic enim erat Maximianus, qui magnam et omne genus cædem faciebat eorum, qui Christum non volebant negare. Nam et Anthimum (6), qui erat episcopus ejusdem Nicomediæ, interfectum igni tradidit, et Petrum antistitem (7) Alexandriæ, et multos alios præclaros et fortes viros. Quinetiam ad tantam processit sævitiam, ut ne infantibus quidem parceret, sed ipsos quoque interimeret; quoniam nec poterat quidem eis persuadere, ut gustarent ea

(5) Sabellius tollebat personarum in sanctissima Trinitate discrimen, unde sequebatur, Patrem quoque incarnatum esse et passum; ad hæc materiam ingenitam asserebat. Quæ fusius tradit Baronius tom. II. an. 260, n. 61 et seq.

(6) De S. Anthimo episcopo Nicomediensi et martyre agemus 27 April.

(7) S. Petri Alexandrini episcopi vitam dabimus 26 Novemb. ubi de tempore cædis ejus agemus.

quæ sacrificabantur dæmonibus. Non enim persuadebat, sed resistebant pueri, aperte corroborati a quodam, quod sub aspectum aperte non cadebat, auxilio, ad magis arguendam dæmonum, et eorum qui eis inserviunt, non solum improbitatem, sed etiam imbecillitatem: siquidem apertæ erat imbecillitatis, non posse firmam ac validam suam reddere sententiam, maxime cum omnia cuperent, et omnia experirentur. Fuit autem maximum auxilium iis, qui considerate et ex judicio decertabant, puerorum ad mortem usque fortitudo et constantia, ut qui erubescerent, si cernerentur pueris inferiores, rebus gravibus et asperis illatis, sicut illi, non resistentes. Quicunque autem rursus frangerentur periculis, iis puerorum perpessiones afferebant reprehensionem, quod non tam propter malorum gravitatem, quam propter animi mollitiem, eos victos fuisse appareret. Sic nihil temere, nec absque optima ratione neque est, neque fuit, neque unquam fuerit eorum quæ a Deo conceduntur et ejus providentia: quomodo tunc multa quidem varia et multiplicia evenerunt in pueris. Ex quibus omnibus unum narrabo, quod est maxime dignum ut mandetur memoriæ. Sic enim habet:

διότι μὴ δυνατὸς ἦν πείθειν αὐτοὺς ἀπογεύεσθαι τῶν τοῖς δαίμοσι θυομένων. Οὗ γὰρ ἔπειθεν, ἀλλ' ἀντεῖχον οἱ παῖδες ὑπό τινος ἐπιδήλως ἀοράτου βοηθείας νευρούμενοι, πρὸς ἔλεγχον μείζονα τῆς τῶν δαιμόνων καὶ τῶν τούτοις ὑπηρετουμένων οὐ πονηρίας ἤδη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσθενείας· εἴπερ ἐμφανοῦς ἀσθενείας ἦν τὸ μὴ δύνασθαι κυρείαν ἐπιδεῖξαι τὴν ἑαυτῶν γνώμην πάντα προθυμουμένους, ἄλλως τε, καὶ πᾶσι τὴν πεῖραν προσάγοντας· καὶ μὲν δὴ καὶ βοήθημα μέγιστον ἐγίνετο τοῖς ἐκ λογισμοῦ καὶ κρίσεως ἀγωνιζομένοις ἡ τῶν παίδων ἄρχι θανάτου καρτερία καὶ ἔνστασις, ἐν αἰσχύνῃ ποιουμένοις, εἰ παίδων ὀφθεῖεν ἥττους τῇ τῶν δεινῶν ἐπαγωγῇ ὡς ἐκεῖνοι μὴ ἀνθιστάμενοι. Ὅσοι δὲ πάλιν πρὸς τοὺς κινδύνους ὀκλάσειαν τούτους εἰς κατηγορίαν ἐτέλει τὰ τῶν παίδων παγήματα, ὡς οὐχὶ βαρύτητι τῶν δεινῶν μᾶλλον, ἢ χαλαρότητι λογισμῶν οἰκείων, τὴν ἧτταν ὑπομεμενηκότες φανείησαν. Οὕτως οὐδὲν εἰκαῖον οὐδὲ λόγου τοῦ κρατίστου χωρὶς οὔτε ἦν, οὔτε ἔστιν, οὔτε μήποτε γένηται τῶν ὑπὸ Θεοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ προνοίας συγχωρουμένων· ὥσπερ οὖν καὶ τότε ποικίλα μὲν καὶ ἄλλα περὶ τοὺς παῖδας ἐγίνετο πάθη· ἓν δὲ, ὃ καὶ μνήμης ἔστι μάλιστα ἄξιον, διηγήσομαι. Ἔχει γὰρ ὧδε.

7. Maximianus cum duos quosdam pueros genere fratres, illustri loco natos, curasset slstendos; primo quidem conabatur eos quibusdam promissis inescare, quibus existimabat pueros maxime illiciendos: postea jussit eis afferri ex iis, quæ erant a pud ipsum, sacrificiis, et quæ videntibus pueris sacrificaverat, ut et gustarent, et nullis malis afficerentur. Illis autem aversantibus, et deflentibus, et ut poterant, lingua eis balbutiente dicentibus, quod non sic didicissent a parentibus, sed alius esset modus quo ii utebantur; minatus est, ab ira mutatus, quin etiam variis eos affecit verberibus. Cum vero pueri fortiter resisterent, et nullo modo cederent eos utique divina roborante virtute; quidam e sophistis, qui illic aderat simul cum imperatore, et ad hæc eum maxime incitabat et inducebat, pollicitus est se statim effecturum ut ipsi comederent. Ridiculum enim esse dicebat, si a pueris adhuc balbutientibus viderentur superari Romanorum imperatores. Tale quid ergo machinatur: cum sinapi quamdam acutissimam et toleratu difficillimam excogitasset confectionem, eorum quidem caput pilis nudavit; cum autem medicamenti id, quod erat crassissimum, illivisset, ut ex majore materia, repentina et major simul virtus profundum penetraret, in igne accensum eos intulit balneum. Hoc in loco pueri, cum voluti quodam fulmine icta essent eorum capita, hac ipsa hora fuerunt inclinati ad solum usque. Nec multo post eadens eorum ætate minor prior est mortuus, cum non potuisset resistere magnitudini flammæ accensæ in calvaria. Cum autem alter vidisset fratrem cecidisse, quam maxima potuit voce bona verba est effatus, fratris exsultans victoria, cumque amplexus est et osculatus, et eum proclamavit victorem, assidue exclamans: Frater mi,

ζ'. Ὁ Μαξιμιανὸς δύο τινὰς παῖδας ἀδελφοὺς τὸ γένος, τῶν λαμπρῶν γενομένων, παραστησάμενος. τὰ πρῶτα μὲν ὑποσχέσεσί τισιν ἐπεχείρει δελεάζειν, οἷας ᾤετο παισὶν ὅτι μάλιστα γενήσεσθαι ἐπαγωγοτάτας· καὶ προσφέρειν ἐκέλευεν αὐτοῖς τῶν παρ' αὐτῷ θυμάτων, ὧν ἐπ' ὀφθαλμοῖς τῶν παίδων θύσας ἦν, ἐφ' ᾧτε ἀπογεύσασθαι, καὶ κακῶν ἀπαθεῖς μεῖναι. Τῶν δὲ ἀποστρεφομένων τε καὶ ἀναπλαιόντων, καὶ ὡς ἠδύναντο φασκόντων τῆς γλώσσης αὐτοῖς ἔτι ψελλιζομένης, καὶ ὅτι οὐχ οὕτως παρὰ τοῖς ἑαυτῶν πατράσιν μεμαθηκότες εἴησαν, ἀλλ' ἕτερος εἴη τρόπος ὁ παρ' ἐκείνοις τελούμενος, ἠπείλει μεταβαλλόμενος αὖθις, καὶ δὴ καὶ προσῆγεν αὐτοῖς ποικίλας αἰκίας. Ὡς δὲ καὶ πρὸς ταύτας οἱ παῖδες ἀπομαχόμενοι ἵσταντο, καὶ οὐδαμῶς ἐνεδίδοσαν τῆς θείας αὐτοὺς δήπου ῥωννυούσης δυνάμεως· τῶν τις σοφιστῶν ἐκεῖθι τῷ βασιλεῖ παρὼν ὁ πρὸς τὰ τοιαῦτα μάλιστα παρορμῶν τε καὶ ὑφηγούμενος, αὐτὸς ὑπέστη παρασκευάσειν αὐτοὺς αὐτίκα βρώσεσθαι παντὸς τοῦ προσφερομένου· καταγέλαστον γὰρ εἶναι παίδων ἔτι ψελλιζομένων φανεῖεν οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς ἥττους γενόμενοι. Μηχανᾶται τοίνυν τοιόνδε· νάπυος τινὰ σκευὴν ὀξυτάτην καὶ δυσκαρτέρητον ἐπινοήσας, ἐψιλωσε μέν αὐτοῖς τὰς κεφαλὰς τῶν τριχῶν· τοῦδε φαρμάκου παχύτατον ἐπιπλάσας, ἵν' ἐκ πλείονος τῆς ὕλης ἀθρόα καὶ πλείων ἡ δύναμις ἡ τοῦ βάθους καθαπτομένη, εἰς πυριφλεγές εἰσεκόμισε βαλανεῖον. Ἐνταῦθα δὴ οἱ παῖδες ὥσπερ τινὶ πρηστῆρι τὰς κεφαλὰς βληθέντες αὐθωρὸν συνεκάμφθησαν μέχρις ἐδάφους. Καὶ μετ' οὐ πολὺ πεσὼν ὁ νεώτερος αὐτῶν ἔθανεν, οὐκ ἀντισχὼν πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ἐξαφθείσης τοῦ κρανίου φλογός· ὁ δὲ ἕτερος ὡς εἶδε πεσόντα τὸν ἀδελφὸν ἀνευφήμησε ὁπηλίκον ἠδύνατο μέγιστον τῇ τοῦ ἀδελφοῦ νίκῃ ἐπαγαλλόμενος, καὶ περιλαβὼν αὐτόν ἐφίλει, καὶ νικηφό-

ρον ἑβόα, καὶ συνεχῶς · Ἀδελφέ μου, νενίκηκας, ἐκ- A vicisti, donec hoc dictum eloquens, eumque com-
εκράγει, μέχρις οὗ καὶ αὐτὸς τοῦτο ἔπος ἐπιφθεγ- plectens et osculans, ipse quoque exspiravit et
γόμενος αὐτῷ καὶ περιπλεγνύμενος καὶ φιλῶν προσ- jacuit, fratrem jam ulnis tenens. Accidit autem
απέπνευσεν, καὶ ἔκειτο ἤδη τὸν ἀδελφὸν ἐνηγκαλι- illo tempore hæc perpessio maxima, et iis, qui
σμένος. Καὶ πάθος μέγιστον δὴ τοῦτον κατ' ἐκεῖνον videbant, maxime miserabilis, ipsa quidem certe
συνίδη τὸν χρόνον, καὶ τοῖς ὁρῶσιν ἐλεεινότατον, ætate attrahente plurimorum animos ad miseri-
αὐτῆς δήπου τῆς ἡλικίας εἰς οἶκτον τὰς τῶν πλειό- cordiam. Et eos quidem ii qui ad ipsos genere
νων γνώμας ἐπισπωμένης. Καὶ τούτους μὲν οἱ προσ- attinebant, cum sustulissent, sepelierunt cum
ήκοντες ἀνελόμενοι σὺν τοῖς ἄλλοις ἔθαψαν παισὶ διὰ aliis pueris, propter causæ communitatem. Et
τὸ κοινὸν τῆς αἰτίας · καὶ νῦν ἔστιν αὐτῶν τὸ μαρ- hoc est martyrium circa Nicomediam, quod no-
τύριον περὶ τὴν Νικομήδειαν, τῶν νηπίων οὕτω μέχρι minatur martyrium infantium, usque in hodier-
τοῦ παρόντος ὀνομαζομένων. nam diem.

CAPUT III.

Lucianus varios convertit : conjicitur in carcerem.

η'. Ὁ δὴ Λουκιανὸς ἐπειδὴ τῆς Καππαδοκίας ἐπ- B 8. Cum autem Lucianus, dum duceretur, ve-
έδη φερόμενός τισιν ἐντυχών, ἐκεῖ τῶν τοῖς ὅπλοις nisset in Cappadociam (8), et convenisset quos-
στρατευομένων, Χριστιανοῖς μὲν οὖσιν, εἰς ἀρνή- dam illic milites, qui erant quidem Christiani,
σεως δέ πως ἀνάγκην ἀφικομένοις, ἀνεκαλεῖτο τὰς coacti autem fuerant abnegare, eorum mentem
γνώμας αὐτῶν, ὑποδεικνύς τε καὶ ὑφηγούμενος, ὡς revocavit, ostendens et exponens, quod sit om-
αἰσχρότατον ἂν εἴη πάντων, ἄνδρας καὶ ταῦτα στρα- nium turpissimum, viros eosque milites videri
τιώτας ἀγεννεῖς ὀφθῆναι, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θανάτου ignavos ac pusillanimes, et ad mortis adeundum
πεῖραν ἀτολμωτάτους · ὧν καὶ γυναῖκες ἤδη τινὲς, periculum timidissimos, quibus quædam jam fe-
μᾶλλον δὲ καὶ παῖδες γεγόνασι κρείττονες· πῶς δ' minæ, atque adeo pueri, fuere superiores. Quo-
ἂν ὑμεῖς, ἔφη, τοῦ ἐπικήρου βασιλέως προκινδυνεύ- modo autem vos, inquit, pro rege caduco et terre-
σητε, τὸν οὐράνιον ἑτοίμως οὕτω προδεδωκότες ; τί no pericula adibitis, qui cœlestem tam cito prodi-
δὲ καὶ τὸ χύρωμα ἢ φύλαγμα ὑμῖν γενήσεται σω- deritis ? Quod autem erit vobis munimentum aut
τηρίας, εἰ ἐκεῖνος ὑμᾶς αὐτίκα τύχῃ τῶν ἐνθένδε præsidium salutis, si ille vos mox hinc accersierit?
μετακεμψάμενος ; Ἆρ' ἐννοεῖτε ὡς αὐτὸς διέπει καὶ Non cogitatis eum hoc universum et regere et ad-
πρυτανεύει τόδε τὸ πᾶν ; κἀκεῖνος ἔστι ζωῆς τε καὶ ministrare ; illumque et vitæ esse dispensatorem,
θανάτου κύριος ; Πολλῷ τοίνυν βέλτιόν ἐστι τοῦ C et mortis dominum? Est ergo longe melius, præ-
παρόντος βίου λόγον ἐλάττω ποιησαμένους τῆς παρ' sentem vitam minus curantes, consequi, quæ apud
ἐκείνῳ τυχεῖν ἀτελευτήτου μακαριότητος, ἢ τῆς ἐν- illum nunquam desinit, beatitudinem, quam vitam,
τεῦθεν ζωῆς περισχομένους, ταύτης δὲ οὐδὲν ἧττον quæ hic est, amplectentes, ab hac nihilo secius
ἁμαρτεῖν, μέλλοντας ἴσως καὶ ὑπὸ πολεμίων τού- excidere, ut qui forte sitis et hac privandi ab
τὴν ἁφαιρεθῆναι, κἀκείνης τε ἐκπεσεῖν, καὶ δίκην hostibus, et illam non assecuturi, et præterea da-
ἔτι διδόναι, κολασθησομένους ἀθάνατα. Τούτους ἐκεῖ- turi pœnas puniendi immortales. Illi ergo cum hæc
νοι δεξάμενοι τοὺς λόγους, ἐγνωσιμάχουν, καὶ μετ- audivissent, resipuerunt, et eos pœnituit se ne-
έμελε σφίσιν ἀρνησαμένοις, καὶ αὖθις ἐφ' ἑαυτοὺς gasse. Et cum rursus ad se rediissent, et libere es-
ἐπανελθόντες καὶ παῤῥησιασάμενοι, τὸν ὑπὲρ Χρι- sent locuti, plurimi (9) propter Christum mortem su-
στοῦ θάνατον οἱ πλείους ὑπέστησαν, ὄντες οὐκ ἐλάτ- bierunt, cum essent non pauciores numero quam
τους τὸν ἀριθμὸν τεσσαράκοντα · τινὲς δὲ καὶ πά- quadraginta ; nonnulli autem cum decertassent
σαις κολάσεων ἰδέαις προαγωνισάμενοι, ἐπέζησαν adversus omnia genera suppliciorum, vixerunt ad-
ἔτι μηδὲν ἀγεννὲς μετὰ τὴν δευτέραν πεῖραν ὑπο- huc, cum nihil turpe et ignavum præ se tulissent
μεμνηκότες, ἀλλὰ καὶ τὴν προτέραν τῆς ἀρνήσεως in secunda experientia ; sed prius quoque judi-
ἄκην τῇ νῦν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐνστάσει διαλυσά- D cium negationis, invicta deinceps pro pietate
μενοι. constantia delevissent.

θ'. Ὁ δὲ Λουκιανὸς πάρεργα τῆς ὁδοῦ ταῦτα καὶ 9. Lucianus autem, cum in transitu itineris hæc et
τοιαῦτα πλείω διαπραξάμενος, εἰς τὴν Νικομήδειαν plura hujusmodi effecisset, delatus est Nicomediam.
κομίσθη · τούτου δὲ τοῦ ἀνδρὸς ὁμίληται γεγόνασι Hujus autem viri fuere multi familiares, et ex iis non-
πλείους, καὶ οἱ μὲν αὐτόθι συμπαρῆσαν αὐτῷ κατὰ nulli cum eo aderant decertante Nicomediæ, alii abe-
τὴν Νικομήδειαν ἀγωνιζομένῳ · οἱ δὲ οὔ · ἐξ ὧν τινες rant. Ex quibus cum aliqui ad eos accessissent ii,
προσκαλόντων αὐτοὺς τῶν ἑλληνίσαι βιασαμένων, ἐν- qui cogebant Christianos ritum sequi gentium,
ὕσουν μὲν τὰ πρῶτα μὴ δυνηθέντες ἀρκέσαι πρὸς primo quidem cesserunt, ut qui non possent tor-
τοὺς βασάνους · ἔπειτα μέντοι Λουκιανὸς ὁ θεῖος (ἔτι mentis sufficere ; at cum divinus Lucianus (adhuc
γὰρ ἔζη) προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, καὶ λόγοις παν- enim vivebat) eos ad se accersivisset, et omne genus

(8) Hinc patet, terrestri itinere Antiochiæ Nicomediam perductum esse Lucianum.

(9) Hi cum aliis fortasse in eadem Cappadocia passis coluntur 23 Maii.

sermonibus eorum animos correxisset, et quantum sit transgressionis periculum ostendisset, et quod nemo eorum, qui suam prodiderit in Christum confessionem, effugiet flammam gehennæ, quæ non potest exstingui; ducti pœnitentia, ab eo reducti sunt in Ecclesiam.

10. Ex iis autem, qui ad Lucianum venerant Nicomediam, erat etiam Antonius (10), discipulorum suorum dilectissimus: quo, postquam venit, usus est ministro ad scribendas epistolas, ut ipse quoque ostendit Lucianus in una epistola. Ex iis autem qui aberant, erant quidem plures viri, ex mulieribus autem Eustolia, et Dorothea, et Severa. Aiunt autem Pelagiam (11) quoque fuisse ex ejus discipulis, quæ Antiochiæ Syriæ vixit: quæ etiam dicitur seipsam e tecto altissimo dejecisse, cum accessissent qui eam erant comprehensuri, timens ne abominandum quid per vim sustineret (erat enim virgo), et eo modo esse mortuam: quam etiam in hodiernum usque diem honorant tanquam martyrem, qui sunt amantes martyrum.

11. Porro autem cum de Luciano a multis audiret Maximianus, tantam in ejus facie insidere reverentiam, ut si eum solum vidisset, veniret in periculum ne fieret Christianus; postquam jussit ut ille adduceretur, timens ne sibi tale quid accederet, velo interjecto separat sermonis congressionem, et verba procul ad eum emittebat, intermedio utens sermonis ministro. Et primum quidem pollicebatur se innumerabilia ei esse largiturum, et rerum gerendarum habiturum eum esse consiliarium, et Patrem imperatoriæ dignitatis, et socium sollicitudinis quæ pro summa rerum suscipitur; et plura alia hujusmodi: pro quibus omnibus unum solum dicebat se petere, nempe ut diis sacrificaret. Cum autem ille, audita donorum magnitudine, quæ de eis dicebantur, nihili fecisset, et ne universum quidem mundum esse cum pietate in Deum conferendum dixisset, tunc jam mutatus imperator, minatus est se ad supplicium ei esse intentaturum, quidquid longum tempus invenisset, et si quid ipse posset invenire novum et inauditum. Illo autem adversus hæc interritam opponente audaciam, et parato prodire in aciem, valde indignatus imperator, eum quidem noluit quam primum tollere de medio; putabat enim se sic ei gratificaturum, ut qui eum illico liberaret a malis; sed jussit in carcerem conjectum torqueri variis modis.

τοῖοις αὐτῶν ἀνορθώσας τὰς γνώμας, καὶ ὅσῳ τὸ κινδυνῶδες τῆς παραβάσεως ὑποδείξας, καὶ ὡς οὐδεὶς τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν καταπροδοὺς διαδράσεται τὴν ἀσβέστου φλόγα τῆς γεέννης εἰπών, μεταγνῶναί τε παρεσκεύασεν, καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἐπανήγαγεν αὖθις.

ι'. Τῶν δὲ εἰς τὴν Νικομήδειαν τῷ Λουκιανῷ ἐπελθόντων, καὶ Ἀντωνῖνος ἦν τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ὁ ἀγαπητότατος, καὶ διακόνῳ γε τούτῳ ἐπειδὴ ἀφίκετο πρὸς τὴν τῶν ἐπιστολῶν ἐχρήσατο γραφήν, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Λουκιανὸς ἐν μιᾷ ἐπιστολῇ τοῦτο δεδήλωκεν· τῶν δὲ ἀπόντων ἀνδρῶν μὲν πλείους ἐτύγχανον, γυναικῶν δὲ Εὐστόλια, καὶ Δωροθέα, καὶ Σεουήρα, Φησὶ δὲ καὶ Πελαγίαν τῶν αὐτοῦ γενέσθαι μαθητριῶν, τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας πρὸς Ἄμανῳ τῷ ὄρει βιώσασαν· ἥτις λέγεται καὶ ἑαυτὴν ἄνωθεν ἀπὸ στέγους ὑψηλοτάτου βαλεῖν, ἐπιστάντων αὐτῇ τῶν συλληψομένων, δέει τοῦ μήτι πρὸς βίαν ὑπομεῖναι τῶν ἀπευκτῶν (παρθένος γὰρ ἦν), καὶ τοῦτο ἀποθανεῖν τὸν τρόπον· ἣν καὶ εἰς δεῦρο τιμῶσιν ὡς μάρτυρα γενομένην οἱ φιλομάρτυρες.

ια'. Ὁ μέντοι Λουκιανὸς ὡς τῆς Νικομηδείας ἐπέβη φερόμενος παρὰ πολλῶν ὁ Μαξιμιανὸς πυνθανόμενος, ὥσει καὶ μόνον θεάσαιτο τὸν ἄνδρα, κἂν χριστιανίσαι κινδυνεύσειε· τοσαύτην γὰρ αἰδὼ προκαθῆσθαι τῆς τοῦ ἀνδρὸς μορφῆς, δείσας μή τι πάθοι τοιοῦτον, παραπετάσματι μέσῳ διατειχίζει τὴν ὁμιλίαν, καὶ ἐκ μακροῦ τοὺς πρὸς αὐτὸν διέπεμπε λόγους, μέσῳ τῷ τῶν λόγων διακόνῳ χρώμενος. Καὶ πρῶτον μὲν ὑπισχνεῖτο μυρία δῆτα φιλοτιμούμενος, σύμβουλόν τε τῶν πρακτέων αὐτὸν ἕξειν, καὶ πατέρα τῆς βασιλικῆς ἀξίας, καὶ κοινωνὸν τῆς ὑπὲρ τῶν ὅλων φροντίδος, καὶ ἄλλα πλείω τοιαῦτα, ὧν ἁπάντων ἔφασκε μονώτατον αἰτεῖσθαι τὸ θύσαι τοῖς θεοῖς. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἀκούσας τὸ τῶν δωρεῶν μέγεθος, ἐν φαύλῳ τε τοὺς περὶ τούτων λόγους πεποίητο, καὶ οὐδὲ αὐτὸν ἔφη τὸν ἅπαντα κόσμον ἀντάξιον τῆς εἰς τὸν Θεὸν εὐσεβείας τίθεσθαι, τότε δὴ μεταβαλλόμενος ὁ κρατῶν ἠπείλει πᾶν ὅ τι τε ὁ μακρὸς χρόνος ἐξεῦρεν εἶδος εἰς κόλασιν ἐπάξειν αὐτῷ, καὶ εἴ τιπερ αὐτὸς ἐφευρεῖν δυνηθείη καινότερον. Ἐκείνου δὲ καὶ πρὸς ταῦτα τὸ θαρρεῖν ἀκαταπλήκτως προβαλλομένου, καὶ πρὸς ἀντιπαράταξιν ἀπομαχομένου, ὑπεραγανακτήσας ὁ βασιλεὺς ἀνελεῖν μὲν αὐτὸν διὰ ταχέων οὐκ ἐγίνωσκε δεῖν· χαριεῖσθαι γὰρ ἐνόμιζεν αὐτῷ τὴν ἀθρόαν τῶν χαλεπῶν ἀπαλλαγήν· προσέταξε δὲ αὐτὸν εἰς τὴν εἱρκτὴν ἐμβληθέντα κατὰ ποικίλους τὸ σῶμα στρεβλοῦσθαι τοὺς τρόπους.

CAPUT IV.

In tormentis moritur.

12. Cum eum ergo accepissent ii, quibus hoc erat imperatum, eum multis et variis affecere cruciatibus, quibus erat quidem gravem accepturus dolo-

ιβ'. Παραλαβόντες τοίνυν αὐτὸν οἱ πρὸς τοῦτο τεταγμένοι ποικίλας ἐπῆγον αὐτῷ καὶ πολυτρόπους αἰκίας, αἷς ἀλγυνεῖσθαι μὲν σφοδρῶς ἔμελλεν, ἀν-

(10) Hic est, ni fallor, quem Niceph. lib. VIII, cap. 31, et lib. IX, c. 17. Antonium vocat, aitque, Tarsi Ciliciæ episcopum fuisse, et postquam cum aliis Luciani discipulis, quos recenset, tormentis victus ad gentilitias superstitiones deflexisset, præceptore opem ad pœnitentiam ferente, iisdem renuntiasse; quamvis deinde in Arii declinaverit errores.

(11) Colitur S. Pelagia 9 Junii.

θέξειν δὲ χρόνον ἐπὶ πολὺν κολαζόμενος· καὶ τοῦτο μὲν, εἰς τὴν ποδοκάκην, ξύλον δὲ πρόμηκές ἐστιν στρεβλωτήριον, ἀμφοτέρους αὐτοῦ τοὺς πόδας ἐνεβίβαζον, ἐπὶ τέσσαρα τρήματα διελκύσαντες, ὅπερ ἐστὶ τὸ τῆς τιμωρίας ταύτης βαρύτερον, ἅτε τῶν γλουτῶν ἑκατέρωθεν αὐτῷ βιαίως ἐξαρθρουμένων· τοῦτο δὲ, κατὰ νώτου παντὸς δεινὰς ὀστράκων ἀκίδας κακομηχάνῳ γνώμῃ πυκνὰς καὶ συνεχεῖς ὑπεστόρεσαν, καὶ ἵνα γε μηδὲ στρέφεσθαι τῷ δικαίῳ ἐξῇ, μηδὲ κινεῖσθαι τιτρωσκομένῳ ταῖς τοιαύταις ἀκίσι, διατείναντες αὐτοῦ τὰς χεῖρας ἐπί τινι ξύλῳ ὑπὲρ κεφαλῆς κειμένῳ ἐδέσμουν. Καὶ ἄλλα τε πλεῖστα ἐνύβριζον αὐτῷ, καὶ δὴ καὶ τροφῆς αὐτὸν εἶργον ἁπάσης, πλὴν εἰ νῶν παρ' αὐτοῖς μιαρῶς θυομένων ἐθελήσειε μετασχεῖν· τούτων γὰρ καὶ ἐπιδαψιλευόμενοι ὤρεγον. Ὁ δὲ μυρίους μᾶλλον ἀνῃρεῖτο θανάτους, καὶ ἴδιον ἦν αὐτῷ μένοντι ἀποσίτῳ ταῖς ἐκ τοῦ λιμοῦ παραφθείρεσθαι κεδόσιν, ἢ καὶ μόνην ἐκείνων ὑπομεῖναι τὴν θέαν· καὶ διέμενεν οὕτως ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς τῷ λιμῷ καταδαπανώμενος τέσσαρες καὶ δεκάτας πάσας ἡμέρας, τὰ συνήθη τε ποιῶν, καὶ λόγοις διδασκαλίας ἐπιθαρσύνων τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διὰ Χριστὸν κατακεκλεισμένους, καὶ προσευχαῖς ἐπιμονωτάταις ἐπιστηρίζων.

ιγ'. Ἐπειδὴ δέ τινες ἡμέραι διεληλύθεσαν αὐτῷ τρόπον ὃν εἴρηται κακουμένῳ, καὶ ἤγγιζε μὲν ἤδη τῶν Θεοφανίων ἡ ἑορτὴ, τοὺς δὲ μαθητὰς (παρῆσαν γὰρ αὐτῷ πλείους ἔκ τε τῆς Ἀντιοχείας αὐτῷ καί τινων ἄλλων τόπων συναθροισθέντες) κατηφεῖν εἰσῄει, λογιμένους ὡς αὐτίκα τε τούτους ἀπολιπὼν οἰχήσεται μὲν ὁ διδάσκαλος, οὐκέτι δυνάμενος ἀντέχειν πρὸς τὸν πολυχρόνιον ἐκεῖνον λιμόν· αὐτοὶ δὲ οὐδαμῶς τούτῳ συνεορτάσαι τὴν τῆς θεοφανίας ἡμέραν ἀξιωθήσοντας (πόρρω γὰρ αὐτοῖς ἐφαίνετο οὖσα), καὶ μὴ δύνασθαι μέχρις αὐτῆς τὸ τοῦ διδασκάλου σῶμα ἀποχρήσειν αὐτῷ ἅτε τῆς ἀσιτίας ἤδη τὸ πλεῖστον αὐτῷ κατηναλωκυίας· ὁ ἀοίδιμος ἐκεῖνος ἀνὴρ πρὸς ταῦτα αὐτοῖς ἀντιφθεγγόμενος θαρρεῖν ἰσχυρῶς ἐκέλευε. Συνέσομαι γὰρ ὑμῖν, ἔφη, καὶ τὴν τῶν Θεοφανίων ἡμέραν σὺν ὑμῖν ἑορτάσω, οἰχήσομαι δὲ τῇ ἐπιγινομένῃ. Καὶ μὲν δὴ καὶ ἐτελεύτησεν εἰς ἔργον οὗτος ὁ λόγος, θείας ἐπ' αὐτῷ δυνάμεως σαφῶς διαδεικνυμένης.

ιδ'. Ἐπεὶ οὖν ἡ προσδοκωμένη τῆς ἑορτῆς ἡμέρα κατέλαυνεν, ἐπόθησαν μὲν οἱ μαθηταὶ τελευταίας δὴ παρὰ τοῦ διδασκάλου ταύτης ἀπολαῦσαι μυσταγωγίας. Ἐδόκει δὲ ἄπορον εἶναι πῶς ἂν ἡ τράπεζαν εἰς τὴν εἱρκτὴν εἰσαγάγοιεν, ἢ τοὺς τῶν ἀθέων λάθοιεν ὀφθαλμοὺς, πολλῶν τότε τῶν μὲν παρόντων ἐκεῖ, τῶν δὲ εἰσαφικνουμένων. Ὁ δὲ τράπεζαν μὲν, ἔφη, τόδε τὸ ἐμὸν ἔσται στῆθος ὑμῖν, οὗ μοι δοκῶ τῆς ἐξαψύχου ὕλης ἀτιμοτέρα γεννισομένη Θεῷ, ναὸς δὲ ἅγιος ὑμεῖς μοι γενήσεσθε, πανταχόθεν με περιστοιχισάμενοι· καὶ οὕτως ἐτελεῖτο μὲν ταῦτα τόνδε τὸν τρόπον. Ἤδη γὰρ ὡς ἐπὶ τελετῆς ζωῆς ὄντος τοῦ μάρτυρος, οἵ τε φύλακες ἀνεῖντο, καὶ Θεὸς, ἔγωγε οἶμαι, τόν τε μάρτυρα τιμῶν, καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἀπαραμύθητον ἀφεῖναι τὸν πόθον μὴ ἀνεχόμενος, παρασκευάζει τὸ πρὸς τὴν ἐκκληρωτιν τῶν

rem, longo autem tempore in pœnis duraturus. Et nunc quidem in cippum (est autem hoc tormenti genus oblongum) ambos ejus pedes immittebant, ad quatuor distrahentes foramina : quod quidem est in hoc supplicio gravissimum, cum utrinque coxendices violenter e suis moveantur articulis : nunc autem in toto dorso graves testarum aculeos densos et continuos maligno animo substernebant: et ut ne liceret quidem viro justo se vertere, et ne moveri quidem, dum talibus sauciaretur aculeis; ejus manibus extensis, eas vinciebat in quodam ligno, quod erat positum super ejus caput. Quin etiam aliis quoque multis eum afficiebat probis ac contumeliis, et eum etiam arcebant ab omni cibo, nisi vellet vesci iis quæ ab ipsis sacrificabantur ; ea enim affatim porrigebant. Ille autem maluisset subire mortes vel innumerabiles, et libentius manens jejunus, paulatim a fame esset consumptus, quam vel illorum solum passus esset conspectum. Sic igitur permansit Christi servus, qui a fame consumebatur, totos quatuordecim dies faciens consueta, et verbis doctrinæ animum addens iis qui pro Christo erant inclusi in carcere, et eos confirmans constantissimis et perpetuis precibus.

13. Cum autem aliquod jam dies transissent, et quo eo modo, quo diximus affligebatur, et jam appropinquaret quidem dies festus Theophaniorum; discipulos autem (jam enim ei plures aderant ex Antiochia et ex aliis locis congregati) subiisset tristitia, reputantes fore, ut eis satim relictis abeat quidem magister, non valens resistere diuturnæ illi fami ; ipsi autem nequaquam digni censeatur, qui Theophaniæ diem festum cum eo celebrent; videbatur enim eis esse adhuc valde remotus, et non posse magistri corpus usque ad eum diem sufficere, utpote quod inedia illud jam magna ex parte consumpsisset: vir ille inclytus eos consolans, jubebat esse bono animo : Ero enim, inquit, vobiscum, et diem festum Theophaniorum vobiscum celebrabo: recedam autem postridie. Ad effectum autem deductum fuit id quod dixerat, aperte divina in hoc ostensa virtute.

14. Cum ergo advenisset dies festus, qui exspectabatur, desiderabant quidem discipuli hanc ultimam a magistro consequi mysterii divini celebrationem. Videbatur autem esse dubium, quonam modo mensam quidem in carcerem inferrent, aut laterent impiorum oculi, cum multi quidem tunc partim illic adessent, partim autem accederent, ille vero: Mensa quidem, inquit, erit vobis hoc meum pectus, non, ut arbitror, Deo futura minus honesta ea quæ fit ex inanima materia, templum autem sanctum vos mihi eritis, me omni ex parte circumdantes. Et sic hæc facta quidem sunt hoc modo. Jam enim, ut quod esset sanctus in fine vitæ, et remissi erant custodes, Deo, ut ego quidem arbitror, qui martyrem honorare volebat, et suorum discipulorum non sustinebat inconsolabile videri

desiderium, efficiente, ut citra impedimentum fierent ea, quæ erant proposita. Nam cum omnes eos martyr fecisset in orbem consistere, ut inter se invicem alter prope alterum stantes, eum tuto comprehenderent, jussit suo pectori imponi signa divini sacrificii. Postquam hæc fecissent, et in cœlum protinus sustulit obtutum, cum jam vix posset extollere, et preces peregit consuetas. Deinde cum divina plurima esset effatus, et sacro ritu omnia peregisset proposita, ipse et fuit particeps Sacramentorum, et transmisit ad eos qui aderant, ut ipso quoque ostendit in ultima ad eos epistola. Et hunc quidem diem cum eis transegit, sicut erat pollicitus.

A προκειμένων ἀκώλυτον· πάντας γὰρ αὐτοὺς ὁ μάρτυς κύκλῳ περιστησάμενος, ὡς ἂν ὁμοῦ τοῦτον καὶ παρ' ἀλλήλους στάντες ἀσφαλῶς περιλάβωσιν, ἐκέλευε τῷ ἑαυτοῦ στήθει ἐπιφέρειν τὰ τῆς γείας ἱερουργίας σύμβολα. Ἐπεὶ δὲ ταῦτ' ἔθεσαν, εἰς οὐρανόν τε ἀνῆκεν εὐθὺς συμπεσὼν ἤδη τὸ βλέμμα καὶ μόλις ἀνατεῖναι δυνάμενος, καὶ τᾶς συνήθεις εὐχὰς ἐποιεῖτο, εἶτα καὶ πλεῖστα ἐπιθειάσας, καὶ κατὰ τὸν ἱερὸν θεσμὸν ἅπαντα τὰ προτεθέντο τελεσάμενος, αὐτός τε μετέσχε τῶν μυστηρίων, τούς τε παρόντας τῶν μαθητῶν ἐπέτρεψε μετασχεῖν, καὶ τοῖς ἀποῦσι διέπεμψεν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἐσχάτῃ πρὸς αὐτοὺς ἐπιστολῇ ταῦτα δεδήλωκεν. Καὶ ταύτην μὲν δὴ τὴν ἡμέραν συνδιήρκεσε τούτοις ὥσπερ ἦν ὑποσχόμενος.

15. Postridie autem cum venissent quidam ab imperatore, visuri an adhuc viveret (videbatur enim eis valde mirandum, quod vitam hucusque produxisset), postquam prope se stantes aspexit eos qui advenerant, cum se, quantum poterat extendisset, et ter dixisset, Sum Christianus; simul cum ultima voce emisit spiritum.

B ιε'. Εἰς δὲ τὴν ὑστεραίαν ἐλθόντων παρὰ τοῦ βασιλέως τινῶν τῶν ὀψομένων εἰ ἔτι γε διαζῇ (θαῦμα γὰρ αὐτοῦς ἐξαίσιον ἡ τῆς ζωῆς αὐτοῦ μέχρι τούτου παράστασις), ἐπειδὴ πλησίον ἑαυτοῦ σταντας ἐθεάσατο τοὺς ἀφικομένους, ὁπηλίκον ἐδύνατο βιασάμενος ἑαυτὸν, καὶ τρίτον ἀνειπὼν τὸ Χριστιανός, εἰμι, τῇ τελευταίᾳ φωνῇ συναφῆκε τὸ πνεῦμα.

CAPUT V.

Ejus sepultura. Helenopolis civitas.

16. Sunt autem qui dicant, eum adhuc spirantem projectum fuisse in profundum maris. Maximianus enim admiratus ejus perpetuam ad finem usque constantiam, jussit iis qui in ejusmodi rebus inserviunt, ipsum in mare jacere, cum magnum lapidem appendissent brachio ejus dextero, ut, submersus nusquam appareret, et corpus ejus nullam assequeretur sepulturam, nec justa ei fierent. Atque fuit quidem in profundo quatuordecim dies, nempe totidem, quot in carcere decertarat adversus varias corporis perpessiones. Quintodecimo autem delphinus in siccum eum hoc modo extulit: cum ejus discipuli circa ripas et littora alius alibi versarentur, ut viderent, si quo modo possent eum e mari ejectum invenire, tempore autem hiberno id valde esset turbatum: diuturnum tempus effecit, ut plane desperarent se posse id invenire.

ιϛ'. Εἰσὶ δέ τινες οἱ λέγουσι αὐτὸν ἔτι μᾶλλον ἔμπνουν ὑπάρχοντα τῷ τῆς θαλάσσης ἐναποῤῥιφῆναι βυθῷ. Ὁ γὰρ Μαξιμιανὸς πρὸς τὴν μέχρι τέλους ἔνστασιν αὐτοῦ καὶ τὸ ἀνένδοτον ἐκπλαγεὶς προσέταξε τοὺς ταῦτα διακονοῦσιν εἰς τὴν θάλασσαν αὐτὸν C ῥίψαι, λίθον μέγιστον τοῦ δεξιοῦ βραχίονος ἐξαρτησαμένους, ἵν' ὑποβρύχιος ἀφανισθείη γενόμενος, καὶ μηδεμιᾶς ὁ νεκρὸς αὐτοῦ ταφῆς, ἤ τινος ἄλλης θεραπείας δυννηθείη τυχεῖν. Ὃν μὲν οὖν ἐν τῷ βυθῷ τεσσαρες καὶ δεκατὰς ὅλας ἡμέρας, ἐν ὅσαις περ ἦν καὶ ἐν τῇ εἱρκτῇ πρὸς τὰ ποικίλα πάθη τοῦ σώματος διαγωνιζόμενος. Τῇ δὲ πεντεκαιδεκάτῃ δελφὶς αὐτὸν ἐξεκόμισεν ἐπὶ τὸ ξηρὸν, τοῦτον τὸν τρόπον· τῶν μαθητῶν αὐτοῦ περὶ τὰς ἀκτὰς καὶ τοὺς αἰγιαλοὺς ἄλλων ἄλλῃ διατριβόντων, εἴ που δυνηθεῖεν αὐτὸν ἀποπτυσθέντα τῆς θαλάσσης ἀνευρεῖο· ἐν ὥρᾳ χειμερίῳ σφοδρῶς ἐκταραττομένης αὐτῆς, ὁ χρόνος παρατεινόμενος ἀπογνῶναι τούτους τὴν ἀνεύρεσιν παρεσκεύαζεν.

17. Interim vero adveniente quintodecimo die, martyr in sommis apparens cuidam Glycerio, germano suo discipulo, qui tunc versabatur in regione adversa continenti Nicomediæ, dicit ei: O tu, cum primum mane surrexeris, abi in hunc locum (ostendens locum littoris); te enim, inquit, conveniam, cum illuc veneris. Ille autem, cum primum, ex magna evidentia et admiratione eorum quæ ostensa fuerant, cum somnus dimisisset, et jam dies illucesceret, surgens, et quosdam alios, ex piis secum assumens, cum eis venit in locum, qui fuerat ei significatus. In eo autem ingens delphinus ascendebat e mari, jam ex eo emergens: qui cum esset extensus super aquæ superficiem, valde spirabat, et ad

D ιζ'. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ τῆς πεντεκαιδεκάτης ἡμέρας ἐφισταμένης, ὄναρ ἐπιφανεὶς ὁ μάρτυς τῷ Γλυκερίῳ τινὶ τῶν γνησίων αὐτοῦ φοιτητῶν, ἐπὶ τῆς ἀντιπέρας πρὸς τὴν Νικομήδειαν ἠπείρου τηνικαῦτά τὴν διατριβὴν ποιουμένῳ, φησὶ πρὸς αὐτόν· Αὐτίκα, ὦ οὗτος, ἕωθεν ἀναστὰς εἰς τόδε τὸ χωρίον ἄπιθι (τῆς ἠϊόνος δηλώσας τὸν τόπον)· ἐντεύξομαι γάρ σοι, ἔφη, ἐκεῖ παραγενομένῳ. Ὁ δὲ, τάχιστα αὐτὸν ἐκ τοῦ λίαν ἐναργοῦς καὶ πληκτικοῦ τῶν δειχθέντων ὡς ὕπνος ἀνῆκεν, ἡμέρα τε ἤδη ὑπηύγαζεν, ἀναστὰς καί τινας ἑτέρους τῶν φιλευσεβῶν συμπαραλαβὼν, εἰς τὸ δηλωθὲν χωρίον ἐφοίτα μετ' αὐτῶν. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ δελφῖνος μέγιστόν τι χρῆμα ἐκ τῆς θαλάττης ἀνῄει, ἄρτι ταύτης ἀναδυόμενος, καὶ ἐπειδὴ

πρὸς τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ ὕδατος ἦν ἀπλωθείς, ἐφύσα τε μέγα καὶ πρὸς τὴν χέρσον ἐχώρει, καὶ πολὺς περὶ αὐτὸν ἀφρός τε καὶ ῥοῖζος ἦν, τῶν κυμάτων αὐτῷ συνεχῶς ἐπισχιζομένων. Ἐφερε δὲ ἄρα τὸν νεκρὸν ἐκτάδην, ὡς ἐπί τινος κλίνης κείμενον· καὶ θέαμα παράδοξον ἦν ἐφ' οὕτως ὀλισθηροῦ σώματος καὶ περιφεροῦς, μένων ἀτρέμας ὁ νεκρὸς, καὶ μήθ' ὑπὸ τοῦ οἰκείου βάρους, μήποτε μὴν ὑπὸ τῆς τῶν κυμάτων βίας τοῦ φέροντος αὐτὸν ὀγήματος περιελινδούμενος. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τῇ ἠπείρῳ γεγονως ὁ δελφὶς, μετέωρος ἤρθη τῷ κύματι, καὶ γέγονεν ἐπὶ τοῦ ξηροῦ, ὁ μὲν αὐτίκα θεὶς ἀπέπνευσεν.

A terram contendebat : eratque circa ipsum multa spuma, et murmur fluctuum, qui ab ipso scindebantur. Ferebat autem extensum mortuum, tanquam in lecto jacentem. Eratque spectaculum admirabile, super corpus adeo lubricum et rotundum quiete manens mortuus, et nec a suo pondere, neque a vi fluctuum devolutus ab eo, quod ipsum portabat, vehiculo. Cum autem delphinus fuisset prope continentem, fluctu sublime fuit sublatus, et terræ id appulit. Atque ille quidem statim exspiravit.

ιη'. Ὁ δὲ νεκρὸς ἐπὶ τὴν ψάμμον ἐνεχθεὶς ἔκειτο σῶος, καὶ τὰ πάντα ἄρτιος, πλὴν ὅτι γε ἡ δεξιὰ χεὶρ, ἧς ὁ λίθος ἐξαρτηθεὶς ἔτυχεν, οὐ συνεπηκολούθησεν ἐξ αὐτῆς τῷ λοιπῷ σώματι. Καὶ εἰσὶν οἱ λέγοντες ὡς οὐδὲ ὕστερον ἐξεπέμφθη τῆς θαλάσσης, ἀλλ' ἔμεναν ἐν τῷ βυθῷ, ὅτι καὶ ἔδοξε τῷ Θεῷ, γενομένη. Τινὲς μέντοι φασὶ, μετ' οὐ πολὺ καὶ ταύτην ἀνενεχθῆναι, παραρυέντος αὐτῇ τοῦ δεσμοῦ, καὶ αὐτὴν τῇ χέρσῳ προσκομισθεῖσαν τοὺς παρόντας ἀναλομένους, εἰς τὴν αὐτὴν ἀποκαταστῆσαι πάλιν τοῦ σώματος ἁρμονίαν. Συνέβη δὲ τὸ περὶ τὴν χεῖρα πάθος, τοῦ Θεοῦ, μοι δοκῶ, τιμῆσαι ταύτην ἰδίως βουληθέντος, ἅτε τὸν διὰ ταύτης ἐπὶ τῇ τῶν Γραφῶν ἐπανορθώσει γενόμενον πόνον ἀποδεξάμενον. Ἐν γὰρ τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ πάθεσι τὸ βαρύτερον ἐντιμότερον.

18. Mortuus autem statim in arenam delatus, jacebat salvus et omni ex parte integer, nisi quod manus dextra, cui lapis fuerat appensus, non est corpus quoque reliquum consecuta. Et sunt quidam qui dicunt, eam nec postea quidem fuisse e mari emissam, sed mansisse in profundo, effectam id quod Deo visum fuit. Nonnulli autem dicunt B eam quoque non ita multo post fuisse redditam, cum effluxisset ei vinculum ; eamque in terram delatam, cum sustulissent ii qui aderant, restitutam fuisse rursus in eamdem compagem corporis. Hoc autem accidit manui, cum Deus, ut arbitror, eam seorsum voluisset honorare, ut qui acceptum habuisset laborem, qui per eam fuit susceptus in corrigendis Scripturis. Nam in perpessionibus, quas pro Christo susceperat, in majori honore fuit ea quæ erat gravior.

ιθ'. Οὐ γὰρ ἂν ἀπὸ ταυτομάτου νομίσειέν τις τὸν νεκρὸν ὑπὸ τοῦ δελφῖνος ἐκκομισθῆναι, οὐδὲ τινὸς αὐτῷ τύχης ἐργασαμένης. Ὅτι μὲν γὰρ τῷ ὄντι δελφὶς αὐτὸν τυγχάνει τῆς θαλάττης ἐξενεγκών, ὃν εἴρηται τρόπον, σαφέστατον εἶναι δοκεῖ, πολλῶν τε τῶν κατ' ἐκεῖνον γενομένων τὸν χρόνον μνήμην τοῦ τοιούτου ποιησαμένων. Καὶ αὐτὸς δὲ ἔτι ἐκ παιδὸς οἶδα ᾀδόμενον ἐπ' αὐτῷ, οὗ τὸ ἀκροτελεύτιόν ἐστι τόδε·

simulans se non intelligere, nequaquam insimularet argentarium, eum magna subiit admiratio: et simul tempus considerans, nempe medium noctis, ad meliorem venit considerationem: cœpitque suspicari id quod erat veritati propius, et Marciani vitæ convenientius. Unum certe ex suis pueris jussit eum sequi egredientem, ut sciret, quidnam ab eo illa minuta fieret pecunia. Neque enim ab argentario cognoscebatur Marcianus, ut qui apte vultum celaret, quando ad ipsum ingrediebatur, ut illam minutam acciperet pecuniam. Atque puer quidem sequebatur. Postquam autem incidit vir divinus in quemdam pauperem mortuum in lecto jacentem, et acceptum ex quadam cauponis domuncula, lavit et induit: et cum surrexisset, est amplexus, et eo deinde reclinato, rursus abiit: puerum, cum hæc vidisset, horror invasit, et conversus, quam citissime fieri potuit, omnia declarat ei qui illum miserat. Illum autem subiit pœnitentia eorum, quæ fecerat: et quod se iniquissime in sanctum gesserat, deflebat, et pœnas sumebat de sua conscientia. Certe cum is rursus venisset, ut faceret similia, procidit ei ad pedes, et confessus est ea, quæ male fecerat: et quidquid per fraudem lucratus fuerat, enumeravit. Ita bona tacens actio plura potest facere, quam verborum multitudo: et quibus nihil prosunt reprehensiones et suasiones, iis opus laudabile procedens silentio, et latenter transmissum ad eorum conscientiam, meliores reddidit, et effecit, ut bonum sua sponte discerent. Divinus autem Marcianus cum dixisset se fuisse nulla affectum injuria, ab eo quod dabatur, et qui dabat se deinceps abstinuit: non tanquam improbum aliquem aversans: illi enim non solum ignovit, sed etiam professus est se eum habere amicissimum: sed toto pede fugiebat cramben, ex vana gloria proserpentem, et non volens sua alicui homini fieri manifesta, sed ea apud Deum solum reponens. Licet ergo ei qui velit, considerare, quidnam prius possit admirari, insignene miraculum, an beneficentiæ studium, an in universa machinatione ejus animi liberalitatem. Verum enimuero de illius beneficentia oratio aliud quoque bonum mihi revocat in memoriam.

XIX. Hæc virtus ei tantæ erat curæ, ut propter eam ne in meretricum quidem domos venire dedignaretur, neque eam rem esse turpem existimaret: sed ad illum ipsum, quem diligebat, Christum aspiciens tanquam ad exemplar, qui cum publicanis et peccatoribus propter eorum salutem sæpe habuit consuetudinem, et malis suaderet mulieribus, quæ erant salutaria: quibus nonnunquam inopia erat causa sui interitus, dum vellent, proh dolor! suo corpore quæstum facere. In eas ergo magis erat profusus, et dextera magis promptus optimus Marcianus: et maxime si contigisset festum agi die sequenti. Tunc enim erat paratus plura eis præbere, quam illæ erant accepturæ ex abominanda nequitia: persuadebatque eis et uti lavacro, et se in sequentem diem servare impollutas, et ad ecclesiam deinde accedere, et

εἰνκάλει τῷ τραπεζίτῃ, πολλὴ ἔκπληξις εἶχεν αὐτὸν, καὶ ἅμα τὴν ὥραν ἀνασκοπῶν ὅτι τῆς νυκτὸς τὸ μεσαίτατον, εἰς κρείττονα λογισμὸν ἐχώρει, καί τὰς ὑπολήψεις ἐγγιζούσας εἶχε τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῷ Μαρκιανοῦ βίῳ πρεπούσας. Ἀμέλει, καί τινα τῶν αὐτοῦ παίδων ἀκολουθεῖν ἐκέλευεν αὐτῷ ἐξιόντι, ὥστε μαθεῖν ποῦ ποτε ἄρα τὰ τοῦ κέρματος ἐκεῖνο χωροῦσιν. Οὐδαμῶς γὰρ ἐπίδηλος ὁ Μαρκιανὸς τῷ τραπεζίτῃ γενόμενος ἦν, ἐπιδεξίως τὴν ὄψιν ἐπικρυπτόμενος, ὅτε πρὸς αὐτὸν εἰσῄει τὸ κέρμα λαβεῖν. Ὁ μὲν οὖν παῖς ἠκολούθει. Ἐπεὶ δὲ καὶ νεκρῷ πένητι ἐντυχὼν ὁ θεῖος ἀνὴρ ἐπὶ κλίνης κειμένῳ, λαβὼν ἔκ τινος οἰκίσκου καπηλικοῦ ἕλουσέ τε καὶ ἡμφίασε, καὶ ἀναστάντα ἠσπάσατο, καὶ εἶτα ἀνακλίνας αὖθις ἀπῆει· ταῦτα τὸν παῖδα ἰδόντα φρίκη κατέσχε, καὶ στραφεὶς ὡς τάχος τῷ πέμψαντι πάντα διασαφεῖ. Τὸν δὲ μετάνοια τῶν γενομένων εἰσῄει, καὶ ἐφ' οἷς πρὸς τὸν ὅσιον ἀδικώτατα διετέθη μετακλιλίων ἦν, καὶ τιμωρίαν ἀπὸ τοῦ συνειδότος ἑαυτὸν εἰσπραττόμενος. Ἀμέλει, καὶ παραγενομένῳ πάλιν ἐφ' ᾧ τὰ ὅμοια πράξειε, προσέπιπτέ τε τοῖς ἐκείνου ποσὶ, διωμολόγει τὰ πραχθέντα κακῶς, καὶ πᾶν τὸ πλεονεκτηθὲν ἀπηρίθμει. Οὕτω πρᾶξις ἀγαθὴ σιωπῶσα μᾶλλον ἢ πληθη ῥημάτων ἀνύειν δύναται, καὶ οὓς ἔλεγχοι καὶ παραινέσεις οὐδὲν ὤνησαν, τούτοις ἔργον ἐπαινετὸν ἡσύχως χωροῦν, καὶ ἀφανῶς αὐτῶν τῆς συνειδήσεως παραπτόμενον, ἐβελτίωσε καὶ αὐθαιρέτως μεταμαθεῖν τὸ ἀγαθὸν παρασκεύασε. Ὁ δὲ θεῖος Μαρκιανὸς μηδὲν ἠδικῆσθαι φήσας, τοῦ τε διδομένου καὶ αὐτοῦ τοῦ διδόντος τὸ λοιπὸν ἀπέσχετο· οὐχ ὡς ἄν τινα πονηρὸν ἐκτρεπόμενος (ἐκείνῳ γὰρ οὐ συγγνώμην ἁπλῶς ἔνειμεν, ἀλλὰ καὶ φίλτατον αὐτὸν διωμολόγησεν ἔχειν), ἀλλ' ὅλῳ ποδὶ φεύγων τὴν ἀπὸ τῆς ματαίας δόξης παρερπουσαν βλάβην, καὶ οὐκ ἐθέλων οὐδενὶ ἀνθρώπων τὰ ἑαυτοῦ δῆλα γίνεσθαι, ἀλλὰ τῷ Θεῷ ταῦτα μόνῳ ταμιευόμενος. Πάρεστι τοιγαροῦν τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν, τί τις πρότερον ἔχοι θαυμάζειν, τὴν τοῦ θαύματος ὑπερβολὴν, ἢ τὴν περὶ τὴν εὐποιίαν σπουδὴν, τὴν τῆς δόξης ὑπεροψίαν, ἢ τὴν παντὸς τεχνάσματος τῆς γνώμης ἐλευθερίαν. Ἀλλ' οὗτος γοῦν ὁ τῆς εὐποιίας ἐκείνου λόγος καὶ ἑτέρου ἤδη ἀναμιμνήσκει καλοῦ.

ΙΘ'. Τοσαύτη γὰρ τῷ ἀνδρὶ ἡ περὶ τήνδε τὴν ἀρετὴν ἐπιμέλεια, ὥστε χάριν αὐτῆς καὶ εἰς πορνικὰς οἰκίας φοιτᾷν μὴ ἀπαξιοῦν, μηδὲ τὸ χρῆμα ἕν τι τῶν ἀκόσμων ἡγεῖσθαι· ἀλλ' εἰς αὐτὸν ἐκεῖνον ὃν ἐφίλει Χριστὸν ὥσπερ εἰς ἀρχέτυπον ἀφορῶντα (ὃς καὶ τελώναις ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ ἁμαρτωλοῖς πολλάκις ὡμιληκὼς ἦν), καὶ αὐτὸν γυναιξὶ φαύλαις τὰ σωτήρια παραινεῖν, αἷς ἡ ἀπορία ὑπόθεσις ἦν, ὅτε τῆς ἑαυτῶν ἐτύγχανεν ἀπωλείας, ἀπὸ τοῦ ἰδίου, φεῦ! σώματος πορίζεσθαι βουλομέναις. Πρὸς ταύτας τοιγαροῦν καὶ μαλλον ὁ χρηστὸς τὰ πάντα Μαρκιανὸς πολλῷ ῥέων ἦν καὶ ἑτοιμότερος, καὶ μάλιστα εἰ τύχοι τῆς ἐπιούσης ἑορτὴν ἄγεσθαι. Τότε γὰρ καὶ πλείω παρέχειν ἢ ἐκεῖναι τῆς βδελυρίας ἔμελλον ἀποφέρειν ἑτοιμότατος ἦν, λουτρῷ τε χρήσασθαι καὶ ἀμιάντους φυλαχθῆναι τῇ ἑξῆς ἔπειθεν,

καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἔπειτα προσελθεῖν, καὶ τῶν προ- A
λαβόντων ἐπιμνησθείσας τὸν φόβον τῆς γεέν-
νης φρικτῆς ἑαυταῖς ἐπισεῖσαι, καὶ δάκρυσι τὸ
Θεῖον ἐξιλεώσασθαι. Οὗ δὴ πολλάκις γινομένου,
ἔστιν ὧν καὶ συνήθεια τοῦ καλοῦ κατεκράτει, φό-
βος τε θεῖος αὐταῖς ἐπισκήψας παρεσκεύαζεν οὐ
πορνείοις μόνον, ἀλλὰ καὶ παντὶ κόσμῳ χαίρειν
εἰπούσας, εἰς μοναστήριά τε καὶ ἀσκητήρια εὐθύ-
μως φοιτᾷν· πολλαὶ δὲ τούτων καὶ εἰς Ἱεροσό-
λυμα βαδίζειν ἔγνωσαν, τὰς ἐνοδίους ἀπ' ἐκείνου
δαπάνας ἀρκούντως ἀπειληγυῖαι· αἳ καὶ βίον μά-
λιστα καθαρὸν καὶ ἀντίθετον ἐκ διαμέτρου τῷ προ-
λαβόντι ἐπιδειξάμεναι, οὐδὲ τῶν τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύ-
ματος χαρισμάτων κατέστησαν ἄμοιροι· ἀλλὰ αἱ
μὲν αὐτὸν προσευχῇ νόσους ἔλυσαν, αἱ δὲ καὶ δαί-
μονας ἐξ ἀνθρώπων, οὓς πρότερον ἐπιμελῶς ἐθε- B
ράπευσαν, ῥᾳδίως ἀπήλασαν. Ταῦτα ἐκεῖνος οὐχ ὡς
ἄν τις ἐποίει τῶν πλούτῳ πολλῷ περιαντλουμένων,
καὶ τὸ περιττῶς ἔχον ἀποκενῶν, ἀλλα διὰ τὴν
πολλὴν περὶ τοὺς δεομένους ῥοπήν, μηδὲ αὐτῶν,
φημὶ, τῶν ἀναγκαίων φειδόμενος. Ἀλλ' ἔστιν ὅτε
καὶ ἃ εἶχεν ἐν χερσὶν ἐκφορήσας πάντα καὶ μετα-
δοὺς ἑαυτῷ τὰς χρηστὰς ἐλπίδας καὶ τὸ εἰς χεῖρας
ἀφορᾶν μόνον τοῦ Θεοῦ κατελίμπανεν, ὥστε μετὰ
τῶν ἄλλων, ὧν εἶχε καλῶν, καὶ πρὸς ἀκτημοσύνης
λόγον, μηδενὶ τῶν πρωτείων παραγωρεῖν.

Κ'. Σημεῖον δὲ τοῦ λόγου. Λέγεται γὰρ ὡς ἐξ
ἑορτῆς ἁγίων ὑποστρέφων ποτὲ (καὶ γὰρ οὐδὲ
τῶν τοιούτων καὶ τοῦ ἐν μέσῳ πολλῶν αἰνεῖν τὸν
Κύριον θεοσεβείας χάριν ἀπελιμπάνετο, ἀλλὰ κατα C
πολλὴν ἐφοίτα τὴν προθυμίαν)· ἐπανιὼν τοιγαροῦν,
ἐπεὶ ὄμβρον καταῤῥαγῆναι συνέβη, διάβροχος γε-
γονὼς, καὶ εἰσελθὼν τὴν οἰκίαν, καὶ ἐγκλεισάμενος,
ἔπειτα ἀποδὺς τὸ ἱμάτιον ἐπὶ μετρίοις ἄνθραξιν ἀν-
εξήραινεν. Οὕτω δὲ συμπεσὸν, ὁ τότε θεοφιλέστα-
τος ἀρχιερεὺς μετάβλητον αὐτὸν ἐπρεῖτο. Οἱ δὲ
σταλέντες κεκλεισμένην εὑρόντες τὴν οἰκίαν, ἔκο-
πόν τε τὴν θύραν, καὶ ἐξιέναι ἐκέλευον. Τὸν δὲ ἡ τοῦ
φανῆναι γυμνὸν αἰσχύνη εἴσω μένειν ἐποίει, τῷ
μηδὲ ἕτερον ἱμάτιον αὐτῷ προσεῖναι, ὥστε περι-
βαλόμενον προελθεῖν. Διὰ τοῦτο ἐπηγγείλατο μὲν
τὴν ἔλευσιν, ἔμελλε δὲ καὶ ἔτι. Εἷς τῶν παρόντων
περιεργότερόν τι ποιῶν, καὶ ὀπῇ τινι τὸν ὀφθαλ-
μὸν προσθεὶς καὶ τὸ γινόμενον θεασάμενος, αὐτός
τε θαύματος ἐπληροῦτο, καὶ τοὺς ἄλλους μάρτυσι D
χρήσασθαι τούτου τοῖς σφετέροις ὀφθαλμοῖς παρ-
εσκεύασεν. Ὡς οὖν ἐξέπληξε πάντας τὸ θεαθὲν ἐπ-
τνίσσαν, καὶ τῷ πατριάρχῃ πάντα μετὰ θαύματος
διεσάφουν. Τῷ δὲ, οὐχ ὅπως οὐδὲν θαυμάζειν, ἀλλὰ
καὶ μέμφεσθαι μᾶλλον αὐτοῖς ἐπῆλθεν, εἰ ἐκ μικρῶν
οὕτω Μαρκιανὸν μέγαν ἐγνώκασι κρίνειν, παρὸν
ἐκ πολλῶν ἑτέρων, καὶ οὐδενὶ ἄλλῳ κατορθῶσαι
ῥᾴδιον, θαυμαστὸν ἐκεῖνον λογίζεσθαι καὶ μακά-
ριον.

ΚΑ'. Ὅσης δὲ τῆς αἰδοῦς ὁ μέγας οὗτος ἀπήλαυε
παρὰ πάντων ὁμοίως, δήπου, βουλῆς, βασιλέως αὐ-
τοῦ, μαρτυρεῖ μὲν ἡ φήμη, μαρτυροῦσι δὲ καὶ
οἱ δυνατώτατοι τῶν τότε Ἀσπὰρ καὶ Ἀρδαβούριος.

recordantes eorum quæ præcesserant, horribilis gehennæ metum sibi incutere, et Deum placare lacrymis. Quod quidem cum sæpe factum esset, nonnullas boni vincebat consuetudo, divinusque eis ingruens metus efficiebat, ut non solum stupris, sed omni etiam ornamento valedicentes, ad monasteria et asceteria, id est, loca in quibus se exercerent, prompto et alacri venirent animo. Multæ quoque ex iis statuerunt ire Hierosolymam, cum ab illo accepissent sumptus, qui sufficerent ad viaticum. Quæ cum vitam maxime puram et priori ex diametro oppositam ostendissent, ne boni quidem spiritus donorum fuere expertes: sed aliæ quidem ex ipsis morbos solverunt oratione, aliæ autem dæmones quoque, quos prius diligenter coluerant, facile ejecerunt ex hominibus. Hæc ille, non ut faceret aliquis ex iis qui magnis affluunt opibus, id quod redundat exinaniens, sed propter magnum quod egentibus afferebat auxilium, ne ipsis quidem parcens necessariis. Sed nonnunquam cum omnia etiam extulisset et erogasset, quæ habebat in manibus, sibi solam spem bonam et ad Dei solum manus aspicere, relinquebat: adeo ut cum aliis, quæ habebat bonis, etiam quod ad nihil possidentem attinet, primas partes nulli cederet.

XX. Hujus autem quod dico, signum est Dicitur enim quod a festo Sanctorum revertens aliquando: nam nec iis, nec Domini, quæ fit in medio multorum, laudationi deerat, divini cultus et religionis gratia. Revertens ergo, quoniam pluviam erumpere contigerat, madefactus et domum ingressus, cum se inclusisset et vestem exuisset, paucis exsiccabat carbonibus. Accidit autem, ut Dei amantissimus pontifex tunc eum accerseret. Qui autem missi fuerant, cum domum invenissent clausam, pulsabant ostium, et jubebant egredi. Illum vero pudor, ne nudus videretur, cogebat intus manere, quoniam ne alia quidem ei vestis aderat, ut posset indutus progredi. Et ideo renuntiavit quidem se venturum, sed tamen adhuc differebat, donec unus ex iis qui aderant, se gerens paulo curiosius, cum uni foramini oculum admovisset, et contemplatus esset id quod fiebat, et ipse repletus fuit admiratione, et effecit ut aliis uteretur hujus rei testibus, dum suis cernerent oculis. Postquam itaque id quod visum fuerat, omnes obstupefecisset, reversi sunt, et patriarchæ cum admiratione omnia aperuere. Illi autem non modo venit in mentem admirari, sed potius eos increpare, quod ex adeo parvis statuerint magnum indicare Marcianum, cum liceret ex multis aliis, et quæ nullus posset alius facile efficere, illum existimare admirandum et beatum.

XIX. Quanto autem fuerit ex æquo omnium in hunc magnum reverentia, populi, inquam, et senatus, et ipsius imperatoris, testatur quidem fama: testantur autem etiam, qui tunc fuere potentissi-

Aspar et Adabarius. Qui etsi essent mala opinione præditi, et iis qui recte sentiebant, inimicissimi, divinum tamen Marcianum ne facile quidem intueri poterant, insignem ejus virtutem reverentes : et ideo illi magnum honorem tribuebant, et templum magnæ Anastasiæ, quod ab illo fuerat conditum, pretiosis vasis ex auro et argento factis decoraverunt. Ille autem donum remunerans, decrevit ut diebus solemnibus, patria eorum lingua 'Gothi enim erant) divinitus inspiratæ Scripturæ in eo templo legerentur. Sed Byzantinis quidem erat Martianus adeo venerandus. Vocabat autem fama eas quoque, quæ procul sitæ erant, civitates, et undique confluebant : alii quidem, percepturi peccatorum curationem, alii vero morborum : ut nec deerant quidem qui a Roma veteri veniebant. Inter quos alio quoque, quod factum est dignum memoratu, non par esse arbitror fraudare vestras aures.

XXI. Quædam enim mulier laborans diuturno fluxu sanguinis adeo graviter, ut omnis medicinæ, quod ad eam attinebat, vanum existimaretur studium et supervacaneum. Ea, Roma relicta (eam enim vocabant divina signa Marciani, quæ canebantur ab omnibus), pervenit Constantinopolim. Neque vero eam tantum iter confecisse pœnituit, ut quæ tanta vexatione nihil dignum obtinuerit : sed simul ut ad justum accessit Marcianum, et morbum significavit, curata est mulier. Talis enim fuit hic vir divinus, ut nec tactu quidem sæpe, sed sola precatione et nudo aspectu liberaret eos qui accedebant, et ei exhibebant negotium. Tantus quidem fuit Marcianus miraculis. Talis autem iis quoque, quæ recte et ex virtute gesta sunt, convenienter divinæ promissioni, quæ dicit : *Eos qui me glorificant, glorificabo* [5]. Cujus intercessionibus nobis concedatur, illius esse bonorum participes, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potentia nunc et in sæcula sæculorum, Amen.

[5] I Reg. II, 30.

Οἱ καίτοι κακόδοξοι ὄντες, καὶ, τοῖς ὀρθῶς ἔχουσι δόξης διαφερόντως πολέμιοι, ὅμως Μαρκιανὸν τὸν θεῖον οὐδὲ προσβλέπειν εὐχερῶς ἠδύναντο, τὸ περιὸν αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς δυσωπούμενοι · καὶ διὰ τοῦτο πολλήν τε ἐκείνῳ τὴν τιμὴν ἀπένεμον, καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντα ναὸν τῆς μεγάλης Ἀναστασίας σκεύεσι πολυτελέσι χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένοις ἐφαίδρυνον. Κἀκεῖνος τῆς δωρεᾶς αὐτοὺς ἀμειβόμενος, διετυπώσατο κατὰ τὰς ἐπισήμους τῶν ἡμερῶν τῇ πατρίῳ αὐτῶν γλώττῃ (Γότθοι γὰρ ἦσαν) τὰς θεοπνεύστους Γραφὰς ἐν τῷ ἱερῷ τῷδε ἀναγινώσκεσθαι, ἀλλὰ Βυζαντίοις μὲν οὕτως αἰδέσιμος ἦν ὁ ἀνήρ. Ἐκάλει δὲ ἡ φήμη καὶ τὰς μακρὰν ᾠκισμένας τῶν πόλεων, καὶ πανταχόθεν συνέῤῥεον · οἱ μὲν ἁμαρτημάτων, οἱ δὲ καὶ νοσημάτων τὴν θεραπείαν ἂν τυγήσοντες · καὶ οὐδὲ τῆς πρεσβυτέρας ἀπελιμπάνοντο Ῥώμης, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ προσῆσαν. Ἐν οἷς καὶ μνήμης ἄξιόν τι γενόμενον, οὐ τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς οἶμαι ζημιώσαι καλόν.

ΚΒ'. Γυνὴ γάρ τις αἱμορῤῥοΐᾳ πιεζομένη χρονίᾳ οὕτω χαλεπῶς, ὡς πᾶσαν ἰατρικὴν τέχνην ὅσον ἐπ' αὐτῇ σπουδὴν ματαίαν καὶ περιττὴν νομισθῆναι, αὐτὴ τὴν Ῥώμην καταλιποῦσα (καὶ γὰρ ἐκάλουν αὐτὴν αἱ θεσπιμεῖαι Μαρκιανοῦ φοίμεναι παρὰ πάντων) εἰς τὴν Κωνσταντίνου κατέλαβε. Καὶ οὐδὲν ἐμέμψατο ἑαυτῇ τῆς ὁδοιπορίας, ὡς μὴ ἀξιόν τι κακοπαθείας τοσαύτης ἀποναμένη · ἀλλ' ἅμα τε προσῆλθε τῷ δικαίῳ, καὶ τὴν νόσον ἐγνώρισεν, ἥ τε πηγὴ τοῦ αἵματος ἔληγε, καὶ ἡ γυνὴ τῆς θεραπείας ἀπέλαυε. Τοιοῦτος γὰρ ὁ θεῖος ἀνήρ, ὡς μηδὲ ἁφῇ πολλάκις, ἀλλὰ εὐχῇ μόνῃ καὶ ψιλῷ βλέματι τοὺς προσιόντας ἀπαλλάττων τῶν ἐνοχλούντων. Τοσοῦτος μὲν ὁ Μαρκιανὸς τοῖς θαύμασι, τοσοῦτος δὲ καὶ τοῖς ἐν ἀρετῇ κατορθώμασι, κατὰ τὴν, Τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, θεολόγον ἐπαγγελίαν. Οὗ καὶ ἡμᾶς γένοιτο ταῖς πρεσβείαις τῶν ἐκείνου συμμετασχεῖν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

DE S. THEODOSIO CŒNOBIARCHA

JUXTA HIEROSOLYMAM IN JUDÆA.

(Anno 529 apud Bolland. 11 Jan.)

§ I. *S. Theodosii natalis, sacri honores.*

Quatuor uno sæculo Ecclesiam illustravere Theodosii, imperatores duo, duo archimandritæ ; illi prudentia, pietate, catholicæ studio religionis, senior etiam bellica virtute ; hi vitæ sanctimonia, gloriaque miraculorum. Horum utrique publica decreta uno eodemque die sacrorum veneratio est, priori fere ab solis Græcis, ut supra diximus, alteri etiam a Latinis. Ille Antiochenus fuit, conditque in Cilicia celebre, etiam apud posteros, cœnobium, in Scopulo appellatum : hic Cappadox in Palæstina monasterium construxit, de quo post paulo : junior hic fuit, aliquot post alterius obitum annis natus, ut qui sacram populo Scripturam explicaret, cum Theodosius II imperator e vivis excessit an. 450. Longe alius ab his Theodosius ex monacho pseudoepiscopus Hierosolymitanus Eutychianus, qui Marciani imperatoris vivit ætate, ut infra in Vita S. Euthymii 20 Januarii dicetur.

2. Natalem igitur S. Theodosii cœnobiarchæ hoc die ita celebrant Græci in Menologio a Canisio edito : *Commemoratio S. P. N. Theodosii cœnobiarchæ, ex oppido Marissi Cappadociæ.* Refertur et in horologio, ac Menologiis Maximi episc. Cytheræi, atque Christophori proconsulis Mitylenæi : in Kalendario quoque Græcorum a Genebrardo edito, et eisdem verbis a Molano in addit. ad Usuard. « Die undecima sancti Patris Theodosii Cœnobiarchæ. » *Martyrologium Romanum.* « In Cappadocia, in vico Magariasso, S. Theodosii Cœnobiarchæ, qui multa pro fide catholica passus est. » Galesinius, secutus Græcorum Euchologion, eam 10 Januarii refert : « In Græcia S. Theodosii Cœnobiarchæ. Is incredibili abstinentia fuit, ut per triginta ipsos annos panem non gustarit, palmæ fructu et pancis siliquis victitans : sicque corpori cum cibum detraheret, animam diu noctuque pavit assidua cœlestium rerum contemplatione. » Galesinium sequitur Martyrologium Germanicum.

3. De eo isthæc prædicant Menæa. « Venerandus hic S. P. N. Theodosius in Mogariso Cappadociæ pago, Christianis et religiosis admodum parentibus, Proæresio et Eulogia natus; vitam complexus monasticam, sacram induit religionis vestem : Hierosolymamque profectus, inde Antiochiam adiit, ubi Symeonem eximium illum Stylitam convenit, a quo futura illius vitæ sanctimonia illi prædicta, ut qui magni gregis ovium ratione pollentium futurus esset pastor. Deinde apud Longinum laudatissimum quemdam virum rebus divinis in solitudine eruditus, ad eam pervenit abstinentiam, ut in hebdomada nonnisi semel cibo corpus reficeret, tandemque totis triginta annis panem non gustaret : pariterque in aliis virtutum studiis tantum promovit, ut in summum pietatis culmen enisus, illustria ederet miracula. Basilium quemdam monachum defunctum, et in tumbam depositum, vidit unus ille cum altero quodam monacho fratribus astantem, et psalmis accinentem. Carbones, nullo subjecto igne, ubi monasterium erat conditurus, accendit. Feminam ad se adeuntem sanguinis profluvio liberavit. Ex uno frumenti grano per preces integra granaria replevit. Puerum in altam putei delapsum voraginem, inaspectabili præsentia extraxit. Fetuum aborliones repressit, qui dum in vitam immaturi prodibant, per mortem ex vita exturbabantur. Quare horum matrem ob hanc affectionem perinde ac si sterilis fuisset fecundam reddidit. Ingens locustarum agmen verbo increpitans abegit. Kericum Orientis comitem veste sua cilicina, qua pro thorace illum induerat, invulnerabilem præstitit. Sata terræ ardore læsa, impetrato per preces imbre recreavit. Prædixit ingentem per terræ motum Antiochiæ ruinam. Multos, qui naufragium fecerant, cum fluctibus colluctantes, periculo spectabilis eripuit. Multis auctor vitæ religiosæ factus, ad Dominum e vita excessit. Dies illi solemnis in veneranda B. Petri Apostoli æde peragitur. » Hactenus Menæa. Quæ hic dicitur A femina sanguinis profluvio liberata, in vita, n. 58, refertur cancro in mamilla laborasse. Eadem, omissis tamen plerisque miraculis, leguntur in Anthologio Græcorum, a Clemente VIII approbato.

§ II. *Vitæ S. Theodosii scriptores.*

Vitam S. Theodosii ex Metaphraste edidit Lipomanus tom. V, atque ex eo Surius. Plurima ex ea Baronius t. VI et VII suorum Annalium intexuit. Nos eamdem damus cum ms. Græco bibliothecæ Vaticanæ collatam, et pluribus locis emendatam. Eadem exstat, sed contracta, Latine in Vitis Francisci Haræi et Lippeloi, ac fastis Marianis ; Italice edita a Gabriele Flamma ; Hispanice a Ribadineira nostro, etc.

5. Acta vero hæc asserit Baronius in notis ad Martyrol. « omni acceptatione dignissima, » et t. VI *Annal.* an. Ch. 511. n. 20 : « Quam exactissime descripta, etsi ab incerto, certo tamen temporis ejusdem auctore, ut nihil sit quod jure revocari possit in dubium, utpote veritate omni ex parte constantia. » Coævum auctorem fuisse probant quæ de Anastasio imperatore scribit, n. 45. « Tulit aliquando nostrum quoque tempus imperatorem, qui quidem prius fuerat (quantum apparebat) paradisus voluptatis, postremo autem rebus fuit cognitus campus destructionis, et unus scilicet ex his pastoribus qui gregis oves dispergunt, et perdunt, et eas turbida potant subversione, et, ut reliqua illius prætermittam, hoc quidem accipiet quod post nos sequetur tempus. »

6. Auctorem hunc conjicit Baronius fuisse Cyrillum monachum, a quo Acta SS. Euthymii, Sabæ, et Joannis Silentiarii descripta sunt. Ita an. Ch. 491, num. 14, scribit : « Sed et ejusdem auctoris creduntur esse Vitæ Theodosii Cœnobiarchæ, nec non Quiriaci anachoretæ, qui iisdem temporibus claruere viri sanctissimi : sed quod illæ careant auctoris inscriptione, feruntur nomine ejus, qui postremo edidit Metaphrastes, cum tamen ipse ea antiquitus scripta tantum exscripserit. » Et anno 511, n. 21 : « Auctor etsi nomine habeatur incognitus, Cyrillum hunc ipsum existimo, qui sicuti sanctorum Sabæ et Euthymii atque Joannis Silentiarii et aliorum vitas scriptis est prosecutus, ita haud par est credere, quem habebat præ oculis, Theodosium præteriisse, prætermisisseque res ab eo præclare gestas, minime præ sui dignitate obruendas silentio, posteris tradere. Conjicio quidem ab imprudente aliquo obliteratum Cyrilli auctoris nomen, qui referens illud ad Cyrillum Hierosolymitanum episcopum, qui claruit sub Constantio imperatore, falso putarit tribui Cyrillo historiam, qua res gestæ sub Leone, Zenone et Anastasio Augustis tractantur, ignorans ipsum de quo est sermo, nobilem historicum Cyrillum, atque Palæstinum, hoc vixisse tempore. »

7. Hæc Baronii conjectura. Cyrillus juvenis ad

modum eo tempore fuit, quo S. Sabas ex suscepta ad Justinianum imperatorem legatione an. 530, reversus est, haud diu dein superstes. Eum tunc Scythopoli adiverunt Cyrilli parentes, atque ipsi puero impetrarunt benedictionem. Ita de se ipse Cyrillus in Vita S. Sabæ: « Cum me magnus Sabas aspexisset, et salutasset, et sua dignatus esset benedictione; Hic exhinc, inquit patri, est meus discipulus. Doceatur ergo Psalterium : eo enim opus habeo. » In Vita S. Quiriaci 29 Septembris, dicitur fuisse « ex monasterio Magni Euthymii, et a magni Euthymii laura ad B. Sabæ lauram accessisse, ut videret Silentiarium Joannem episcopum, cui fit minister litterarum ad B. Quiriacum, et ab hoc didicisse res gestas SS. Euthymii et Sabæ, quas conscripsit. » Plura 20 Januarii ad vitam S. Euthymii. Hæc sufficiant ut professio ejus, et ætas agnoscatur.

8. Alium tamen ab hoc arbitramur vitæ S. Theodosii auctorem; vel ideo, quod nusquam in ea mentio fiat aut S. Euthymii, aut certe S. Sabæ, inter quem tamen et S. Theodosium constat summam amicitiam atque familiaritatem intercessisse, ut infra, § 5, patebit. Deinde multus est Cyrillus in describendis circumstantiis loci, temporis, sociorum, etc., quas alter vix attingit. Denique seipsum alibi citat, et vitas a se descriptas : at ne quidem in S. Sabæ actis, ubi toties meminit S. Theodosii, vel leviter indicat a se ejus esse vitam compositam.

9. Dicuntur infra, n 40, multi eruditione insignes S. Theodosii institutum amplexi, et n. 39, multi ex hac eruditione prodiisse, Ecclesiæ episcopi et pastores, et variorum monasteriorum antistites. Quidni aliquis horum præclaras magistri sui optimique parentis virtutes descripserit ? Quod haud diu post ejus obitum, sub successore fortassis, factum indicat citatus locus, in quo et qui S. Theodosii, et qui ejus successoris eruditi sunt disciplina, enumerantur. Fuit inter Theodosii discipulos Julianus, quem magnus Theodosius, ut n. 71 legitur, « semper habebat socium vitæ ex Christo agendæ, volebatque cum eo philosopharii, et esse eum sibi socium solitudinis. » Ex ejus relatione, aut forte etiam commentariis, haud pauca hausisse hunc auctorem, conjicere licet ex iis quæ, c 16, n. 71, dicuntur. Fuit vero Julianus vir magnus, dignusque tanto magistro discipulus, ipso etiam tum vivente factus episcopus Bostrensis, coactusque quod Severo Antiocheno hæretico consentire nollet, fugam ultro arripere, ut Evagrius, l. III, c. 33. Isque ipse est, cujus vitam, seu potius miraculum calicis venenati, signo crucis ante edito, innoxie epoti, narrat, c. 94 *Prati spiritualis* Joannes Moschus; qui et ipse, ut in præfatione operis refertur, « principio quidem sæculo renuntiavit in monasterio S. P. N. Theodosii abbatis et archimandritæ omnium, quæ sunt Hierosolymis cœnobiorum, sive monasteriorum, » ad cujus cœmiterium reliquiæ ejus Roma, ubi obierat, delatæ requiescunt. « Est autem, » ut ibidem additur, « locus cœmiterii spelunca, in qua, cum a Magis illusus esset Herodes, juxta Evangelii oraculum, illi inde solventes, cum in patriam redirent, manserunt. In hac spelunca sanctus Pater noster Theodosius cum religiosæ vitæ certamina confecisset, gratia donatus est dæmones ejiciendi : neque tantum in hac temporaria brevique vita, sed etiam post obitum illos ejicit ad hunc usque diem, ad gloriam et laudem Christi veri Dei, et Salvatoris nostri, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. » Hæc in Elogio auctoris, ex mss. Græcis in posteriori editione a Rosweydo nostro præfixo, quod ab obitu ipsius Moschi ab aliquo ejusdem cœnobii monacho concinnatum suspicamur. Multa ex eo in Bibliotheca Photii, tmemate 199 citantur. Quæ porro hic de Magis, sepultura et potestate. S. Theodosii in dæmones referuntur, eadem leguntur in Vita n. 9, 10, etc., quam pridem antea conscriptam fuisse vel inde conjicere fas est, quia alioqui ejus virtutes non idem commemorasset Moschus, nisi in omnium jam fuisset manibus scriptus de iis libellus.

§ III. *Ætas ejus. Tempus obitus.*

10. Ut Cyrillus in temporis ratione adnotanda diligens fuit atque accuratus, ita hic auctor eam fere neglexit, unum hoc dixisse contentus n. 84, S. Theodosium obiisse, cum annos vixisset centum et quinque et paulo amplius Ex quo, si annus aut nativitatis aut obitus sit compertus, reliqua facile deducentur. Tempus obitus (nam quæ senex potissimum gessit, ea diligentius descripta sunt) prius inquirendum. Supervixit S. Theodosius Anastasio imperatori (n. 55) exstincto an. Ch. 518. Prædixit terræmotum Antiochiæ (n. 76) aliquot diebus priusquam fieret, an. Ch. 526. Sepulturæ ejus (n. 87) interfuit Petrus III hujus nominis Hierosolymorum patriarcha, qui Joanni II. an. 524, 22 April. ind. 2, mortuo successit, supremum diem clausit an. 546. Hæc ex Vita Nicephorus Callistus l. XVII *Hist. eccl.* c. 24, ita scribit : « Justiniano adhuc imperium administrante, et magnus ille Sabbas et præclarus Theodosius, eremi præsides, superstites erant. Verum prior Theodosius ad Deum transiit. Sabbas autem nonagesimum tunc agens annum ab Æliensi antistite legatus iterum Constantinopolim ad Justinianum in tenui atque imbecilli admodum senecta fluctuans, profectus est. Samaritani namque, Juliano quodam rege sibi creato, plurimas Christianis superbe injurias tulerant, » etc. quæ Nicephorus e Vita S. Sabæ desumpsit, ubi ea sic refert Cyrillus : « Cum jam autem imperium assumpsisset Justinianus, et rerum suscepisset administrationem, agebat quidem B. Sabas 91 annum, finem vero vitæ acceperat divinus Theodosius. Qui in Palæstina quidem erat populus Samaritanorum, cum Julianum quemdam, qui ipse quoque erat Samaritanus, sibi regem creassent, multas injurias faciebant Christianis, » etc.

Petavius noster l. XIII *De doctrina temporum*, scribit an. Ch. 529, Junio mense, a Samaritanis et Judæis rebellantibus hunc Julianum regem constitutum, et deinde a copiis Justiniani cum suis rebellibus interemptum. Anno sequenti 530 refert legationem S. Sabæ ad Justitianum, quo tempore S. Sabas agebat annum ætatis 91, utpote natus sub consulatu 17 Theodosii, id est anno Chr. 439, ut ex Cyrilli assertione apparet initio Vitæ S. Sabæ. Obierit ergo S. Theodosius hoc 11 Januarii, anno Ch. 529, ante inchoatam Samaritanorum seditionem, secundo anno imperii Justiniani, qui Justino avunculo anno 527 Augusti 1 aut 2 (variant auctores) defuncto, successerat ipsis ante Kalendis Aprilis feria 5 in Cœna Domini, ab eo imperator creatus. Quo imperante supervixerit S. Theodosius anno uno, mensibus quinque, aut novem. Quo tempore Kericus victoriam de Persis reportavit, indutus S. Theodosii cilicio, ejusque admonitione ante confirmatus, ut n. 73 et 74 dicitur. His ita constitutis, natus fuerit S. Theodosius an. Ch. 423. Discesserit e patria, post sacram Scripturam populo diu prælectam, n. 4, anno ætatis 28, Christi 451, dum Chalcedonensis synodus congregabatur. »

11. Baronius tom. VII *Annal. Eccl.* an. Ch. 532, n. 21, censet « Theodosium longe post S. Sabam diem extremum clausisse, et vixisse adhuc temporibus Agapeti Romani Pontificis; itaque plane corrigendum, quod additum est in actis Sabæ, Theodosium ante eum diem obiisse. » Hæc Baronius. Sed quomodo id Actis additum probat? Ipse t. VI, an. Chr. 475, n. 43, hunc « Cyrillum diligentem et veritatis cultorem illorum temporum florentem historicum dixerat, » et an. Ch. 491, n. 5, historiam ejus « scitu dignam, et Annalibus ecclesiasticis congruam vocarat; cum præsertim, inquit, a Cyrillo monacho discipulo admirandi illius Euthymii, qui his vivebat temporibus, scripta fuerit. Liceat absque invidia dicere, me neminem reperisse post SS. Athanasium atque Hieronymum, qui majori fide scripserit sanctissimorum virorum res gestas, d gerens eas atque distinguens accurate per tempora, ac ipse Cyrillus, dum quæ ipse vidit, vel sanctorum omni probitate præstantium virorum relatione didicit, absque levi suspicione mendacii sinceram veritatem veluti sacrosanctum depositum posteris tradidit, nempe acta Euthymii, itemque Sabæ atque Joannis Silentiarii. » Cur non igitur illæsam atque intactam hanc tanti scriptoris historiam suscipimus, a Patribus quoque synodi Nicænæ II actione prima, honorifice citatam. »

12 Causam corrigendi hæc Acta deducit, t. VII, anno Chr. 536; num. 1, ubi relato ex synodo Constantinopolitana sub Menna acta, libello monachorum, oblato Agapeto papæ contra Anthimum, Severum et cæteros hæreticos, subjungit : « Inter alios affuit legatio a magno illo Theodosio Cœnobiarcha, de quo plura superius laude dignissima pro fide perfuncta enarrata sunt. Hesychius enim presbyter ejus monasterii, Theodosii legatus subscriptus eidem libello legitur. Vivebat adhuc quidem Theodosius ipse, de quo ista in ejus vita, post alia suscepta pro fide orthodoxa certamina, leguntur : Cum de eo (Theodosio scilicet) intellexisset et qui veteris Romæ sedem pulchre tenebat (is autem erat Agapitus) et qui Antiochenam sedem regebat Ephraim, sive Ephræm; ipse quoque populis rectam fidem prædicabant. In quibus multa sunt ad laudem hujus beati composita, quæ non minorem gloriam afferunt iis qui scripserunt, quam ei qui laudabatur, quod non ad gratiam, sed plane ad veritatem fieret laudatio. » Ita Baronius. Verum neque Agapetus papa, neque Ephraim patriarcha, dicuntur vivum laudasse S. Theodosium; sed cum certamen ejus, cum Anastasio imper, pro fide orthodoxa jamridem initum, huic laudationi ibidem n. 55, conjungatur, videtur oblatus ab ejus successoribus libellus occasionem præbuisse laudandi non ita pridem defunctum Theodosium, piissimum eorum parentem et monasterii fundatorem. Creatus est Agapetus 11 Junii anni 535, decessit anno sequenti.

13. Deinde difficile probatu est Hesychium hunc (qui Isychus, Isichius dicitur) missum fuisse a B. Theodosio tum superstite; et non potius a Sophronio ejus successore. Ita enim actione 1 ejusdem synodi, in libello a morte Agapeti ab iisdem monachis oblato subscribitur : « Hesychius divina miseratione presbyter et monachus monasterii beati abbatis Theodosii, locum tenens Sophronii presbyteri et archimandritæ ipsius monasterii et primi totius eremi Hierosolymorum, cum omnibus his, qui mecum missi sunt, archimandritis Hierosolymitanis ad hanc regiam urbem, qui faciunt pro omnibus archimandritis et monachis, qui habitam ipsam eremum et tres Palæstinas, qui una mecum supplicarunt; subscripsi de consensu omnium et porrexi. » Imo hic Hesychius; qui cum Polyeucto diacono et Juliano monacho, utroque ejusdem monasterii B. Theodosii alumno, interfuit illi synodo, modo dicitur Ambasiator, ut act. 2 et et 4, modo Prior, ut act 5, modo etiam archimandrita, ut act. 1 et 5, vel quia alterius cœnobii, illi Theodosiano subjecti, præfectus jam fuerit, vel quod mortuo Sophronio successerit, additusque in exemplaribus sit archimandritæ titulus a librariis. Præfuit huic monasterio Gregorius archimandrita tempore Tiberii imperatoris circa an. Ch. 580, cujus meminit Joannes Moschus, cap. 92, 93 et 94 *Prati spiritualis*. In elogio Joannis Moschi, cum corpus ejus anno 619 vel 620 iLeunte (ut colligitur ex initio indictionis 8), referretur Roma ad hoc monasterium, nominantur antistes ejus Georgius, Gregorii forte illius successor.

14. Hæc de ætate S. Theodosii, quasi velitando, subtimide quia contra magni Annalium ecclesiasticorum auctoris sententiam, nusquam tamen nisi in solido firmum figentes vestigium, disputaveramus:

cum novum oblatum est nobis, quo conjecturam, nostram stabiliremus, argumentum, idque ejusmodi, ut convelli non posse existimemus. Nam quæa Metaphraste edita est S. Sabæ vita, hactenus hic citata a nobis, iterumque infra citanda, quia in omnium est manibus ; eam e vetusto codice, ante annum Christi 1034, exarato, Jnacti sumus Latine versam ante ipsius Metaphrastæ ætatem: e qua cum illud animadvertimus, eam que vulgata est esse a Metaphraste paulum hinc inde amplificatam, tum S. Theodosii obitus annum diemque didicimus. Ita enim habet : « Incipiente autem nonagesimo primo ætatis anno Patris nostri Sabæ, beatus supradictus Theodosius jam senex et plenus dierum, vitam hanc terrenam deserens, ad cœlum transivit, Mense Januario, die undecima, indictione septima. Cui in monasterii regimine Sofronius successit, in monachisis actionibus satis perfectus. Post defunctionem autem abbatis Theodosii irruentes Samaritani, totam gentem Palæstinæ concitaverunt, multa illicita operantes, ecclesiasque deprædantes atque incendentes, Christianos absque ulla misericordia occidentes, omnem regionem igni tradebant. Venientes autem ad Neapolim, nimisque superbientes, imperatorem sibi constituerunt Julianum quemdam ; invadentesque civitatem, episcopum interfecerunt, virum sanctitate plenum, Mamon nomine. Similiter et quosdam presbyteros apprehensos, diversis suppliciis laniatos, igni tradebant; viasque, quæ regiæ vocabantur, Christianis invias exhibuerunt. »

§ IV. *Situs monasterii S. Theodosii.*

15. Quod supra § 1, n. 2 et 3 in Martyrologiis nominatur, veluti S. Theodosii sedes, Cappadocia Græcia, vicusque Magariassus (qui in Anthologio Μωγαρισός, in vita bibliothecæ Vaticanæ Μογαρισσός, in Menologio *Marissus*) non ita id accipiendum est, quasi isthic aut obierit, aut præcipuam vitæ partem exegerit; sed quod circiter an. Chr. 423, ut diximus, in lucem isthic editus. educatusque ad annum ætatis 28 vixerit, et sacram populo exposuerit Scripturam.

16. Inde anno Christi 451, cum concilium œcumenicum IV Chalcedone celebraretur, profectus Hierosolymam, aliquot isthic annos moratus est, et spiritum hausit vitæ solitariæ. Abiit itaque in solitudinem aliquam vicinam, quam « eremum sanctæ Christi Domini nostri civitatis » appellat Joannes Moschus in *Prato spirituali*, c. 82 et 105. Hic incoluit speluncam eam, ad quam traduntur Magi adorato in Bethleem Christo divertisse, cum ab angelo jussi essent per aliam viam in suas redire provincias. In hanc speluncam descensum per decem et octo gradus patuisse docet Moschus, c. 105.

17. Fama sanctitatis ejus deinde exciti alii, se ejus disciplinæ subjecerunt ; et præclari ibidem ædificandi cœnobii occasionem præbuerunt. Locum, ubi id statuere monasterium deberet, divinitus sibi monstrari precatus, instinctu divino thuribulum carbonibus implet, absque igne suffitum imponit per solitudines Judaicas quaquaversum defert : ad ripas maris Mortui transit : conatu necdum succedente redit ad speluncam : accedit et ecce fumum ex carbonibus videt adscendentem : jacit fundamenta, templum que ac monasterium ædificat, quod deinde dilatatis pomœriis amplissimum fecit exstructis in eo quatuor templis, ut n. 37 dicitur. Prima et præcipua pars ejus ad speluncam *Cathisma* dicitur in Vita S. Sabæ his verbis: « Theodosius jam recesserat ab ecclesia quæ dicitur Cathismatis, et in parte lauræ quæ vergit ad occidentem, constituerat monasterium, quod vitæ communiter degendæ conveniebat, distans a Laura (S. Sabæ) triginta quinque stadiis, » id est fere sesquimilliari Belgico, seu quatuor millibus passuum.

18. *Lauram* hoc fere tempore vocabant monachorum mansiones seu cellas, quas additis propriis nominibus discernebant, ut lauram. S Euthymii, S. Sabæ, Pharan, etc. Origo ejus videtur repetenda a fluvio *laura*, qui regioni vicinæ, quam præterfluit, et monasteriis in ea ædificatis nomen dedit. De hac laura ita scribitur in vita S. Quiriaci, 29 Septembris : « Divinus rursus Quiriacus venit in eam partem solitudinis, in qua nullus anachoreta nec manserat, nec unquam transierat. Nominabatur autem locus ab accolis Susacim, et in eo et novæ lauræ et Sucæ fluvii ambo conveniunt, eorum quos scimus maximi et profundissimi. Feruntur autem ii esse de quibus Christo dictum a Davide : *Tu siccasti fluvios Ethan.* Psal. LXXVII, 15. »

19. S. Isidorus Pelusiota de hoc loco consultus ab Epiphanio diacono, ita respondet, l. II, epist. 66 : « Ethan locus erat in Palæstina fluviis irrignus, atque arboribus et fructibus abundans, et ob ingentium animantium ac piscium copiam ad venandum accommodus, » etc. Allegat deinde auctoritatem Josephi, cujus hæc verba sunt, l. XVIII *Antiq. Judaic.* c. 2 : « Aberat autem ab Hierosolymis duorum schænorum spatio prædium quoddam, nomine Ettan, hortis et inductis fontibus amœnum simul et opulentum : in hoc exitus faciebat libens (seu exire delectabatur) Salomon. » Est autem Schœnus, σχοῖνος, mensura terræ Ægyptiaca, continens sexaginta stadia, Herodoto auctore, l. II, c. 6; licet Plinius, l. XII, c. 14, quadraginta stadia dicat; ubi tamen notarum errorem suspicatur Budæus in Annotat. priorib. in π. Distabat ergo hic locus Hierosolymis, juxta Herodoti calculum, septem millibus et quingentis passibus seu duarum horarum ac dimidiæ itinere. Consonat *Peregrinatio Hierosolymitana* Christophori Radzivilii, qui egressus extra portam Piscium, emensis tribus milliaribus magnis, pervenit ad monasterium S. Sabæ, quod etiamnum exstat ; e quo circa mediam noctem egressus, itinere nocturno confecit tria passuum millia, et in aurora mare Asphalticum conspexit, ad cujus littus hora diei secunda pervenit. Consulendus Adrichomius, qui id collocat ad An-

strum Herodii, inter Herodium et Thecuam. Ab hoc distabat monasterium S. Theodosii sesquimilliari versus occidentem, Hierosolymæ propinquius; ut exigit visio in eo facta S Sabæ, « ostendens Torrentem, qui a Siloe defluit ad austrum, et denuntians ut habitaret Torrentis speluncam, quæ vergit ad orientem. » Hic Siloe, seu piscina natatoria, respectu Hierosolymæ ad austrum, illabitur in Cedron, vulgo Torrentem; qui fluviolis ac fontibus auctus per plana deserti versus orientem in mare Mortuum influens, absorbetur. Huic Torrenti immiscentur citati fluvii Laura et Suca, ad hujus vero confluentes Susacim S. Quiriaci, nonaginta a Laura S. Sabæ stadii situm erat. Hæc de loco et lauræ S. Sabæ et monasterii S. Theodosii.

20. In hoc celeberrimi Theodosii doctrinæ fructum percepisse dicitur (in vita S. Sabæ) beata imperatrix Eudocia, Theodosii II defuncti uxor, cum hæresim Eutychianam, quam a pseudomonacho Theodosio hauserat, abjurasset, et remissa a Symeone Stylita ad S. Euthymium, una S. Theodosium inviseret; obiit illa an. Ch. 460. De ea actum in Notis ad vitam S. Simeonis Stylitæ auctore Metaphraste, 5 Jan. c. 12 lit. *h*. et pluribus agetur in Vita S. Euthymii, 20 Januar. Hoc S. *Theodosii* monasterium, ab obitu ejus semper denominatum, præclaros habuit fidei orthodoxæ propugnatores, quibus præ reliquis Palestinæ monasteriis præeminentia summa apud imperatores et in conciliis fuit. Sæpius eorum virtutes deprædicat Joannes Moschus in *Prato spirituali*, potissimum c. 3, 22, 23, 92, et duodecim sequentibus, et 109, quorum nonnulla perperam titulum monasterii S. Theodosii *in Scopulo Ciliciæ* præferunt, ut capita 95 et 99, quod mirum a nemine hactenus fuisse animadversum.

§ V. *SS. Sabæ et Theodosii familiaritas.*

21. Auctor vitæ S. Theodosii ne vel nomen quidem S. Sabæ exprimit. In hujus Vita pluribus utriusque amicitiam collaudat Cyrillus. « Accedit ad Sabam, inquit, quidam monachus, nomine Anthus, vir amicus virtutis, qui ipsi quoque longo tempore versatus fuerat cum magno Theodosio..... » Hic in Vita Latina Florus appellatur : « Tunc primum divinitus hic Sabas evadit notus B Theodosio, cum eis ad hanc cognitionem Anthus pulchre intercessisset. Deinde antem etiam solitudinem facit Sabas, et lauram in ea constituit. » Annus is erat Christi 477.

22. « Divinus Sabas (pergit ibidem Cyrillus) si quem ex iis qui mundo renuntiabant videret ejusmodi, cui scilicet facies nondum esset tecta pilis, eum mittebat ad Theodosium, qui eos qui mittebantur libenter admodum excipiens, omnibus modis studebat eorum curam gerere, ei qui miserat gratificans: erant enim magno inter se amore conjuncti divinus Sabas et hic B. Theodosius : et uterque alterius voluntatem præferebat voluntati suæ, A imo vero voluntatem alterius putabat esse suam : cum Christi amor sic eos conjunxisset, et ut idem sentirent eis persuasisset. Hoc autem erat omnium sermone celebratum, et aliud per apostolicum ab Hierosolymitanis judicabantur atque nominabantur. Eis ab archiepiscopo, a Salustio, inquam, qui erat in Christo consummandus, mandata fuit præfectura universi cœtus monachorum, non quod ipsi eam rem concupissent, sed potius electi fuissent a monachis, et præmium virtutis eam accepissent præfecturam. Quonam modo autem ad hanc administrationem pervenerint, dicam paucis.

23. « Cum Elpidius et Elias, successores magni Pasarionis, e vita excessissent, consequenter ad Lazarum transit administratio. Sic etiam ad Gerontium. Qui cum decessisset, Anastasio cura B fratrum committitur. Cum hi ergo, Lazarus, inquam, et Anastasius, præessent administrationi, res monachorum erant admodum turbulentæ, et maximis agitabantur fluctibus. Cum hi ergo, quos diximus, Lazarus, inquam, et Anastasius, monasticæ perfectionis parvam aut nullam curam gererent, ad quasdam autem mundanas curas et pecuniæ emolumenta tota mente et anima conversi essent; maxime cum Anastasius tunc post Zenonem suscepisset imperium, et schismata cum summa impudentia et licentia loquerentur adversus Ecclesiam. Cum tunc ergo divinus Salustius (erat autem is Patriarcha Hierosolymitamus), statuisset liberare fratres ab illa tempestate, primum quidem constituit, ut, qui jam a me dictus est C Marcianus eis præsset, et eorum susciperet rectionem. Cum autem intercessisset aliquantum temporis, ægrotabat quidem divinus Salustius, et corpore erat male affectus : ad eum vero conveniunt omnes qui erant in solitudine : ipse autem communi suffragio eorum qui simul convenerant, statuit ut monasteriis, quæ erant circa sanctam civitatem, præessent Sabas et Theodosius, ii, quos præsens vobis ostendit narratio. Ab illo ergo tempore Theodosius quidem iis, qui communiter vivebant : Sabas autem iis, qui cum nemine congrediebantur, et erant omnino separati, præerant. » Subjungitur obitus Salustii ut is ei morbus videatur fuisse letalis. Decessit anno Christi 513.

24. « Cum Sabas a Joanne Hierosolymitano pon- D tifice vocatus esset ad convivium, quoniam una etiam aderat Antonius episcopus Ascalonitanus, qui erat frater archiepiscopi, cum illi Sabam medium intercepissent, illi amice propinabant, et pro viribus eum invitabant et accipiebant. Sed neque rursus sancto erant manus otiosæ : sed, ut par erat, remota omni fictione et simulatione, vescebatur appositis. Aderat autem divinus quoque Theodosius qui erat ei valde amicus et familiaris, ut jam a me sæpe dictum est : qui cum veluti quoddam condimentum, vellet mensæ speciosam aliquam et gratam injicere orationem, urbane admodum et lepide inferens dixit, divinum Sabam ita esurire

ut ne vos quidem ambo, aiebat, qui sufficitis ad totam simul alendam Palæstinam, possitis ejus ventrem alere ad satietatem. Tale et tam validum ac robustum corpus B. Sabæ generosæ contigerat animæ. Erat autem summa modestia præditus, et moribus lenis ac facilis. Et ad eum quidem conveniendum facilis patebat aditus : erat vero in sermone jucundus et moribus quidem simplicissimus, prudentia autem constantissimus, charitatem non fictam et sinceram apud omnes conservans. Erat vero valde affectus in Theodosium, adeo ut quotidie ad se invicem ventitarent, et inter se de virtute conferrent, et essent ambo instar luminarium omnibus, qui vitam amplectebantur monasticam. Sed ille quidem eorum, qui vitam exercebant communem; hic autem, Sabas, inquam, eorum qui a congressione separatam et quietam susceperat præfecturam. Dicitur certe B. Sabam urbane sæpe dixisse divino Theodosio, illum quidem puerorum, se autem esse præfectum præfectorum : Ὡς ἐκεῖνος μὲν παίδων, αὐτὸς δὲ ἡγουμένων ἡγούμενος εἴη. Quod nempe solos adultos, ille etiam imberbes et eunuchos admitteret, ut de his infra dicitur.

« 25. Non minor animorum conjunctio in fide Catholica contra hæreticorum vim propugnanda emicuit. Ita cum prædictus Joannes in sedem Hierosolymitanam, pulso Elia, esset ab Olympio Cæsariensi intrusus, quod Severi suscepturus communionem videretur, anathemati vero subjecturus synodum Chalcedonensem, tum B. Sabas, cui sanctum Theodosium socium fuisse mox patet, assumpto sacro monachorum exercitu, « in Joannem indicens, novum patriarcham testificatur, et denuntiat, ne Severum admittat in communionem, sed tueatur potius synodum Chalcedonensem, et pro ea ad sanguinem usque periclitetur. Quod quidem facit ille, reveritus Patrum protestationem, omnino oblitus conventorum cum Olympio. » Deinde a submisso Anastasio duce varie exagitatus, in templo S. Stephani caute, præter ducis præsentis opinionem, fidem catholicam profitetur. « Protinus ergo ascendit suggestum Joannes utraque manu tenens Sabam et Theodosium pietatis propugnatores. Cum se autem sustinuisset aliquantulum, visus est sensim susurrantem audire multitudinem, et dicentem, oportere ferire anathemate eos qui non recte sentiunt. Hoc ergo ille cum tanquam divinum aliquod signum accepisset, et cor habuisset repletum audacia, unam emittit vocem cum multitudine : si quis ea sentiat, quæ Eutyches, Nestorius, Severus, et Soterichus Cæsareæ Cappadociæ episcopus, sit anathema. Tunc sentit Dux fraudem, et veritus populi consensum unanimem, satis habuit si se subducens silentio fugeret, et abiit Cæsaream. »

26. Eadem referuntur actione I synodi VII, œcumenice, seu Nicænæ II, ubi sanctus Theodosius præponitur: Ἔχομεν Ἰωάννην μεθ' ἑαυτοῦ Θεοδόσιον καὶ Σαββᾶν, τοὺς τῶν μοναχῶν κορυφαίους καὶ ἡγεμόνας. At Vita Sabæ Latina, post anathematismos a Joanne patriarcha pronuntiatos, subdit : « Hæc dicentes, descenderunt. Iterumque abbas Theodosius, ad populum conversus, magna cum voce sic effatus est : Qui, inquit, quatuor synodos non suscipit, sicut et quatuor Evangelia, sit anathema. His ita peractis dux multitudinem monachorum valde pavescens fugit in Cæsaream. Consul autem (Zacharias, nepos imperatoris) multis juramentis se constringens ita ad venerandos Patres locutus est, dicens : Quia veni huc, non ut consentire Severo velim, sed ut vestram promereri possim societatem. Hoc dicto obtulit centum libras auri sanctæ Resurrectioni, sanctoque Calvariæ centum, et sanctæ Cruci centum. Insuper autem et centum venerabili Theodosio, sanctoque Patri nostro Sabæ alias aari libras centum, ad distribuendum his qui per regionem erant monachis, dedit. Imperator autem Anastasius dum audisset quæ facta fuerant Hierosolymis, cogitavit et consilium iniit, ut archiepiscopum Joannem et Theodosium, Sabamque exsilio condemnaret. »

27. Demum utriusque amicitiam et monasteriorum propinquitatem indicant varii ab uno ad aliud transmissi monachi. Ita quidam, Jacobus nomine, ob sui ex præpostero zelo castrationem a Saba et monasterio expulsus, S. Theodosio intercedente, receptus est, ad quem cum jussus fuisset descendere, eumque salutasset, pie obdormivit. Aphrodisium etiam quemdam, a sancto Theodosio, quod mulum pugno interemisset, expulsum, in monasterium suum excepit sanctus Sabas, eique concessit ante mortem descendere ad sanctum Theodosium ut ab eo remissionem consequeretur. Ad hæc S. Sabas, cum ex suis monachis duos, qui in Turre monasteriorum ab Eudocia imperatrice ædificata habitabant, in Nestorianam hæresim prolapsos intelligeret, eis locum in conventu sancti Theodosii impetrat, et quem Turris curationi præficeret, Joannem Bysantinum, moribus et doctrina excellentem.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ
ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ
ΤΟΥ ΚΟΙΝΟΒΙΑΡΧΟΥ.

VITA ET CONVERSATIO
S. P. N. THEODOSII CŒNOBIARCHÆ.

(Græce nunc primum prodit ex codice ms. Reg. n. 1536, sæc. XI. EDIT. PATR.)

CAPUT I.

S. Theodosii ortus, educatio, peregrinatio ad S. Symeonem Stylitam.

α'. Ἥδιστον μεν ἔαρ ἐν ὥραις, κάλλιστος δὲ ἐν A ἄστρασιν ἥλιος, ἄριστος δὲ καὶ ἐν βίοις ὁ τοῦ μεγάλου βίος Θεοδοσίου· Θεοδοσίου, φημὶ, τοῦ τὴν κλῆσιν οὐ κλῆσιν δείξαντος μόνον, ἀλλ' εἰς πραγμάτων αὐτὴν ἐξενεγκόντος ἀλήθειαν, Θεοῦ δὲ δόσις ἀνθρώποις ἀληθῶς ὀφθέντος, καὶ βίῳ παντὶ φιλαρέτῳ κοινὸν ἀρχέτυπον· παρ' ὃ δὴ καὶ μᾶλλον ἡ διὰ τὸ κοινοβίου ἄρξαι κοινοβιάρχης ἂν εἴη κεκλεῖσθαι δίκαιος. Τὸ μὲν γὰρ ἴδιον αὐτοῦ μᾶλλον, τὸ δὲ καὶ πολλῶν ἑτέρων· καὶ τὸ μὲν μακάριον δείκνυσι τῆς ἀρχῆς, ὥσπερ ἅμα καὶ ἀτεχνῶς γέγονε, τὸ δὲ ἄδηλον ἔχει τοῦ τέλους καὶ οὔπω φανερὰν τὴν ἀπόφασιν. Οὗτος οὖν τίς τε ἦν κατ' ἀρχὰς, καὶ τίτων ἔφυ γονέων, ὅθεν τε ὥρμητο καὶ ὅπως εἰς τοὺς πνευματικοὺς ἀποδυσάμενος ἦλθεν ἀγῶνας, χρὼν πρότερον διελθεῖν, ἔπειτα καὶ περὶ τῆς τούτου μονῆς, B ταύτης δὴ τῆς ὑπὸ πάσης γλώσσης κοινῇ περιᾳδομένης περὶ τῶν ἄλλων ἐκείνου φράσαι τὰ κατὰ δύναμιν μήτε τῇ ἀμετρίᾳ τοῦ λόγου τὴν ἀκοὴν βαρύνοντα, μήτε τῇ συντομίᾳ πάλιν ἐν τοῖς καιρίοις τὰς φιλοκάλλους ζημιοῦντα ψυχάς.

κα'. Καὶ δὴ μετ' αὐτὸ πρόεισιν ἀδελφὸν ἐκείνου, καὶ τῆς ὁμοίας πίστεως, φημὶ, καὶ ἐλπίδος γέννημα γνησιώτατον. Ἀνήρ τις τῶν πλούτῳ κομώντων καὶ ἀγαθοῖς ἔργοις κομᾷν ἐγνωκὼς, τὸν οἰκεῖον ἐπ' εὐλογίαις διέσπειρε βίον, καὶ ὕλην σωτηρίας ψυχῆς τὴν τῶν χρημάτων ὕλην ἐποίει· πᾶσαν οὖν τοῖς ἄλλοις καὶ προηγουμένως τοῖς κατὰ Θεὸν ζῶσι, καὶ τὸ μακρύνεσθαι κόσμου ἐγγίζειν Θεῷ καλῶς λίαν λογιζομένοις δεξιᾷ φανεὶς τερπνοτάτῃ, τὸ τῆς θείας φάναι Γραφῆς, ἢ ἔμπαλιν ἐνταῦθα τῆς Γραφῆς μᾶλλον εἰπεῖν, Κῆπος αὐτοῦ οὐ κεκλεισμένος καὶ πηγὴ ὀφθεὶς μὴ ἐσφραγισμένη· τοῖς τοῦ Θεοδοσίου μόνοις κατὰ λήθην ἢ ἄγνοιαν τῆς εὐποιΐας οὐκ ἐκοινώνησεν, ἢ τάχα καὶ τοῦ Θεοῦ τὸν Ἅγιον ἐν τούτῳ δοκιμάζοντος. Οἱ μὲν οὖν μαθηταὶ προσιόντες ἠνώχλουν τῷ διανομεῖ φανερὸν ἑαυτόν τε κἀκείνους ποιεῖν, καί μετὰ πολλῆς ἐνέκειντο τῆς σπουδῆς· μηδὲ γὰρ ᾧ τὸ λοιπὸν τραφήσονται ἔχειν, οἵ γε κερατίων μὲν ὑπόρουν ὀλίγων, ἔτι δ' ὅτε καί τούτων ἐπιλειπόντων τὰ λαταλειφθέντα τῶν ὀστῶν ἕψοντες, ὥσπερ

6 Cant. IV, 2.

(13) In Hebræo legitur Gen. XXII, 13, *Detentus aries cornibus suis in Sabech*, quod LXX et Theodotion ut proprium retinuerunt: κριὸς εἷς κατεχόμενος ἐν φυτῷ Σαβέκ. Significat autem Sabech Hebraice perplexitatem, cujusmodi est illa, quæ in condensis vepribus cernitur, a radice *sabach*, *implecti*, *intricari*, ut optime in vulgata editione: *Vidit arietem inter vepres hærentem cornibus*.

ἤδη δεδήλωται, τούτοις ἐχρῶντο τοῦ πεινῆν παραμύθιον. Οὕτως ἐκεῖνοι ἄνθρωπον ἀεὶ τὸ λαθεῖν σπεύσαντα, δῆλον γενέσθαι διὰ μικροψυχίαν ἠνάγκαζον, καὶ τὸν εἰς Θεὸν τρέπειν ὀφθαλμοὺς εἰθισμένον πρὸς ἀνθρώπους ὁρέγειν χεῖρας ἀγεννῶς ἤπειγον, χεῖρα τὴν ἀνοιγομένην ἀπολιπόντα, καὶ πᾶν ζῶον εὐθυμίας ἀποπληροῦσαν, οἱονεὶ στένωσιν αὐτῆς ἢ μικρολογίαν τό γε νῦν ἔχον κατεγνωκότα. Οἱ μὲν οὖν ἠθύμουν, ὁ δὲ παραινῶν ἠρέμα· τίς, ἔλεγε, τῶν πώποτε θαῤῥήσας Θεῷ μέχρι παντὸς κατελείφθη; Ἢ τίς ὑπομείνας αὐτὸν εἰς τέλος οὐ παρακέκληται; Ὃς μεθύει πᾶσαν ψυχὴν διψῶσαν. Ἱερεμίας ὁ θεῖος λεγέτω μεθ' ἡμῶν ταῦτα, καὶ πᾶσαν ψυχὴν πεινῶσαν ἐμπίμπλησιν, ὃς ἑτοιμάζει κόραξι βορᾶν, καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων, ἵνα καὶ Ἰὼβ ἅμα καὶ τὸν θεῖον Δαυὶδ εἰσάγω συμφθεγγομένους. Γνῶμεν B ὅσον τὸ μεταξὺ ἀνθρωπίνης σπουδῆς, καὶ προνοίας ἐστὶ θείας μέχρι καὶ τῶν ἐσχάτων ἡκούσης, καὶ εἰσόμεθα ὅπως καὶ ὧν ἐκόντες διὰ Χριστὸν ἀπέστημεν, τούτων αὖθις κατὰ Χριστοῦ πρόνοιαν ἀφθόνως ἀπολαύσομεν.

κβ'. Ταῦτα εἶπε, καὶ μετ' ὀλίγον ἀνεφαίνετό τις ζῶον ἄγων πεφορτισμένον. Ἀπῄει δὲ οὐ πρὸς τὴν τοῦ Μεγάλου μονήν, ἀλλὰ σκοπὸς αὐτῷ ταύτην μὲν παρελθεῖν, ἀλλαχοῦ δέ που καταθεῖναι τὸν φόρτον. Ὡς δὲ πλησίον ἤδη τῆς μονῆς ἦν, καὶ ἀκοντα τὸν ἄνδρα τὸ ὑποζύγιον ἵστη, καὶ πολλὰς τῇ μάστιγι ἐντείνοντι τὰς πληγὰς, ἑκεῖνο πέτρας ὁμοίως ἀκίνητον ἦν. Εὖ τοίνυν ὑπολαβὼν ὁ ἄνθρωπος μὴ ἀθεεὶ C τοῦτο γίνεσθαι στέψας παραχρῆμα τὴν τάξιν ὡς ὁδηγῷ μᾶλλον αὐτοῦ ἐχρῆτο τῷ ζώῳ, καὶ τὸν χαλινὸν ὑπανεὶς ἐδίδου φέρεσθαι ἥπερ αὐτῷ ἡ ὁρμή. Οὕτω τοῦ ἀνδρὸς πράξαντος, τὸ ζῶον ἀθρόως ἀλλαχοῦ μὲν οὐδαμοῦ, ἀλλ' ὥσπερ τινὸς ἀοράτως τὸν χαλινὸν ἕλκοντος καὶ εὐθύνοντος, εὐθὺ τῆς μονῆς ἐχώρει. Ἔνθα δὴ καὶ εἰσελθὼν ὁ ἀνὴρ, καὶ τὴν ἔνδειαν ἣ τούτους συνεῖχεν ὡς πλείστη μαθών, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας τὸ ἀπόῤῥητον ἐκπλαγείς, ὅπως ἐκείνοις μὲν πρόφασιν στέφανον τῆς ἐνδείας τὸ λυπηρὸν, αὐτῷ δὲ τοῦ λυπηροῦ τὴν λύσιν ἐμηχανήσατο, καὶ ὅτι πρὸς τοῦτο φανερῶς ἡ τοῦ ζώου ἀπείθεια, καλούσης αὐτὸν τῆς προνοίας τρέψαι ψυχὰς, Θεῷ μὲν λειτουργούσας, ἀσθενείᾳ δὲ καμνούσας τοῦ λειτουργοῦ σώματος. Ταῦτα δὴ ἐκεῖνος καταμαθὼν διπλῆ D παρέσχε τὸν ἀριθμὸν, καθ' ὃν ὁ πρῶτος διανομεὺς ἐδίδου τὸν ἔλεον. Τὸ λοιπὸν οὖν οἱ μαθηταὶ τοῦ διοχλεῖν αὐτῷ παυσάμενοι καὶ μικροψυχεῖν, τοῦ μιμεῖσθαι μᾶλλον ἔσπευδον καὶ ζηλοῦν τῆς πρὸς Θεὸν βεβαίας ἐλπίδος καὶ πίστεως. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

rent, ea quæ restabant ossa coquebant, ut jam dictum est, et eis utebantur ad famis solatium. Sic ergo illi hominem, qui semper latere studuerat, manifestum fieri cogebant propter pusillum suum et abjectum animum : et eum, qui ad Deum oculos convertere consueverat, urgebant; ut turpiter manus porrigeret hominibus, relicta manu quæ est aperta, et implet omne animal benedictione, ut qui eam esse augustam vel parcam ac sordidam judicasset in præsentia. Atque, illi quidem erant tristes. Is vero eos sensim admonens : Quis, aiebat, ex iis qui in Deo confisi sunt, omnino est derelictus? At quis, qui ipsum ad finem usque sustinuit, non accepit consolationem? Qui inebriat omnem sitientem animam. Hæc nobiscum dicat divinus Jeremias : *Et omnem esurientem implet animam*[8]. *Qui præparat corvis cibum, et pullis corvorum;* ut Job quoque et divinum David introducam simul loquentes[9]. Cognoscamus quantum interest inter humanum studium et divinam providentiam, quæ pertingit usque ad extrema : et sciemus, quemadmodum iis etiam, quæ propter Christum lubenter reliquimus, divina rursus providentia abunde et copiose fruimur.

22. Hæc dixit, et paulo post apparuit quidam, ducens animal onustum. Ibat autem non ad magni Theodosii monasterium; sed scopus quidem erat ei id transire, onus autem in aliquo alio loco deponere. Postquam vero fuit jam prope monasterium, vel invitum virum sistit jumentum : cumque ei flagello multas plagas inculeret; illud erat immobile, non secus ac si esset saxum. Cum homo ergo recte existimasset id non fieri sine Dei numine, mox converso ordine, animali utebatur tanquam duce; et laxato freno ei permittebat ire, quo eum ferret impetus. Cum homo sic fecisset, animal confestim nusquam quidem alio, sed perinde ac si aliquis frenum, cum a nemine videri posset, traheret et dirigeret, recta vadit ad monasterium. Quo cum vir esset ingressus, et inopiam, quæ eos urgebat maxima, didicisset, et Dei providentiæ arcanum esset admiratus, quemadmodum scilicet effecisset, ut inopiæ molestia eis esset occasio coronarum, et ut ipse eam solveret molestiam, et quod ea de causa non parebat animal, eum divina vocante providentia ad alendas animas, quæ Deo quidem ministrabant, ministrantis autem corporis laborabant imbecillitate. Hæc cum ille didicisset, duplum præbuit ejus eleemosynæ, quam primus divisor dederat. De cætero ergo ejus discipuli cessantes ea exhibere molestiam, et esse pusillo et abjecto animo, studebant potius eum imitari, beatumque eum ducebant propter firmam spem et fidem in Deum. Sed hæc quidem hucusque.

CAPUT VI.

Exstruitur monasterium.

κγ'. Ἐπεὶ δὲ καθ' ἑκάστην αὐτῷ οἱ φοιτηταὶ προσετίθεντο, (ἐκάλουν γὰρ αἱ τῶν ἐκείνου χαρίτων

23. Quoniam autem ei quotidie accedebant discipuli (fontes enim illius gratiarum vocabant bonas

8 Jer. XXXI, 23. 9 Job XXXVIII, 4 ; Psal. CXLVI, 9.

et virtutis studiosas animas; cervas rationis compotes dixerit aliquis, aquas amantes spirituales) aliique plurimi accesserunt, et non pauci ex iis, quorum magna erat auctoritas et opes. Et jam magnus quidem erat numerus discipulorum: spelunca autem exigua, et plane minor, quam ut eos posset capere; ipsi autem accedentes sollicitabant, ut excitaret monasterium, et ampliorem eis faceret canlam ovium spiritualium, dicentes, nihil oportere eum curare sumptus faciendos ad ædificationem. Nam et sumptu, aiebant, qui ad eam sufficit, manus, et manu nobis animus largior. Sic cum majori gregi cogeretur præesse vere bonus pastor, dici non potest quantis jactaretur curis, et quam variis distraheretur cogitationibus. Quandoque enim ad honum quietis et silentii respiciebat, et ad puram et tranquillam mentem, ab hac chara quiete tanquam a matre se avelli dolebat; quandoque autem considerebat, curam esse gerendam eorum qui ventitabant, et non oportere sibi soli vivere, sed multo magis etiam proximis, et ejus rei ipsum Dominum fuisse nobis ab initio exemplar propositum, qui et sibi congregavit discipulos, et conspectus est pastor ovium rationis compotum, et pro eis emisit animam.

24. Hæc ergo quando per otium considerabat, et in contrariam partem trahebatur animus, neque sciebat cuinam pure adhæreret. Nam quietis quidem et silentii fructus non ignorabat; rursus autem sciebat, quinam essent fructus curæ, quæ gereretur fratrum: et ideo utrisque adhærebat, et neutrius erat penitus: et ab utroque recedebat, et cum ambobus rursus conveniebat. Quid ergo facit? Deo permittit universum, qui vel solus potest miscere, quæ misceri non possunt: et illius auxilio credit posse fieri, ut et conservetur bonum quietis et silentii, et non privetur mercede præfecturæ. Non enim in eo, quod sit corpus solitarium, sed in eo, quob sit cor bene compositum et tranquillum, vitam recte geri monasticam, ut a divino David est definitum. Certe etiamsi ita se haberet judicium, tamen Deo permittit, et ei supplicat, si omnino ei gratus esset conatus (ei enim in mente versabatur, quod olim divinus Simeon de eo prædixerat), si ergo omnino Deo placaret, ut hoc signo declararet, et locum aperte indicaret, in quo erat monasterii jacturus fundamenta.

25. Cum ergo in manus sumpsisset thuribulum, et implesset carbonibus, et deinde absque igne imposuisset suffitum, pervasit solitudinem, labris preces decantans. Preces autem ita habebant: O Deus, qui per multa et magna miracula olim Israelem confirmasti, qui famulo tuo Moysi multis et variis prodigiis persuasisti, ut eos regendi onus subiret, et virgam quidem in serpentem, in alborem autem leprosam manum mutasti, et deinde ei rursus priorem restituisti colorem: qui aquam quidem mutas in sanguinem, ipsum autem rursus facile in aquam restituis; qui Gedeoni signum victoriæ vellus ex-

πηγαὶ τὰς φιλαρέτους ψυχάς, ἐλάφους λογικὰς εἶπεν ἄν τις ὑδάτων ἐρώσας πνευματικῶν) ἄλλοι τε πλεῖστοι καὶ τῶν ἐν ἀξιώμασι καὶ χρήμασι περιττῶν οὐκ ὀλίγοι προῆσαν. Καὶ ὁ μὲν τῶν μαθητῶν ἀριθμὸς ἤδη πολὺς ἦν, βραχὺ δὲ τὸ σπήλαιον καὶ σαφῶς ἧττον ἢ κατὰ χώρησιν, αὐτοὶ προσιόντες ἠνώχλουν καὶ μοναστήριον ἐγεῖραι, καὶ τὸν σηκὸν αὐτοῖς τῶν πνευματικῶν πλατῦναι προβάτων, μηδὲν ἑαυτῷ μᾶλλον ἀναλωμάτων τῶν εἰς τὴν οἰκοδομὴν λέγοντες· τῆς τε γὰρ ἀρκούσης ἐπ' αὐτὴν δαπάνης ἡ χεὶρ, καὶ τῆς χειρὸς ἡμῖν ἡ γνώμη δαψιλεστέρα· οὕτω μείζονος προστῆναι ποιμνίου ὁ καλὸς τῷ ὄντι ποιμὴν ὑποδιαζώμενος, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅσαις τε ἐβάλλετο ταῖς φροντίσι, καὶ ὅπως τοῖς λογισμοῖς ἐμερίζετο. Ὅτε μὲν γὰρ πρὸς τὸ τῆς ἡσυχίας ἐπίδοι καλὸν, καὶ τὸ καθαρὸν τοῦ νοῦ καὶ γαλήνιον, τῆς φίλης ταύτης ἡσυχίας οἷα μητρὸς ἀποσπώμενος ἤλγει. Ὅτε δὲ πρὸς τὸ τῶν φοιτούντων κηδεμονικὸν ἀποβλέψειε, καὶ τὸ μὴ δεῖν ἑαυτῷ μόνῳ ζῆν, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον καὶ τοῖς πλησίον, καὶ τούτου γε τὸν κοινὸν Δεσπότην ἑώρα τύπον ἐξ ἀρχῆς γενόμενον, ὃς καὶ μαθητὰς ἑαυτῷ συνήγαγε, καὶ ποιμὴν ὤφθη κοινικῶν προβάτων, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν τὴν ψυχὴν προΐετο.

κδ'. Ταῦτα ὅτε κατασχολὴν διασκέψαιτο, τὸν λογισμὸν αὖθις ἀνθείλκετο καὶ οὐκ εἶχεν ὅτῳ καθαρῶς προστεθῇ. Τοὺς μὲν γὰρ τῆς ἡσυχίας καρποὺς οὐκ ἠγνόει, ἤδει δὲ καὶ τῆς προνοίας τῶν ἀδελφῶν ὁποῖοι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀμφοτέροις προσέκειτο, καὶ οὐδ' ἑτέρου παντελῶς ἐγίνετο, ἑκατέρου τε ἀφίστατο, καὶ ἀμφοτέροις πάλιν συνήρχετο. Τί οὖν ποιεῖ; Θεῷ τὸ πᾶν ἐπιτρέπει τῷ καὶ μόνῳ δυναμένῳ μιγνύναι τὰ ἄμικτα, καὶ τῇ ἐκείνου πιστεύει ῥοπῇ δυνατὸν αὐτῷ γενέσθαι καὶ τὸ τῆς ἡσυχίας διασωθῆναι καλὸν, καὶ τῶν ἐπὶ τῇ προστασίᾳ μισθῶν ἄμοιρον μὴ ἀπολειφθῆναι. Οὐ γὰρ ἐν τῇ μονώσει τοῦ σώματος, ἀλλ' ἐν τῷ εὐσταθεῖ μᾶλλον τῆς καρδίας καὶ γαληνῷ κατορθοῦσθαι τὸ κατὰ μόνας, ὡς τῷ θείῳ Δαβὶδ ὡρίζετο. Ἀμέλει καὶ οὕτως ἔχων τὴν κρίσιν ὅμως τῷ Θεῷ δίδωσι, καὶ ἱκέτης αὐτοῦ γίνεται, εἴπερ ὅλως κατὰ γνώμην. Αὐτῷ τὸ ἐγχείρημα (ἐπὶ νοῦν γὰρ εἶχε καί τὸ τῷ θείῳ Συμεὼν περὶ αὐτοῦ πάλαι προφητευθὲν), εἰ οὖν ὅλως ἀρέσκων εἴη Θεῷ σημείῳ τοῦτο παραδηλῶσαι, καὶ τὸν τόπον ὑποδεῖξαι σαφῶς ἐφ' ᾧ, τοὺς θεμελίους πηγνύναι τοὺς τῆς μονῆς ἔμελλεν.

κε'. Λαβὼν οὖν εἰς χεῖρας θυμιατήριον καὶ ἀνθράκων πλήσας, εἶτα καὶ πυρὸς ἄνευ ἐπιθεὶς τὸ θυμίαμα, τὴν ἐρημίαν διῆει εὐχὴν ἐπᾴδων τοῖς χείλεσιν· εἶχε δὲ τὰ τῆς εὐχῆς οὕτως· Ὁ τὸν Ἰσραὴλ πάλαι διὰ πολλῶν καὶ μεγάλων θαυμάτων θεὸς πιστωσάμενος, ὁ τὸν θεράποντά σου Μωϋσῆν πολλοῖς καὶ ποικίλοις τέρασι πείσας τὴν προστασίαν αὐτῶν ὑπελθεῖν, καὶ τὴν μὲν ῥάβδον εἰς ὄφιν, εἰς λευκότητα δὲ τὴν λεπρῶσαν χεῖρα μεταβαλὼν, εἶτα τὴν προτέραν αὐτῇ πάλιν περιβαλὼν εὐχροιαν, ὃς τὸ μὲν ὕδωρ εἰς αἷμα μεταποιεῖς, αὐτὸ δὲ πάλιν εἰς ὕδωρ ἀνασώζεις εὐκόλως, ὃς τῷ Γεδεὼν σύμβολον νίκης τόν τε πῶκον

καὶ τὰ περὶ τὸν πόκον εὖ παριστὰς, δημιουργὸς πάντων καὶ συνοχεῦ, ὃς Ἐζεκίᾳ τῆς τῶν ἀναβαθμῶν σκιᾶς τῇ πρὸς τὰ ὀπίσθεν ἀναποδίσει τὴν τῆς ζωῆς ὑπέγραψας προσθήκην, ὃς καὶ τῶν εὐχῶν Ἠλίου πρότερον ὑπήκουσας πῦρ καθεὶς οὐρανόθεν, καὶ διὰ τὴν εἰς σὲ τῶν ἀσεβούντων ἐπιστροφὴν, τὰς σχίδακάς τε καὶ ὁλοκαυτώματα καὶ τὸ ὕδωρ αὐτοῖς λίθοις συγκατέφλεξας, αὐτὸς εἶ καὶ νῦν Κύριε, καὶ αὐτὸς ἐπάκουσόν μου τοῦ δούλου σου, καὶ δεῖξον ἔνθα σοι φίλον ναὸν μὲν τῷ κρατει τῷ σῷ, τοῖς δὲ σοῖς δούλοις καὶ μοῦ φοιτηταῖς καταγώγιον ἀναγεῖραι. Δείξεις δὲ πάντως ὅπη τοὺς ἄνθρακας τούτους ἀναφθῆναι κελεύσεις, εἰς δόξαν μὲν σὴν, ἐπίγνωσιν δὲ πολλῶν καὶ τῆς ἀληθείας βεβαίωσιν. Ταῦτα καὶ τὰ ταύτοις ὅμοια περιφδῶν, τῶν τόπων οὓς μάλιστα τῶν ἄλλων ἐπιτηδειοτέρους ᾔδει διέρχετο.

κϛ'. Τὴν πολλὴν δὲ διαβὰς τῆς ἐρήμου γῆν ἄρχι τοῦ λεγομένου Κουτιλᾶ, καὶ τῶν τῆς Ἀσφαλτίδος λίμνης ὀχθῶν, ἐπὶ νεκροῖς οὕτω καὶ ἀπύροις τοῖς ἄνθραξιν, ὡς ἐώρα μηδαμοῦ τούτους ἀναπτομένους, μηδὲ τὸ ἐγχείρημα κατὰ γνώμην ὑπαντῆσαν αὐτῷ, ὑποστρέφειν ἔγνω. Τοῦτο δὲ δράσαντος, καὶ ὀλίγον ἤδη τοῦ σπηλαίου διέχοντος (ὦ τίς ἀξίως αἰνέσει σου τὸ κράτος, ἀθάνατε Βασιλεῦ;), καπνός ἄφνω τῶν ἀνθράκων ἀνῆει, καπνὸς εὐώδης, περὶς ἀῤῥήτως διαδραμόντος τοὺς ἄνθρακας, καὶ ἀφανῶς αὐτοὺς ἀναζωπυρήσαντος. Οὕτω τοιγαροῦν του πυρὸς κρεῖττον ἡ γλῶττα τὸν τόπον ὑποσημαίνοντος, αὐτίκα θεμέλιοι τε ἐπήγνυντο, καὶ ναὸς ἀνηγείρετο, καὶ φροντιστήριον ἐπῳκοδομεῖτο, φροντιστήριον ἀρετῶν μᾶλλον εἰπεῖν καταφώγιον, ἡ σκηνὴ ἀτέχνως ἐπὶ γῆς, ὑπέργειος καὶ οὐράνιος, μεγέθει τε μέγιστον ὄν, ὡς ἤδη ταῖς κατὰ μικρὸν αὐξηθὲν προσθήκαις, καὶ πᾶσι κομῶν ἀγαθοῖς, οὐ τοῖς κατὰ πνεῦμα μόνον καὶ ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατὸ χρείαν φημὶ σώματος. Ἔδει γὰρ αὐτῶν ἀνθρώποις γε οὖσιν, οὐ τῶν κομψῶν ἐκείνοις καὶ περιττῶν, ἀλλ' ὧν ἡ χρῆσις ἀναγκαία καὶ ἀπαραίτητος. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ πόλεως λαμπρᾶς καὶ πολυανθρώπου, οὕτω δὴ κἀνταῦθα πρέπειται θεωρεῖν παντοδαπὰ τῶν τεχνῶν ἐργαστήρια, τῷ κοινῷ τῆς ἀδελφότητος ἀπονητὶ παρέχοντα πάντα, καὶ τῶν ἔξω περισπασμῶν ἀπαλλάττοντα.

hibes, et quæ circa vellus ; qui omnia fabricaris et contines ; qui Ezechiæ umbræ graduum retro reversione descripsisti vitæ additamentum ; qui etiam Eliæ præces prius exaudiisti, ignemque de cœlo demisisti ; et propter eorum, qui se impie gerebant, ad te conversionem, ligna et holocausta et aquam una cum ipsis lapidibus combussisti ; ipse etiam nunc es, Domine, ipse quoque exaudi me servum tuum, et ostende ubi tibi placeat, ut templum quidem tuæ potentiæ, tuis autem servis et meis discipulis habitaculum ædificem. Ostendes autem omnino, ubi jubebis accendi hos carbones, ad gloriam quidem tuam, multorum autem agnitionem, et veritatis confirmationem. Hæc et his similia decantans, obibat loca, quæ noverat aliis aptiora.

26. Cum autem solitudinis multam terram pervasisset usque ad locum, qui dicitur Gutilla et ripas lacus Asphaltidis (14-15), sic mortuis et minime ignitis carbonibus, cum vidit eos minime ascendi, neque conatum ei ex animi sententia succedere, constituit reverti. Cum hoc autem fecisset, et parum esset remotus a spelunea (o quis tuam digne laudarit potentiam, Rex immortalis !) fumus repente ascendit ex carbonibus, fumus bene olens, cum ignis modo ineffabili percurrisset carbones, et eos latenter suscitasset. Cum itaque ignis melius quam lingua locum significasset, et jacta sunt fundamenta et templum exstructum est, et ædificatum est monasterium (15), vel, ut melius dicam, virtutum habitaculum, aut tabernaculum in terra, quod est revere terra superius et celeste: quod quidem est e magnitudine maximum, ut quod paulatim creverit iis, quæ factæ sunt, accessionibus, et abundat bonis omnibus, non iis solis, quæ sunt ex spiritu et virtute, sed iis etiam, quæ sunt ad usum corporis. Nam eis quoque erat illis opus, cum essent homines, non lautis quidem et supervacaneis, sed quorum est necessarius usus et inevitabilis. Quomodo enim in præclara civitate et populo frequenti, ita etiam hic quoque licet sidere omnigenas artium officinas, quæ communi fraternitati omnia præbent citra laborem, et ab externis, quæ eos avellant, curis liberant.

CAPUT VII.

Benignitas in pauperes, ægros, hospites, divinitus remunerata.

κζ'. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ παραλλάττον δηλαδὴ τῶν καταγωγῶν καὶ διάφορον τίνα μὲν ὀφθαλμὸν εἰς θέαν, τίνα δὲ γλῶττα εἰς ἔπαινον κινεῖ ; ποίαν ὅλως ψυχὴν, ποίαν τῶν καταλυόντων οὐ θεραπεύει σώματα ; Αὐτὴ μοναχῶν, ἐκεῖν μιγάδων· ἄλλη τῶν ἰδεῶν, ἑτέρα τῶν ἄλλως ἐπιδημούντων. Καὶ συνελόντας εἰπεῖν, ἑκάστῳ τῶν παραβαλόντων τόπος τε τῆς ὑποδοχῆς, καὶ τρόπος τῆς θεραπείας, ἄλλῳ ἄλλος

27. Jam vero habitationem varietas et diversitas quemnam oculum quidem non movet ad contemplandum; quamnam autem non linguam ad laudandum? Quam enim omnino animam, aut quod corpus earum, qui diversantur, non curat ? Hæc est monachorum, illa eorum qui promiscue vitam agunt; alia egenorum, alia eorum, qui alias peregrinantur. Et ut in summa dicam, unicuique eo-

(14-15) **Lacus Asphaltidos, id est bituminis, vulgo mare Mortuum dicitur, post eversas ibidem Sodomam, Gomorrham, aliasque urbes.**

(16) *Cathisma* appellatur in Vita S. Sabæ. Vide Prolegom.

rum, qui accedunt, et locus quo excipiantur, et modus quo curentur, alius alii est attributus. Unum est, quod ex æquo omnibus exhibetur, nempe summa hospitii hilaritas et benignitas. Cæterum pauperum quidem magnam curam gerebat Theodosius : quorum ille egestatem vincens supeditatione, eam rursus habebat voluntate inferiorem : quomodo etiam voluntatem semper victam a liberalitate et munificentia spiritus, ut paulo post ostendetur. Hoc autem est ipsis rebus consentaneum et valde consequens. Si enim ipse cum esset homo, studebat hominum egentium superare cupiditates voluntatis magnitudine; quomodo non humana rursus voluntas superanda erat ab opibus divinis et benignitate ?

28. Cum autem in omnes, qui ejestate premebantur, ita esset misericors, ejus magis augebatur misericordia in eos, in quibus rursus erat malum gravius, et cum egestate erat præterea morbus, aut membrorum mutilatio excrucians, eaque sacra, quod est gravissimum. Ea ratione erat etiam oculus quidem cæcorum, pes vero claudorum, indumentum autem nudorum, eorum, qui tecto carebant, tegumentum, ægrotorum medicus, largitor, administer, famulus; omnibus omnia factus propter excellentem benignitatem; sanguinem abluens, vulnera mundans, labra admovens labris eorum, quorum erat caro mutila, et ita eos sapienter consolans et persuadens, ut moderate ferrent calamitatem, cum scirent eos, qui sapiunt, non modo ipsos non aversari, sed eos potius beatos ducere et amplecti. Non autem se superbe et inhumane gerens, ut complures, quos cum oporteret miserando fratres, Dei sibi conciliare benignitatem et clementiam, illi (o inhumanitatem!) adeo sunt elati et sublimis animi, aut (ut verius dicam) nimis sui amantes, et tam pusilli et abjecti animi, ut non solum eos non admittant, sed eos etiam videre non inducant in animum : perinde, ac si nolint meminisse neque omnino scire, quod ipsis quoque sunt carnes subjectæ talibus affectionibus. Sed non sic hic beatus, sed fuit magno (sicut diximus) et generoso animo. Et sunt hujus quidem multi oculi testes : maxime autem ex iis, qui hoc ministerium una cum eo obibant : qui cum primo hanc insignem benignitatem et commiserationem similiter atque alii aversarentur, illius deinde egregiam reveriti moderationem, persuasi fuerunt recte sapere, et juxta imbecillitatem humanem et humilitatem.

29. Quamobrem si quis eum dixerit communem portum, et communem medicinæ officinam, communem domum, commune penu, recte dixerit et congruenter veritati, ægrotantium, esurientium, algentium, peregrinantium. Eorum enim omnium, quam par erat, curam gerebat. Qui autem contemneretur aut despiceretur, propterea quod esset vilis et humilis, si quæsivisses, illic invenisses neminem: sed propter hoc ipsum, quod esset, inquam,

A ἀπονενέμηται. Ἔν ἐστι πρὸς πάντας ἔχον ὁμοίως, τὸ τῆς ξενοδοχίας ἄκρως ἱλαρὸν καὶ φιλάνθρωπον. Ἀλλ' οἵ γε πένητες, ἡ μεγάλη Θεοδοσίῳ φροντὶς, ὧν τὴν ἔνδειαν ἐκεῖνος τῇ χορηγίᾳ νικῶν, αὐτὴν πάλιν εἶχεν ἡττωμένην τῆς προαιρέσεως· ὥσπερ δὴ τὴν προαίρεσιν τῇ μεγαλοδωρεᾷ τοῦ πνεύματος ἡεί ποτε νικωμένην, ὡς μετ' οὐ πολὺ δηλωθήσεται. Τοῦτο δὲ εἰκότως λίαν, καὶ τοῖς πράγμασιν ἀκολούθως. Εἰ γὰρ αὐτὸς ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπων ἔσπευδε δεομένων ὑπερβάλλειν ἐπιθυμίας τῷ μεγαλείῳ τῆς προαιρέσεως, πῶς οὐκ ἔμελλε πάλιν ἀνθρωπίνη προαίρεσις θειῷ πλούτῳ καὶ χρηστότητι παρευδοκιμεῖσθαι ;

B κη'. Οὕτω δὲ συμπαθείας ἐπὶ πᾶσιν ἔχων ἁπλῶς τοῖς ἐνδείᾳ πιεζομένοις, ἔτι μᾶλλον ἐπέτεινε τὴν συμπαθειαν ἐφ' οὓς πάλιν τὸ δυσχερὲς ἐπετείνετο, καὶ μετὰ τῆς ἐνδείας ἔτι καὶ νόσος, ἢ μελῶν πήρωσις τρύχουσα ἦν, καὶ αὐτή γέ ἡ ἱερὰ τὸ βαρύτατον. Ταύτῃ τοι καὶ ἦν ὀφθαλμὸς μὲν τυφλῶν, ποῦς δὲ χωλῶν, ἀμφίασις γυμνῶν, ἀστέγων σκέπη, νοσούντων ἰατρὸς, χορηγὸς, ὑπουργὸς, οἰκέτης, πᾶσι πάντα διὰ τὸ περιὸν τῆς φιλανθρωπίας γενόμενος, αἵματα πλύνων, τρύματα καθαίρων, χείλη προσάγων χείλεσι τῶν τὴν σάρκα λελωβημένων, καὶ οὕτω λίαν σοφῶς ἐκείνους παραμυθούμενος, καὶ πείθων πρᾴως φέρειν τὴν συμφορὰν τῷ γινώσκειν ἑαυτοὺς ὅτι μὴ μόνον οὐκ ἀποστροφῆς ἄξιοι δι' ἃ πάσχουσι γινονται, ἀλλὰ καὶ μακαρισμοῦ μᾶλλον C καὶ ἀσπασμοῦ τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν. Οὐ μὲν παθὼν τὸ τῶν πολλῶν ὑπεροπτικὸν καὶ ἀνάλγητον, οὓς δέον ἐν τῇ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς συμπαθείᾳ, τὸ τοῦ Θεοῦ χρηστὸν ἑαυτοῖς μνηστεύεσθαι καὶ φιλάνθρωπον, οἱ δὲ, ὦ τῆς ἀπανθρωπίας ! οὕτως εἰσὶν ὑψηλοί τε καὶ μεγαλόφρονες, ἢ ταλῃθὲς μᾶλλον εἰπεῖν φίλαυτοι περιττῶς καὶ μικρόψυχοι, ὡς μὴ μόνον μὴ προσίεσθαι τούτους, ἀλλὰ καὶ ὁρᾶν μὴ ἀνέχεσθαι. καθάπερ οὐδὲ μεμνῆσθαι βουλόμενοι, οὐθ' ὅλως εἰδέναι. ὅτι καὶ αὐτοῖς σάρκες εἰσὶ τοιούτοις παθεσιν ὑποκείμεναι. Ἀλλ' οὐχ ὁ μακάριος οὗτος οὕτως, ἀλλὰ καὶ λίαν ὥσπερ ἔφημεν εὐγενῶς καὶ μεγαλοψύχως· καὶ τούτου πολλῶν μὲν ὀφθαλμοὶ μάρτυρες, μάλιστα δὲ τῶν τὴν ὑπηρεσίαν ταύτην αὐτῷ συνδιαφερόντων· οἳ καὶ τὸ πρῶτον τὰ κομιδῇ φιλάν- D θρωπα ταυτα καὶ συμπαθῆ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως ἀποτρεπόμενοι, ἔπειτα τὴν πολλὴν ἐκείνου δυσωπηθέντες μετριοπάθειαν, ἐπείσθησαν ὑγιῶς φρονεῖν, καὶ ἀξίως τῆς ἀνθρωπίνης, ἀσθενείας καὶ ταπεινότητος.

κθ'. Ὥστε κοινὸν αὐτὸν εἴ τις εἴπῃ λιμένα, κοινὸν ἰατρεῖον, κοινὴν ἑστίαν, κοινὸν ταμιεῖον, καλῶς ἐρεῖ καὶ συμφώνως τῇ ἀληθείᾳ, νοσούντων πεινώντων, ῥιγώντων ἀποδημούντων· πάντες γὰρ προνοίας ἀπέλαβον αὐτῷ τῆς δεούσης. Ἀμελούμενον δὲ ἢ παραθεωρούμενον· εἴπερ ἐζήτησας ἐκεῖ δι' εὐτέλειαν εὕρες ἂν τῶν πάντων οὐδένα, ἀλλ' αὐτὸ μὲν τοῦτο, τὸ εὐτελές φημι, καὶ ἐλάχιστον, καὶ πλείονος ἀξιούμενος τῆς προνοίας· ἐπεὶ καὶ Χριστὸς ἐν ἐλαχίστοις, καὶ τὰ

ἐκείνων μᾶλλον φανερῶς οἰκειούμενος· ὥστε οὐδεὶς ἦν ὅλως ἐκεῖ τῶν ἐκβαλλομένων, οὐδεὶς παροπτέος καὶ σπλάγχνων φιλανθρώπων ἀνάξιος· ὅπερ καὶ τῶν πατέρων ἐνίοις οὐ πάνυ ῥᾴδιον εἰς παῖδας φυλάξαι. Ἄλλοι μὲν καὶ ἀμφίων ὅτοις ἔνδεια τούτων ἦν, πάντες δὲ ὁμοίως τρυφῆς ἀξιούμενοι· καὶ μέμνηνται ποτε οἵ γε πρὸς ταῦτα διακονούμενοι πλείους ἢ ἑκατὸν μιᾶς ἡμέρας διαθεῖναι τραπέζας. Ἀλλ' ἡ μὲν ἀνθρωπίνη τοῦ ἐλέους πηγὴ τοιαύτη καὶ οὕτω ἁψιλῶς βλύζουσα. Ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ ὁποία; Ἢ δῆλον ὅτι πολλῷ τῷ μέσῳ καὶ ἀπείρῳ τὸ ὑπερβάλλον ἔχουσα; Δηλώσει δὲ νῦν ὁ λόγος τίσι τεκμηρίοις, καὶ τῷ ἐπαγγελθέντι πέρας ἐπάξει.

A vilis et minimus, majorem consequeretur curationem; quoniam Christus quoque est inter minimos, et quæ sunt illorum, aperte sibi tribuit. Quare eorum qui expellerentur, nulla illic habebatur ratio. Nullus despiciebatur, nullusque indignus reputabatur commiseratione. Quod quidem patrum quoque nonnullis non est admodum facile servare in filios. Sed aliis quidem vestes quoque dabantur, quibus iis erat opus: omnibus similiter dabantur alimenta. Atque meminerunt quidem, qui ad hæc ministrabant, se uno die plusquam centum mensas parasse. Et humanus quidem misericordiæ fons erat hujusmodi, et tam aliunde scaturiens. Dei autem fons qualis? Nunquid est manifestum, quod multis atque adeo infinitis partibus superabat? Nunc autem declarabit oratio, quibusnam indiciis, et finem imponet ei, quod est pollicita.

λ'. Ἐπαίδευσέ ποτε τὴν γῆν ὁ Θεὸς, ἐπαίδευσε δὲ λιμῷ, καὶ ὀλίγος οὐκ ἐπὶ βραχὺ, οὐδὲ τῶν μὲν, τῶν δὲ οὐ κατεκράτει, ἀλλ' ἐπῆει πᾶσιν ἡ μάστιξ ὁμοίως· οὕτω δὲ τῶν ἀνθρώπων πιεζομένων διὰ κακῶν ἔργων ἀντέκτισιν (ἐπεὶ καὶ πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων Μιχαίας ὁ θεῖος καρπὸν εἶναι τὰ τοιαῦτά φησι), καὶ ἡ τῶν βαΐων παρίστατο ἑορτὴ, καθ' ἣν τὸ τῶν πενήτων καὶ ἀγροίκων πλῆθος πρόφασιν λαβὸν τὴν πανήγυριν ἐπεδήμει τῷ τόπῳ ἤδη μὲν καὶ δι' ἔθους τοῦτο ποιοῦντες, ἀλλὰ καὶ τότε καὶ πλέον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ κελευόμενοι. Οἱ γοῦν περὶ τὴν ἀριστοποιΐαν διακονούμενοι πρὸς τὸ πλῆθος ἐλιγγιάσαντες ὑπὸ σταθμοῖς τισι καὶ ζυγοῖς τὴν τῆς τροφῆς ποιεῖσθαι διανομὴν [*alii* διακονὴν] ἐπειρῶντο ὡς ἂν τῇ φειδοῖ ταύτῃ καὶ ἀκριδείᾳ πρὸς πλείονας ἀρκέσῃ τὰ τῆς τροφῆς. Ὁ δὲ σταθμὸς αὐτοῖς εἰς λίτραν, ὡς ἄν τις εἴποι γλώττῃ Ῥωμαίων χρώμενος, περιίστατο· παριών τε ὁ μέγας καὶ τὸ πραττόμενον ὄψει παραλαβὼν, πλήθει τε πολλῷ τὰς πύλας βιαζομένας, καὶ τὸ τοῦ Ἰὼδ ὥσπερ καὶ αὐτὸς φρονεῖν καὶ λέγειν πεπαιδευμένος, ὅτι μὴ ἔξω ηὐλίζετο ξένος καὶ ἡ θύρα μου παντὶ ὁδοιπόρῳ ἀνέῳκτο, κελεύει τὰς πύλας διαπετάσαντες εἰσιτητὰ θεῖναι τὰ ἐντὸς πᾶσι τοῖς βουλομένοις· εἶτα καὶ τὰς συνήθεις παραθεῖναι τραπέζας ἀνδράσιν, οἷς ἔργον καὶ ἀριθμῷ δοῦναι, μή τι γε ὅλως καὶ τροφῆ κορέσαι. Ὅσοι μὲν πρὸς τοῦτο ὑπηρετεῖν ἔμελλον, ἕως μὲν πρὸς μόνον ἁπλῶς τὸ πλῆθος ἐώρων, ἀπιστοῦντες μόνον ἦσαν, οὐχ ὅπως δή τι καὶ ἐνεργοῦντες ἰδίᾳ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ κελεύσματος. Ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν χάριν τοῦ κελεύσματος εἶδον, ἀπέστησάν τε τῶν ἀνθρωπίνων καὶ ὑψηλότερον ἔβλεψαν, ἠνοιγόν τε τὰς πύλας εὐθέως, καὶ ἀσμένως τοὺς εἰσιόντας ἐδέχοντο, εἶτα καὶ πρὸς τραπέζας διεπονοῦντο, καὶ ἱλαρῶς παρετίθουν αὐτὰ ταῦτα ὅσα παρεῖχον. Τί οὖν ὁ τῶν θαυμασίων Θεός; Ἦρκει καὶ αὐθις ὀλίγων τρέφειν πλῆθη πολλὰ, ὥσπερ ἄρα καὶ τοὺς πέντε ἄρτοις τοὺς πεντακισχιλίους τὸ πρότερον ἅμα γοῦν αὐτοί τε τὰς γαστέρας ἐπίμπλαντο, καὶ αἱ ἀρτοθῆκαι κατάπλεω τῶν ἄρτων ἐδείκνυντο, καὶ οἱ μὲν πάντα ἐπιλιπεῖν ἐνόμιζον, οἱ δὲ πλήρεις ἦσαν πλέον ἢ παρέσχον ἀντιλαβοῦσαι, καὶ ὀλίγης ὥσπερ

B 30. Castigabat aliquando terram Deus, castigabat autem fame: erat autem non brevis aliqua fames, neque in hos quidem dominabatur, in alios vero non; sed ex æquo omnes invaserat flagellum. Cum sic autem affligerentur homines, ut eorum, quæ scelerate fecerant, pœnas darent (malorum enim studiorum hæc esse fructum, dicit divinus Michæas[10]) et adesset dies festus Palmarum, quo pauperum et agrestium multitudo, festi accepta occasione, in eum locum convenerat, jam hoc quidem pro more facientes, sed tunc magis a fame jussi. Qui itaque ad parandum prandium inserviebant, ad tantam caligantes multitudinem, conabantur quibusdam libris et trutinis alimentum distribuere, ut hac accurata subtilique ratione et parcitate posset pluribus alimentum sufficere. Pondus autem eis ad libram, C ut dixerit quispiam utens lingua Romanorum, redibat. Accedens autem magnus ille Theodosius, cum id quod fiebat, visu apprehendisset, et a magna multitudine vim afferri januis, et idem quod Job, didicisset sentire et dicere: *Foris non diversabatur hospes, et patebat ostium omni viatori*[11]; jubet portas aperiri, et permittere, ut omnes volentes possent ingredi: et hominibus mensas consuetas apponere, quos difficile erat vel numerare, non solum eos cibo satiare. Quicunque ergo ei erant inservituri, quando ad solam tantummodo aspiciebant multitudinem, non credebant: tantum abest, ut aliquid facerent, propterea quod modum jussio exsuperabat. Postquam autem aspexerunt ad virtutem et gratiam ejus, qui jubebat, ab humanis desti- D terunt, et altius aspexerunt, et portas statim aperuerunt, et lubenter admiserunt eos qui veniebant: et deinde etiam parandis mensis dabant operam, et hilariter ea etiam apponebant, quæ habebant. Quid ergo Deus admirabilium? Rursus quoque sufficit ad paucis alendam magnam multitudinem, sicut etiam prius quinque panibus quinque millia. Simul ergo eorum impleti sunt ventres, et arcæ panariæ ostendebantur plenæ panibus: et illi quidem existimabant fore, ut omnia deficerent: eæ vero erant plenæ, et plura tenebant quam præbuerant, et

[10] Mich. vi, 13. [11] Job. xxxi, 17 et 18.

per orationem veluti ad replendos ventres pauperum plurimum fructum produxerant. Sic pro ejus proposito Deus ipsum est remuneratus, et pro ejus beneficentia in pauperes, non solum abunde desuper pluens propter ejus munificam voluntatem, sed etiam efficiens, ut vir ille in admiratione haberetur et celebraretur, propterea quod sit minime falsum promissum. Promisit enim eos glorificare, qui eum sciunt glorificare per opera [12].

31. Post hoc autem aliud quoque dicatur, quod parem continet et voluntatis munificentiam, et patrandi miraculi virtutem. Rursus erat dies festus, et festus Virginis Dei Matris : in quo, propterea quod erat valde insignis ac solemnis, tam magna convenerat multitudo (oportebat enim et festi causa esse multos celebraturos, et ejus qui festi celebritatem peragebat, dexteram, aut, ut potius dicam, propositum, habere etiam convenienter multos qui alerentur) ut ne sufficerent quidem ad faciendum accumbere eos qui accedebant, illi quibus hoc commissum fuerat; tantum abest, ut haberent quod satis esset ad eos alendos, nisi in singulis mensis oporteret unum panem apponere. Qui autem arcas panarias ante impleverat Dominus (larga et copiosa dextera, quæ aperitur, et nutrit quidquid ab ipsa est creatum), is tunc quoque mensas implevit, vel, ut potius dicam, ventres : adeo ut cum innumerabilis ille hominum conventus fuisset plenus ad satietatem, tot essent sportæ reliquiarum, ut ipsi quoque qui accubuerant, multa domum tulerint, et iis qui serviebant, ex iis sint opiparæ postea mensæ appositæ.

32. Videntur autem hæc esse difficilia non solum ad imitandum, sed etiam ad laudandum, et ad recte explicandum oratione. Quis enim adhuc videns Ægyptios confluentes ad magni Theodosii monasterium, non existimaverit vel puteos esse tantæ multitudini defecturos ad solum potum? Illi autem ita ad satietatem fruuntur appositis, ut iis etiam, qui post ipsos veniebant, sufficerent quæ remanserant, ad secundum convivium. Quis ergo videns, quæ in hodiernum usque diem fiunt in solitudine, non statim est habiturus fide dignum testimonium, quod qui per Moysem in solitudine mirabile prius pluit Hebræis nutrimentum, hic ipse nunc quoque per Theodosium (etenim in Christo vivere creditur) hoc quoque magnum et divinum efficit, et tot viris nutrimentum copiose suppeditat? Propterea ergo multos quoque videtis ad hunc locum festinantes, hunc ipsum revera esse illum existimantes, propter quem Servator et quinque prius panes benedixit, et tot hominum millia aluit ad satietatem. Sed hæc quidem ita se habent. Nobis autem redeundum est ad ea, quæ consequuntur.

εἰς τὰς τῶν πενήτων γαστέρας πολυγονώτατα γεωργήσασαι. Οὕτως αὐτὸν ὁ Θεὸς ἠμείβετο τῆς προθέσεως, οὕτω τῆς περὶ τοὺς πένητας εὐποιΐας, οὐ μόνον ἀφθόνως ἄνωθεν ὑετίζων διὰ τὴν ἀφθονίαν τῆς προαιρέσεως, ἀλλὰ πανταχοῦ θαυμαζόμενόν τε καὶ περιφδόμενον τὸν ἄνδρα δεικνύων, διὰ τὸ ἀψαυστον τῆς ἐπαγγελίας. Δοξάζειν γὰρ ἐπηγγείλατο τοὺς διὰ τῶν ἔργων αὐτὸν δοξάζειν ἐπισταμένους.

λα'. Λεγέσθω τοιγαροῦν ἐπὶ τούτῳ καὶ ἕτερον, τῆς ὁμοίας δν καὶ περὶ τὴν προαίρεσιν δαψιλείας, καὶ περὶ τὴν θαυματουργίαν δυνάμεως. Ἑορτὴ πάλιν ἦν, καὶ ἡ ἑορτὴ τῆς Παρθένου καὶ Θεομήτορος, ἐν ᾗ διὰ τὸ λίαν ἐπίσημον οὕτω τι πολὺ συνῆλθε τὸ πλῆθος (ἔδει γὰρ καὶ διὰ τὴν τῆς ἑορτῆς αἰτίαν πολλοὺς εἶναι τοὺς πανεγυρίζοντας, καὶ τὴν τοῦ παναγυριστοῦ δεξιὰν, ἢ τὴν πρόθεσιν μᾶλλον εἰπεῖν ἀναλόγως αὐτῆς ἔχειν καὶ τοὺς τραφησομένους) ὡς μηδὲ τοὺς ἐπ' αὐτῷ τεταγμένους κατακλίνειν τοὺς εἰσιόντας ἀρκεῖν, μή τι γε καὶ τὸ αὐταρκες εἰς τροφὴν χορηγεῖν, πλὴν εἰ κατὰ μίαν τῶν τραπεζῶν ἕνα ἔδει τὸν ἄρτου παρατιθέναι. Ὁ δὲ πρὸ τούτων τὰς ἀρτοθήκας πληρῶν Κύριος (ἡ πολυαρκὴς καὶ ἄφθονος δεξιὰ ἡ ἀνοιγομένη καὶ πᾶν τὸ ὑπ' αὐτῆς κτισθὲν τρέφουσα), οὗτος δὴ καὶ τότε τὰς τραπέζας ἐπλήρου, ἢ καὶ τὰς γαστέρας μᾶλλον εἰπεῖν· ὥστε καὶ τῆς μυριανθρώπου συναγωγῆς ἐκείνης εἰς κόρον πληθείσης, τοσαῦται τῶν λειψάνων αἱ σπυρίδες ἦσαν, ὡς αὐτούς τε τοὺς κατακλιθέντας πολλὰ καὶ οἴκαδε ἀπενέγκασθαι, καὶ τοὺς διακονουμένους ὕστερον συχνὰς ἐκ τούτων παραθεῖναι τραπέζας.

λβ'. Ἔοικε δὲ ταῦτα οὐ μιμησασθαι μόνον χαλεπὰ εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἐπαινέσαι, καὶ καλῶς τῷ λόγῳ διεξελθεῖν. Τίς γὰρ καὶ Αἰγυπτίους ὁρῶν εἰς ἔτι τοῖς ἐγκαινίοις πρὸς τὴν τοῦ μεγάλου μονὴν συῤῥέοντας, οὐκ ἐπιλείψειν ἂν ἐν τοσούτῳ πλήθει πρὸς ποτόν γε μόνον ἡγήσαιτο καὶ τὰ φρέατα ; Οἱ δὲ οὕτως εἰς κόρον ἀπολαβοῦσι τῶν παρακειμένων, ὥστε καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐπιοῦσι τὰ ὑπολελειμμένα πρὸς δευτέραν ἀρκεῖν ἑστίασιν. Τίς οὖν ταῦτα μέχρι καὶ νῦν ἐν ἐρήμῳ διαπραττόμενα καθορῶν, οὐκ εὐθὺς ἐχέγγυον ἕξει τὴν μαρτυρίαν, ὡς ὁ διὰ Μωσέως ἐπ' ἐρημίᾳ πρότερον παράδοξον Ἑβραίοις ὀμβρήσας τροφὴν, αὐτὸς οὗτος καὶ διὰ Θεοδοσίου τὰ νῦν (καὶ γὰρ ἐν Χριστῷ ζῆν πιστεύεται) τὸ μέγα τοῦτο καὶ θεσπέσιον ἐκτελεῖ, καὶ τροφὴν ἀνδράσι τοσούτοις κατὰ τὸ δαψιλὲς χορηγεῖ ; Διὰ ταῦτα καὶ πολλοὺς πρὸς τόνδε τὸν τόπον ἴδοις ἐπειγομένους, αὐτὸν ἀτεχνῶς ἐκεῖνον εἶναι νομίζοντας, ἐφ' ὃν ἄρα καὶ ὁ Σωτὴρ τοὺς πέντε πρότερον ἄρτους εὐλόγησε, καὶ τοσαύτα, ἀνδρῶν χιλιάδας εἰς κόρον ἔθρεψεν. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα μὲν οὕτως· ἡμῖν δὲ ἤδη πρὸς τὰ ἑξῆς πάλιν ἰτέον.

CAPUT VIII.

Varia valetudinaria exstructa. Energumeni liberati.

33. Quoniam enim præcipuum indicium charitatis

λγ'. Ἐπεὶ γὰρ δεῖγμα τὸ κυριώτατον τῆς πρὸς τὸν

[12] II Reg. II, 30. [13] Reg. II.

πλησίον ἀγάπης ἡ περὶ τοὺς νοσοῦντας κηδεμονία, ἣ καὶ μάλιστα τὸ παθητικὸν ἡμῶν οἶδεν ἐκκαθαίρεσθαι τῆς ψυχῆς, ὅτι μηδὲ ἀρκεῖ πρὸς τελείωσιν τὸ πεινῶντα θρέψαι τὸν ἀδελφὸν, καὶ ποτίσαι διψῶντα, ξένον τε καὶ γυμνὸν ὄντα εἰσοικίσασθαι καὶ περιβάλλειν, ἀλλὰ πρὸς τούτοις δεῖ καὶ συμπάσχειν, ἵνα μὴ τὸ κτλὸν ἁπλῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ καλῶς γινόμενον ᾖ, κατὰ ψυχῆς δηλαδὴ διάθεσιν, ὥστε μὴ χειρὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχῇ τὸν ἔλεον ἐπιδείκνυσθαι· οἷος καὶ περὶ τοῦτο ἦν ἐκεῖνος, ὁ λόγος ἤδη δηλοῦν βούλεται. Τρεῖς οἰκοδομήσας οἴκους, τὸν μὲν τοῖς διὰ Χριστὸν ἀζύγοις, κόσμῳ τε σταυρωθεῖσι παντὶ, πρὸς τὴν ἐν ἀσθενείαις τοῦ σώματος θεραπείαν ἀπένειμεν· εἶτα τοὺς δύο τοῖς ἐν κόσμῳ ζῶσι καὶ στρεφομένοις ἀνῆκε, καὶ τούτων αὐτῶν τὸν μὲν τοῖς ἐπισημοτέροις καὶ σεμνοτέροις, τὸν δὲ τοῖς εὐτελεστέροις καὶ τῆς ἑτέρων δεομένοις ἐπικουρίας. Ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν μοναχοῖς ὅσοι γήρᾳ καὶ μακρᾶς ἀσκήσεως πόνοις τὴν τῶν σωμάτων ἰσχὺν ὑπολέλυντο (ἔδει γὰρ μηδὲ τοῦτο τὰς Θεοδοσίου φροντίδας διαφυγεῖν), τούτοις ἐν ἰδιάζοντι τόπῳ προσῆκον ἀνάστημα γηροκομεῖον, εἰς ἄνεσιν αὐτοῖς ἐφῆκε πολυημέρου κακοπαθείας, ὡς τισιν ἀγαθοῖς ὁδοιπόροις ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ καὶ βραχείας ἤδη καμοῦσιν οἰκεῖον κατάλυμα. Πρὸς τούτοις, καὶ νοσοκομεῖον ἕτερον αὐτῷ κατεσκεύαστο, τὰ τῆς συμπαθείας ἔργα τῇ συμπαθεῖ τῷ ὄντι καὶ φιλανθρώπῳ ψυχῇ· ὃ καὶ δώρημα γυναικὸς ἦν κοσμίας σφόδρα καὶ τὸν τρόπον θεοφιλοῦς, ἥτις αὐτὸν ἀγασαμένη τῆς ἀγαθότητος, τόν τε οἶκον φέρουσα καὶ ἑαυτὴν σὺν ἅμα τέκνοις αὐτῷ χαρίζεται, κόσμῳ μὲν ἀποταξαμένη, Θεῷ δὲ ὅλην ἑαυτὴν ἐπιτρέψασα, καὶ ὑπ' ἐκείνῳ ζῆν αὐτοῖς τέκνοις προελομένη.

λδ'. Ἀλλ' ὅ τε σύμβολον φιλανθρωπίας ἐστὶ μεῖζονος, ὅσοι γὰρ ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις τὴν ἀγωγὴν διὰ Χριστὸν μὲν, πλὴν οὐ κατὰ Χριστὸν εἵλοντο ἀλόγῳ καὶ ἄπαγε θερμότητι τὴν ἄσκησιν μετελθόντες, καὶ τῆς μὲν ἀνθρωπίνης ἀσθενείας καὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ ῥημάτων, ὅτι μὴ χωρὶς ἐκείνου δυνάμεθά τι ποιεῖν ἐπιλελησμένοι, τύφῳ δὲ ματαίῳ καὶ φρονήματι διακένῳ πεισθέντες, καὶ τὰ κατορθωθέντα, φεῦ! ἑαυτοῖς ἐπιγράψαντες (ὦ τῶν ἐμῶν κακῶν! ὦ τῆς χαλεπῆς ἀπονοίας, ἢ τἀληθὲς εἰπεῖν μᾶλλον ἀνοίας! τί γὰρ καὶ δράσειε τῶν καλῶν ἀνθρωπίνη φύσις τῆς σῆς γυμνωθεῖσα, Σῶτερ, ἐπικουρίας; Ὃς διὰ τῆς σοῦ προφήτου Ἡσαΐου διδάσκεις με γλώττης· ἀνῆκα τὰς χεῖρας, λεγούσης, καὶ ἐξηράνθησαν, καὶ ἐγένοντο ὡς χόρτος ξηρὸς ἐπὶ δωμάτων, ὡς ἄγρωστις. Τί τοῦτο δηλούσης; Ὅτι τὸ τῆς ἀρετῆς ἄνθος ἀποβλόντες, ὃ τὴν σὴν ἔχοντες χεῖρα βοηθοῦσαν περιεβάλοντο, εἶτα ξηρανθέντες ἐκλείψει τῆς παρὰ σοῦ πιότητος, ἀμορφίας αἰσχύνην ἐλεεινῶς ἠμφιέσαντο)· οἱ τοίνυν οὕτως ἀνοήτως φρονήσαντες, καὶ ἐντεῦθεν παραδοθέντες τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ὡς φησι Παῦλος, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ, ἢ καὶ ἄλλως σφαλέντες τὰς φρένας καὶ διαφθορὰν αὐτῶν ὑπομείναντες, καὶ οἱονεὶ

in proximum, est cura quæ geritur ægrotorum; quæ etiam maxime novit purgare patibilem nostræ animæ facultatem: quoniam non sufficit ad perfectionem, fratrem nutrire esurientem, et potum dare sitienti, eumque qui est hospes et nudus, in domum introducere et vestire; sed oportet præterea ejus etiam cum mutuo quodam sensu misereri, ut non sit solummodo bonum, sed etiam bene fiat, ex animæ scilicet affectione: ut non manu solum, verum etiam anima ostendat misericordiam. Qualis autem ille esset in ea re, jam vult declarare oratio. Cum tres domos ædificasset, unam quidem iis, qui propter Christum erant sejuncti, et toti mundo crucifixi, tribuit ad curam corporis in infirmitatibus. Deinde duas permisit iis, qui in mundo vivebant et versabantur: et ex iis ipsis unam quidem iis, qui erant insigniores et honestiores; alteram vero iis, qui erant viliores et pauperiores, et qui opus habebant alterius auxilio. Quin etiam suis monachis, quorum propter senium et labores longæ exercitationis soluta erat vis membrorum (oportebat enim ne hoc quidem effugere Theodosii sollicitudinem), iis cum in loco separato aptum exstruxisset gerontocomion, id eis permisit ad recreationem diuturnæ afflictionis, tanquam bonis viatoribus, longa via et aspera defessis, accommodatum diversorum. Præterea autem aliud quoque ab eo constructum est noscomium, nempe ad opera commiserationis vere misericorde et clemente anima: quod etiam erat donum mulieris vere honestæ moribusque piæ et religiosæ: quæ quidem ejus admirans bonitatem, domumque et seipsum cum filiis et largitur, mundo quidem renuntians, Deo autem totam seipsam permittens, et volens ut sui filii sub illo viverent.

34. Quin etiam, quod majus est signum clementiæ et benignitatis, quicunque in montibus et speluncis degere quidem propter Christum, sed non ex Christo, elegerant, inconsiderato et non stabili calore secuti exercitationem, ei humanæ quidem imbecillitatis, et Christi verborum [13], quod absque illo nihil possumus facere, obliti; inani fastu et vana persuasi arrogantia, et quæ recte gesserant miseri sibi ascribentes (o mea mala! o grandem insolentiam, vel potius amentiam! Quid enim boni fecerit humana natura, tuo, o Salvator, nudata auxilio? qui me doces per linguam prophetæ, dicentem: *Remisi manus, et aruerunt, et facti sunt tanquam fenum siccum super tecta, tanquam gramen* [14]. Quid vero per hæc significat? Quod amisso flore virtutis, quem qui tuam habent manum opem ferentem, amplexi sunt, deinde exsiccati defectu tuæ pinguetudinis, dedecus deformitatis miserabiliter induerunt.) Qui ergo sic stulte senserant, et ideo traditi erant Satanæ ad interitum carnis [14*], ut ait Paulus, ut salvus fiat spiritus; aut alioqui mente erant læsi et male affecti, et pœnas dederant in eo quod peccaverant; ut discerent cum in honore essent, effecti

[13*] Joan. xv, 5. [14] Isa. xxxvii, 27, juxta LXX. [14*] I Cor. v, 5.

rationis compotes, intelligere ac noscere opificem et auxiliatorem, et non esse ingrati in eum, qui eis dederat gratiam ; ii experti sunt eum valde benignum, et paterne in ipsos se gerentem. Pro eis enim accendebatur, tanquam pro filiis propriis, et alioqui benevole in eos afficiebatur. Cumque eis constituisset locum quietum et tranquillum, permisit ut in eo agerent : ut esset ei quodammodo alterum monasterium, et ob multitudinem eorum, qui erant congregati, et ob ordinem ministerii, et ob statum eorum qui ministrabant, et ob sumptum eorum, quæ suppeditabantur.

35. Magis ergo quam aliorum, homo Dei, sicut diximus, vincebatur ipsorum commiseratione, et in eis recreandis magnam adhibebat curam et diligentiam, et eos consolabatur verbis aptis ad persuadendam tolerantiam. Nequaquam, o filii, dicens, nequaquam resolvamini, et enervemini hac temporali afflictione. Neque hoc verbis videatur optandum, a Deo omnino non corrigi. In laboribus enim, inquit, et in flagellis castigare Jerusalem. Sic dicit Deus per Jeremiam : *Anima mea nunquam a te deficiat* [15]. Castigat enim, sed benigne : *Et castigat omnem filium, quem recipit*, possum discere ex divina Scriptura [16], adeo ut disciplina ejus et castigatio non sit iræ, sed dilectionis, ad correctionem peccatorum, inducta propter benignitatem. Bonum est ergo, o fratres, et valde bonum, cum hic spiritualiter castigati fuerimus, illic Dominicas plagas non experiri : et cum hic ad tempus afflicti fuerimus, quæ finem non habent tormenta effugere. Hic enim nihil pati, longe est gravius quam pati : et excedere e vita absque tentationibus, ut cujus non fuerit purgata materia peccatorum multis afflictionibus, quod est apertum indicium terribilium afflictionum, et nothorum potius, quam germanorum filiorum signum evidens. Quanquam ne illud quidem omnino conturbabit animum eorum qui sapiunt, si figmenti divini dæmon evadit dominus. Nam datur quidem eis potestas ab eo, qui creavit, tanquam quibusdam punitoribus (hei mihi !), ad castigationem filiorum qui declinarunt. Datur autem, quantum ille novit sufficere ad castigationem, non quantum ipsi volunt. Vix enim parcerent hominibus, qui ne brutis quidem pepercerunt, ut sacra docent Evangelia [17]. Conspiciamur ergo per hanc disciplinam sensum accipere eorum quæ peccavimus, et non egere aliis plagis gravioribus, quod incorrecti maneamus post plagam. Efficiamur probati per afflictionem. Quod contra nostram voluntatem est illatum, fiat etiam proprium voluntatis, in eo quod moderate feramus ea quæ contigerunt : et gratias agamus ei, qui intulit disciplinam legibus benignitatis. Ipse percussit, et ipse nos sanabit. Et hoc habeo a prophetis : *Percutiet et alligabit, et non tardabit ad curationem* [18].

περὶ αὐτὸ τὸ πλημμελῆσαν ὑποσχόντες τὴν τιμωρίαν, ἵνα μάθωσιν ἐν τιμῇ ὄντες καὶ λογικοὶ γενόμενοι συνιέναι καὶ τὸν Δημιουργὸν εἰδέναι καὶ βοηθὸν, καὶ μὴ πρὸς αὐτὸν τόν σφισι δεδωκότα τὴν χάριν ἀγνωμονεῖν · οὗτοι μάλιστα φιλανθρώπου τούτου καὶ πατρικῶς ἔχοντος περὶ αὐτοὺς ἐπειράθησαν. Καὶ γὰρ ὡς τέκνων αὐτῶν ἰδίων περιεκαίετο, τά τε ἄλλα φιλοστόργως διέκειτο. Καὶ τόπον αὐτοῖς ἀποτάξας ἡσύχιόν τε καὶ γαληνὸν, ἐν αὐτῷ διάγειν ἐπέτρεπεν ὡς τρόπον τινὰ μοναστήριον ἕτερον αὐτῷ εἶναι, τῷ πλήθει τε τῶν συνειλεγμένων, καὶ τῇ ταξει τῆς λειτουργίας, τῇ τε καταστάσει τῶν διακονουμένων, καὶ τῇ τῶν χορηγουμένων δαπάνῃ.

λε'. Μᾶλλον οὖν τῶν ἄλλων ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, ὥσπερ ἔφημεν, τῇ περὶ αὐτοὺς ἥττητο συμπαθείᾳ, καὶ ὁπότε γοῦν καὶ νήφοντας καταλάβοι, θερμότατα πρὸς αὐτοὺς ἐδείκνυ τὰ σπλάγχνα, λίαν τε κηδεμονικῶς ἀνεκτᾶτο, καὶ λόγοις ἐπιτηδείοις πρὸς ὑπομονὴν ἤλειφεν. Μὴ δὴ, λέγων, ὦ τέκνα, μηδαμῶς ἐκλύεσθε τῇ προσκαίρῳ ταύτῃ κακοπαθείᾳ, μηδ' ἀγαπητὸν ὑμῖν τοῦτο δοκείτω τὸ παντάπασιν εἶναι παρὰ Θεοῦ ἀνυπέτητοι · ἐν πόνοις γὰρ, φησὶ, καὶ ἐν μάστιγι παιδεύθητι Ἱερουσαλήμ. Οὕτω δὶ' Ἱερεμίου φησὶν ὁ Θεός · Μήποτε ἀποστῇ ἡ ψυχή μου ἀπὸ σοῦ· παιδεύει γὰρ, ἀλλὰ φιλανθρώπως, καὶ μαστιγοῖ πάντα υἱὸν, παρὰ τῆς θείας ἔχω μανθάνειν Γραφῆς, ὃν παραδέχεται · ὥστε καὶ τὴν παιδείαν, οὐκ ὀργῆς, ἀλλὰ στοργῆς εἶναι μᾶλλον, εἰς διόρθωσιν τῶν ἡμαρτημένων ἐπαγομένην διὰ χρηστότητα. Καλὸν οὖν, ἀδελφοί, καὶ σφόδρα καλὸν πατρικῶς ἐνταῦθα παιδευθέντας ἡμᾶς Δεσποτικῶν ἐκεῖθεν μὴ πειραθῆναι πληγῶν, καὶ πρὸς καιρὸν ὧδε ταλαιπωρήσαντας βασάνους οὐκ ἐχούσας πέρας διαφυγεῖν. Τὸ γὰρ μηδὲν ἐνταῦθα παθεῖν ψαλεπώτερον, καὶ τὸ πειρασμῶν ἄνευ τὸν βίον ὑπεξελθεῖν, μὴ τὴν ὕλην τῶν ἁμαρτημάτων πολλοῖς διακαθαρθέντα θλίψεσι, γνώρισμα σαφὲς τῶν ἐκεῖ τεταμιευμένων φοβερῶν θλίψεων, καὶ νόθων μᾶλλον ἢ ὑπὲρ υἱῶν γνησίων ἐναργὲς σύμβολον. Καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο πάντως τῶν εὐφρονούντων διασείει τὸν λογισμὸν, εἰ δαίμων κυριεύει τοῦ θεϊκοῦ πλάσματος. Δίδοται μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐξουσία παρὰ τοῦ κτίσαντος, καθάπερ τισὶ κολασταῖς εἰς υἱῶν ἐκτραπέντων, οἴμοι, σωφρονισμόν. Δίδοται δὲ καθ' ὅσον ἂν ἐκεῖνος οἶδε τὴν παιδείαν ἀρκεῖν, οὐ καθ' ὅσον αὐτοὶ βούλονται. Ἐπεὶ σχολῇ γε ἂν τῶν ἀνθρώπων ἐφείσαντο, οἳ καὶ τῶν ἀλόγων, ὡς τὰ ἱερὰ διδάσκουσιν Εὐαγγέλια, μὴ φεισάμενοι. Φανῶμεν τοιγαροῦν διὰ τῆς παιδείας ταύτης αἴσθησιν δεξάμενοι τῶν ἡμαρτημένων, καὶ μὴ βαρυτέρων ἄλλων πληγῶν δεόμενοι, τὸ μεῖναι μετὰ τὴν πληγὴν ἀδιόρθωτοι. Γενώμεθα δόκιμοι διὰ τῆς θλίψεως · τὸ ἀβουλήτως ἐπενεχθὲν γενέσθω καὶ προαιρέσεως ἴδιον, ἐν τῷ τὰ συμπεσόντα πρᾴως διενεγκεῖν, καὶ χάριν ὁμολογῆσαι τῷ τὴν παιδείαν νόμοις ἐπαγαγόντι φιλανθρωπίας. Αὐτὸς πεπαίδευκε, καὶ αὐτὸς ἰάσατο ἡμᾶς· καὶ τοῦτο ἔχω παρὰ τῶν προφητῶν · πατάξει καὶ μοτώσει, καὶ οὐ βραδυνεῖ πρὸς τὴν ἴασιν.

[15] Jerem. VI, 8 juxta LXX. [16] Hebr. XII, 6. [17] Matth. VIII, 59. [18] Ose. VI, 2.

λϛ'. Ταῦτα λέγων ὁ θαυμάσιος Θεοδόσιος πᾶσι μὲν A τὴν παραψυχὴν· ἔστι οἷς δὲ καὶ ἀπαλλαγὴν τοῦ νοσήματος ἐμνησεύετο· τοῖς ἄλλοις γενναίως φέρειν τὰ δυσχερῆ παραινῶν, καὶ πείθων λυσιτελεστέραν ἀπαλλαγῆς εἶναι νῦν ἐν τούτοις ὑπομονήν. Ταύτῃ τοι καὶ πλέον Θεοδοσίῳ τὸ σπουδαζόμενον, οὐχ ἵνα ἀπαλλάξειε τοῦ λυποῦντος τοὺς κακῶς πάσχοντας, ἀλλ' ἵνα πείσειε μᾶλλον εὐψύχως φέρειν καὶ καρτερῶς.

36. Hæc dicens admirabilis Theodosius, omnibus quidem procurabat consolationem, et nonnullis etiam a morbo liberationem: alios admonens, ut forti et magno animo ferrent eam calamitatem, et persuadens esse utilius eam tolerare quam ab ea liberari. Hac ratione plurimum studii ponebat Theodosius, non ut eos, qui male habebant, liberaret ab eo quod erat eis molestum; sed ut potius eis persuaderet ut ea forti et magno animo ferrent.

CAPUT IX.

Varia templa exstructa. Exercitatio monachorum.

λζ'. Ἀλλὰ γὰρ ὅπως καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκείνου καλοῖς B τοὺς ἀκροατὰς ἐστιάσομεν; τί γὰρ ὡς ἐν σπάνει κατορθωμάτων διατριβὰς τῷ λόγῳ περινοήσομεν; τίς γὰρ τῶν ἐνταῦθα τελουμένων ὑμνῳδιῶν ἀκούσας οὐ θελχθήσεται μὲν ἀκοὴν, ἡσθήσεται δὲ ψυχὴν, σκιρτήσει δὲ θερμῶς τὴν καρδίαν, καὶ τὰ χείλη πρὸς εὐφημίαν τοῦ πλάσαντο κινήσει προθύμως, ὅπως ἐν διαφόροις μὲν ταῖς γλώσσαις, ὑπὸ δὲ μιᾶς γνώμης τε καὶ δόξης ᾄδονται φιλοθέως; Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ λύρας τῷ ἀμοιβαίῳ κρούματι τὸ διάφορον τῶν φωνῶν ῥυθμῷ συγκιρνᾶται παραδόξως, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα τῷ διαφόρῳ τῶν γλωσσῶν, ποικίλος τις καὶ ἀκριβῶς ἐναρμόνιος ἐξᾴδεται ὕμνος. Ὁ γὰρ σοφὸς οὗτος ἀνὴρ, ὥσπερ ὁ πάλαι Βεσελεὴλ ὁ τῆς θείας ἀρχιτέκτων σκηνῆς, σοφώτατα δὴ καὶ κάλλιστα περὶ τὴν μονὴν ταύτην τὴν ἁγίαν οἰκονομεῖ, τέσσαράς τε ἱεροὺς οἴκους εἴσω ταύτης οἰκοδομεῖ· ὧν τὸν μὲν ἕνα τοῖς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν προιεμένοις ἀνῆκεν, ἐν ᾧ καὶ αὐτῷ καὶ τῷ χορῷ τῶν ἄλλων Πατέρων ὁ ὕμνος ᾖδετο. Ἐν τῇ δευτέρᾳ δὲ τὸ τῶν Βεσσῶν γένος τῇ σφετέρᾳ φωνῇ τῷ κοινῷ Δεσπότῃ τὰς εὐχὰς ἀπεδίδου. Τὸν δὲ τρίτον τὸ τῶν Ἀρμενίων φύλον εἰλήχασιν, ἐν ᾧ δὴ καὶ αὐτοῖ τῇ πατρίῳ γλώττῃ τῷ Θεῷ τοὺς ὕμνους ἀνέφερον. Τὸν ἔσχατον δὲ καὶ τεταρτον ἰδίᾳ πάνυ τῶν ἄλλων οἱ δαιμονίῳ φορᾷ κάτοχοι εἶχον, οἱ ἄλλως παράφοροί τε καὶ τὰς φρένας διεθαρμένου, ὧν καὶ ὁ λόγος ἤδη φθάσας ἐμνήσθη, ὁπότε καὶ αὐτοὶ νήφοιεν μεθ' ἕξιν εἰς ὑπουργίαν, ἐν τούτῳ δὴ τῷ Ὑψίστῳ τὰς ἀναπέμοντες.

37. Sed enim quomodo aliorum illius bonorum epulis auditores excipiemus? Quid enim, perinde ac si desint res præclare ab eo gestæ, excogitabimus, quemadmodum possimus immorari in oratione? Quis enim cum eas, quæ hic fiunt, audierit hymnodias, non demulcetur quidem auribus, lætatur autem animo, corde autem vehementer exsilit, promptoque et alacri animo labra movet ad laudandum eum qui fecit, quod diversis quidem linguis una autem mente et sententia canantur pie et religiose? Quomodo enim in lyra, ea quæ fit vicissim pulsatione, contemperatur vocum diversitas numero admirabili; ita etiam hic quoque diversis linguis, quidam varius et valde concinnus cantatur hymnus. Hic etiam vir sapiens, sicut olim Beseleel divini architector tabernaculi, sapientissime et C pulcherrime dispensat et administrat in hoc sancto monasterio, et quatuor ædes intra id ædificat (17). Ex quibus unam quidem dimisit iis, qui lingua Græca utuntur, in qua et ipse et aliorum quoque Patrum chorus hymnum canebat. In secunda autem genus Bessorum (18) sua voce communi Domino fundebat preces. Tertiam autem sortita fuit gens Armenierum (19); in qua quidem ipsi quoque lingua patria Deo hymnos emittebant. Ultimam autem et quartam seorsum ab aliis, ii qui vexabantur a dæmone: qui cum erant alioqui furiosi et emotæ mentis, ut ante meminimus, cum ipsi ad se reversi erant compositæ mentis, cum iis, qui eis ministrabant, in ea preces emittebant Altissimo.

λη'. Οὕτω αὐτοῖς ὁ τῆς ὑμνῳδίας ἐπετελεῖτο κανὼν κατὰ τὸ εἰρήμενον ἑπτάκις τῆς ἡμέρας τῷ Δημιουργῷ D πάντων ἀναφερόμενος. Ἀλλὰ ναὶ μὰ τὸν ἄλλον καιρόν· ἐπεὶ ὅτε γε τῶν σεπτῶν ἄδει μετασχεῖν μυστηρίων, σφόδρα καλῶς ἔχων παρ' αὐτοῖς ἔκειτο νόμος, ὥστε μέχρι μὲν τῶν θεοπνεύστων Εὐαγγελίων κατὰ τὴν οἰκείαν ἕκαστον ἐκκλησίαν ἅμα καὶ γλῶτ-

38. Ita ab eis peragebatur hymnodiæ (20) regula, quæ (ut dictum est) septies in die offerebatur Deo universorum. Sed hæc quidem alio tempore. Nam quando oportebat veneranda participare sacramenta, lex erat apud eos pulchre admodum constituta, ut usque ad divinitus inspirata Evangelia unusquisque in sua ecclesia simul et lingua, divinam audiret

(17) Recessisse S. Theodosium ad partem Iauræ occidentalis, ibidemque exstruxisse monasterium, refertur in Vita S. Sabæ; quæ de hac ampliatione intelligenda esse diximus in Prolegomenis.

(18) Bessi: seu Bessæ, populi boreales sunt. Meminit eorum S. Paulinus episcopus Nolanus in poemate de reditu S. Niceiæ in Daciam, quod 7 Januar. dedimus, ubi n. 22 hæc canit;

Nam simul terris animisque duri,
Et sua Bessi nive duriores,
Nunc ores faeti. duce te gregantur
Pacis in aulam.

Ovidio etiam Danubii accolæ habentur, et Getis vicini, ita I. III *Tristium*, eleg. 3:

Sauromatæ cingunt fera gense, Bessique Gætæque.

An hæc eorum lingua fuit fortassis, quæ hoc ævo Slavonica dicitur, et late per Septentrionem in officio ecclesiastico usurpatur.

(19) De lingua Armenica quædam habet Athanasius Kircherus noster in Prodromo Copto.

(20) Antiquiis horarum canonicarum usus.

vocem ; postea autem omnes congregarentur in una, exceptis dæmoniacis ; in magna scilicet Græcorum ecclesia. Quod quidem in hodiernum usque diem faciunt : et illic sunt participes sanctificatorum.

79. Segregavit aliquem ex fratribus, juste se gerens, cum justo scilicet conjuncta clementia: videbat enim morbum egere tali medicamento. Ille vero bona malis commutans, simul et ordinem transiliit, et eamdem rursus intulit pœnam ei, qui nihil habe-

οθ'. Ἀφώρισέ τινα τῶν ἀδελφῶν, δίκαια ὁρῶν, ἢ μετὰ τοῦ δικαίου δηλαδὴ καὶ φιλάνθρωπα· ἔῴρα γὰρ τοιούτου φαρμάκου τὴν νόσον χρῄζουσαν. Ὁ δὲ ἀγαθὰ κακοῖς ἀμειβόμενος, τήν τέ τάξιν ὁμοῦ παρέβαινε, καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιτίμησιν ἐπὶ τῷ μηδὲν

(46) Contigit hic terræmotus, indictione IV, Olymio solo consule, ut habet Marcellinus IV. Kal. Juni, die Veneris anno septimo et mense decimo regni Justini, ut Evagrius l. IV, c. 5, quæ omnia in annum Chr. 526 incidunt, ut mirum sit a Baronio ad annum præcedentem referri: sed videtur anni septimi mensem decimum accepisse, cum sit decimus post septimum expletum.

ἔχοντι παρόμοιον ἀντεπῆγεν, ὥσπερ εἴ τις τὰ τῶν νοσούντων ἀνοήτως ὑπομένειν ἐπιτρέπει τοὺς ὑγιαίνοντας· ὥστε δῆλον εἶναι τὸν ἀδελφὸν καὶ ἑτέραν νόσον χαλεπωτάτην νοσεῖν, τὴν ἀναισχυντίαν. Τί οὖν ὁ μέγας τῇ μετριότητι καὶ τῷ ταπεινῷ λίαν ὑψηλὸς καὶ οὐράνιος; δέχεται τὴν ἐπιτιμίαν ὡς καλῶς γενομένην, καὶ ὡς χώραν ἐπ' αὐτῷ ἔχουσαν, καὶ οὐ πρότερον τῶν θείων ἐκοινώνησεν μυστηρίων, ἕως αὐτὸς ὁ δήσας, αὐτὸς ἄρα καὶ τὴν λύσιν ἐπήγαγεν. Ἦν γὰρ Μωσέως ἄντικρους ζηλωτὴς, φοβερὸς μὲν καὶ ἀπαραίτητος τοῖς ἁμαρτάνουσι πρὸς Θεὸν, ἐπιεικὴς δὲ λίαν καὶ ἥμερος τοῖς πρὸς αὐτὸν πταίουσι γνωριζόμενος· ὡς μήτε διὰ τὸ πρᾶον εὐκαταφρόνητον, μήτε τῷ παντάπασιν αὐστηρῷ φορτικὸν εἶναι, καὶ σωμάτων μόνον, οὐ ψυχῶν ἄρχοντα. Καλῶ μὲν γὰρ τὴν μὲν ἐκ φόβου μόνον ἀρχὴν, σωμάτων ἀρχὴν, τὴν δέ γε καὶ πόθον συγκεκραμένου ἔχουσαν καὶ ψυχῶν.

π'. Οὐ Μωσέως δὲ μόνου, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἄλλου τὸ διαπέρον εἰς ἀρετὴν ἐμιμεῖτο· οἷον Ἀβραὰμ τὸ πρὸς πάντα Θεῷ πειθαρχεῖν, καὶ δι' ἐκεῖνον πάντων ὀλιγωρεῖν, οὐ χρημάτων ἁπλῶς, ἢ πατρίδος. ἢ συνήθων καὶ συγγενῶν, ἀλλὰ καὶ φύσεως αὐτῆς καὶ ζωῆς. Τῶν γὰρ δὴ προσηκόντων οὐ Θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς κατὰ Θεὸν ξῶντας ἡγεῖτο προτιμητέους, καὶ τούτους μᾶλλον εἰς συγγένειαν εἵλκε τῷ τῆς ἀρετῆς λόγῳ, καὶ τῆς περὶ αὐτὸ σπουδῆς καὶ συνηθείας. Ἰσαὰκ τὴν πρὸς τοὺς πνευματικοὺς πατέρας μέχρι καὶ θανάτου ὑπακοὴν, καὶ τὴν εὐαρεστὸν θυσίαν αὐτοῦ τοῦ σώματος. Ἰακὼβ τὸ ἄπλαστον ἀκριβῶς καὶ πονηρίας πάσης ἐλεύθερον, (καὶ τούτου μάρτυρες ἀξιόχρεοι ὅσοι πεῖραν αὐτοῦ τῶν συνουσιῶν καὶ τῆς ὁμιλίας εἰλήφασιν). Ἰωάννου τὴν ἐρημίαν καὶ ἀτροφίαν· Πέτρου τὸ θερμὸν, μετὰ τῆς ἀκριβοῦς πίστεως· Παύλου τὸ ἐνεργὸν διαπαντὸς ὑπὲρ τοῦ καλοῦ καὶ ταλαιπωρικὸν καὶ φερέπονον, καὶ τὸ πᾶσαν μικροῦ τὴν οἰκουμένην ὥσπερ ἐκεῖνος, τὴν μὲν ποσὶ, τὴν δὲ λόγοις, τὴν δὲ φήμῃ διαδραμεῖν· καὶ συνελόντα φάναι, οἷά τις γραφέων ἄριστος τὰ κάλλιστα πανταχόθεν τῆς ἀρετῆς χρώματα σύλλεξάμενος, καὶ κεράσας εὖ, ἀρχέτοπον οἷον τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐπαινέσαι μᾶλλον, ἢ μιμήσασθαι ῥᾴδιον, τοῖς φιλαρέτοις προέστησεν.

πα'. Οὐδὲ ὁ θαυμαστὸς Ἰὼβ ἔξω τοῦ χοροῦ τῶν αὐτῷ ληφθέντων εἰς μίμησιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τὴν ὑπομονὴν, καὶ πάντοτε μὲν, πρὸς τῷ τέλει δὲ καὶ τρανότερον ἐμιμήσατο. Ἐπεὶ γὰρ ἔμελλεν ἤδη τὸν ἀνθρώπινον ὑπεξέρχεσθαι βίον, καὶ ἀντὶ κόπων ὧν εἶδεν, ἀμοιβὰς ἃς ἤλπισε καὶ ἀντιδόσεις ἀπολαβεῖν, ἔπεισί τις αὐτῷ τελευταία νόσος καὶ χρονία, καὶ ὀλίγου δεῖν οὐδὲ νέῳ καὶ ἀκμάζοντι σώματι φορητὴ, οὐχ ὅπως γήρατος οὕτω καὶ φιλαρέτῳ κακοπαθείᾳ κατειργασμένῳ. Ταύτῃ τοι καὶ ὅλον ἐνιαυτὸν κλινοπετὴς ἦν, καὶ ὀδύναις ἀμάχοις παλαίων, καὶ ταῖς τοιαύταις θλίψεσι πλατυνόμενος. Τότε γὰρ δέρμα τοῦ λαγόνος διὰ τὴν ἐκ τῆς νόσου τῆξιν ὑποσυρείς, καὶ τὸ τοῦ λόγου σκιᾶς εἴδωλον γεγονὼς, ὡς αὐτῷ

bat simile, perinde ac si quis juberet sanos ea tolerare, quæ tolerant ægroti: adeo ut sit manifestum, fratrem quoque alio morbo laborare graviori, nempe impudentia. Quid ergo magnus Theodosius moderatione et humilitate valde excelsus et cœlestis? Pœnam quidem suscipit, tanquam quæ recte fuerit imposita, et ut quæ in ipso locum habeat: neque prius divinis communicavit sacramentis, donec ipse, qui ligavit, induxit ipse quoque solutionem. Erat enim Moysis evidenter imitator: terribilis quidem et inexorabilis iis, qui in Deum peccabant; valde autem mitis et mansuetus iis, qui ipsum offendebant: adeo ut nec veniret in contemptum propterea, quod esset mitis et mansuetus; nec gravis ac molestus esset propter nimiam austeritatem, et ut qui solum corporibus imperaret, non animis. Voco enim, quod ex metu quidem solum est imperium, imperium corporum; id autem quod desiderium quoque habet contemperatum, etiam animorum.

80. Non solum autem Moysis, sed etiam cujusvis alterius in virtute excellentiam imitabatur: utpote Abrahæ, quod Deo pareret in omnibus, et omnia propter illum contemneret, non solummodo pecuniam aut patriam, aut familiares et cognatos, sed ipsam quoque naturam et vitam. Cognatis enim, non Deum solum, sed eos etiam, qui ex Deo vivebant, putabat esse præferendos, et eos magis attrahebat ad cognationem, propter virtutis rationem et studii et voluntatis, quæ in idem confertur. Isaac in spirituales patres usque ad mortem, obedientiam et ejus corporis gratum et acceptum sacrificium imitabatur: Jacob perfectam sinceritatem et libertatem ab omni improbitate (hujus autem sunt fidei digni testes, qui cum eo consuetudinis et familiaritatis fecere periculum), Joannis solitudinem et inediam: Petri, cum exacta fide vehementiam et ardorem: Pauli, pro eo quod est honestum, perpetuam actionem, afflictionem et diligentiam; et quod propemodum universum orbem terræ sicut ille, partim quidem pedibus, partim vero sermonibus, partim vero fama pervaserit: et, ut semel dicam, quomodo quis pictor præstantissimus, qui præstantissimos virtutis colores undique collegit et recte miscuit, in veluti quoddam exemplar suam vitam, laudatu quam imitatu faciliorem, proposuit virtutis studiosis.

81. Neque vero Job admirabilis erat extra chorum eorum, qui sumpti sunt ad imitandum: sed ejus etiam tolerantiam, semper quidem, in fine autem apertius et imitatus. Nam cum jam esset e vita humana excessurus, et pro iis, quos tulit, laboribus mercedes et remunerationes, quas speravit, accepturus, postremo eum invadit morbus diuturnus, et propemodum ne juveni quidem et florem, corpori tolerabilis, nedum tanta senectute confecto, et quam virtutis causa susceperat, afflictione. Ea de causa et toto anno jacobat in lecto, cum inexpugnabilibus colluctans doloribus, et talibus dilatatus afflictionibus. Tanc enim tabe exhaustus, pelleque exesa, atque umbræ, ut dicitur simulacrum effe-

ctus, adeo ut nihil ei præter ossa relinqueretur ; nihil tamen molle, nihil illiberale, nihil indignum ant fecit, aut est locutus eo spiritu, qui tali vitæ convenit. Quin etiam cum quidam senex intensam ac vehementem vim morbi aspexisset, et ei dixisset: Roga Deum: forte enim malum sic sistetur; non amico nec benigno, ut solebat, eum aspectu intuens. Ne tu mihi, inquit, o Pater, quidquam de eo dixeris. Nam cum me sæpe tales subiissent cogitationes, arbitratus has esse potius maligni insidias, quam consilium, eas toto studio repuli, ut qui illud apud me reputaverim, quod præsentis quidem vitæ bonorum satis magnum fructum ceperimus, ut qui gloriam scilicet et nomen simus consecuti. Oportet ergo omnino affligi et mala perpeti et aliquam habere partem, quæ digna sit ea, quæ est illic, consolatione ; ne nobis quoque merito illud dicatur, quod diviti dictum est: *Percepisti bona tua in vita tua* [29]. His auditis, se abscondit senex, et nec habebat quidem omnino quod sancto responderet.

82. Ceterum illius patientiæ et tolerantiæ multa quidem sunt alia quoque signa ; testes autem sunt ii quoque, qui in tempore infirmitatis ei inserciere, quod nihil ex animæ operationibus a morbo fuerit ei surreptum, nec in amore divinorum eloquiorum ipse omnino seipso visus sit inferior, aut frigidior. Est autem hoc quoque signum vehementis illius rerum divinarum meditationis. Nam etsi illius oculus sumnum sæpe gustavit, utpote flexus ab ea, quæ omnia vincit, natura; at ejus quidem certe labra faciebant, quod consueverant. Quocirca etiam interim, dum a somno surgeret, canticum ad Deum comprehendebat labris: adeo ut quod dicit divinus David, in eo impleretur: *Et noctu canticum ejus est apud me* [30].

μηδὲν πλέον τῶν ὀστῶν ὑπολείπεσθαι, ὁμῶς οὐδὲν μαλακὸν, οὐδὲν ἀγεννὲς, οὐδὲν ἀνάξιον ἢ ἔδρασεν ἢ ἐφθέγξατο τοῦ προσήκοντος βίῳ τοιούτῳ φρονήματος· ἀλλὰ καί τινος γέροντος πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς νόσου καὶ διατεταμένον βλέψαντο, καὶ, δεήθητι τοῦ Θεοῦ, πρὸς αὐτὸν εἰρηκότος, τάχα γὰρ τὸ δεινὸν οὕτω στήσεται, μὴ φίλον ἐκεῖνος μηδὲ κατὰ τὸ σύνηθες, εὐμενὲς ἐπιβλέψας· Μή σοί γε, Πάτερ, ἔφη, μηδὲν περὶ τούτου· ἐμὲ γὰρ πολλάκις τοιούτων λογισμῶν ἐλθόντων, ἐπιβουλὴν τοῦ πονηροῦ τὸ πρᾶγμα, μᾶλλον συμβουλὴν εἶναι δοκιμάσας, ὅλῃ σπουδῇ, τούτους διτκρουσάμην, ἐκεῖνο ὑπολαβὼν ὡς τῶν μὲν τοῦ παρόντος βίου καλῶν ἱκανῶς ἀπελαὸσαμεν, δόξης ἐνταῦθα τυχόντες δηλαδὴ καὶ ὀνόματος· δεῖ γοῦν καὶ κακοπαθῆσαι πάντως, καί τινα μοῖραν ἔχειν ἀξίαν τῆς ἐκεῖ παρακλήσεως. μὴ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐκεῖνο λεχθείη δικαίως, ὃ καὶ πρὸς τὸν πλούσιον εἴρηται τὸ, Ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου. Πρὸς ταῦτα τὸν γέροντα ἐγκαλύψασθαι καὶ μηδὲν ἔχειν ὅλως ἡντινα πρὸς τὸν ὅσιον ποιήσεται τὴν ἀπόκρισιν.

πβ'. Πλὴν ἀλλὰ τῆς ὑπομονῆς ἐκείνου καὶ καρτερίας, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα τεκμήρια· μάρτυρες, δὲ, καὶ οἱ κατὰ τὸν τῆς ἀῤῥωστίας καιρὸν χεῖρας αὐτῷ ὑπηρετούσας εἰσενεγκόντες, ὅτι μηδὲν μήτε τὰς τῆς ἐνεργείας ὑπὸ τῆς νόσου παραβλαβείη, μήτε τὸν ἔρωτα τῶν θείων λογίων αὐτὸς ἧττων ὀφθείη, μᾶλλον ὅλως ἑαυτοῦ καὶ ψυχρότερος. Τημεῖον δὲ καὶ τοῦτο τῆς πολλῆς ἐκείνου περὶ τὰ θεῖα θερμότητος, καὶ μελέτης. Εἰ γὰρ καὶ ὀφθαλμὸς αὐτῷ ὕπνου πολλάκις γεύσαιτο, καμφθεὶς ὑπὸ τῆς πάντα νικώσης φύσεως, πλὴν ἀλλὰ ἀ χείλη γοῦν τὰ ἑαυτοῦ τὰ συνήθη ποιεῖν ἦν· διὸ καὶ μεταξὺ ἀναφέρων ἀπὸ τοῦ ὕπνου τὴν πρὸς Θεὸν ᾠδὴν ἐν τοῖς χείλεσι κατελάμβανεν, ὥστε τὸ τοῦ θείου Δαβίδ, καλῶς καὶ ἐπ' αὐτῷ πληροῦσθαι, τὸ, Καὶ νυκτὸς ᾠδὴ οὗτου παρ' ἐμοί.

CAPUT XIX.

Mors, sepultura, miracula.

83. Porro autem multa quoque dicunt eum in morte divinasse, multa autem etiam prædixisse de futuris, per Spiritum qui in ipso cohabitabat. Nam cum eum circumsistens totus cœtus fraternitatis, specie quidem illum, revera autem seipsum unusquisque deflebat, ut qui talem Patrem amitteret, qui eos in Christo genuit ex Pauli sententia, quique carnalium patrum viscera longe vincebat sua in illos affectione, et cum quo una maluissent deficere, si fieri potuisset, quam eum videre excedentem. Is autem cum eos satis esset adhortatus, ut in loco permanerent, et ut ingruentes tentationes ad finem usque fortiter ferrent, et ut eis obedirent, qui post ipsum præfuturi essent monasterio; et prædixisset omnia, quæ erant eventura, dat eis illud signum, quod finem essent acceptura ea, quæ dicta sunt. Si enim post meum, inquit, decessum videritis mihi gregem augeri, et quo magis tempus processerit,

πγ'. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἐν τῇ τελευτῇ φασι τὸν ἄνδρα ἐπιθειάσαι, πολλὰ δὲ καὶ περὶ τῶν μελλόντων, διὰ τοῦ συνοικοῦντος αὐτῷ Πνεύματος προειπεῖν· Ἐπειδὴ γὰρ περιστάντες αὐτὸν πᾶν τὸ τῆς ἀδελφότητος πλήρωμα, τῷ μὲν δοκεῖν ἐκεῖνον, τῇ δὲ ἀληθείᾳ ἕκαστος ἑαυτὸν ἀπεδύρετο, Πατέρα τοιοῦτον, φεῦ, ἀποβάλλοντες, ὃς ἐν Χριστῷ κατὰ Παῦλον αὐτοὺς ἐγέννησε, πολλῷ σαρκικῶν πατέρων σπλάγχνα τῇ πρὸς ἐκείνους νικῶντα φιλοστοργίᾳ, καὶ συνεκλιπεῖν αὐτῷ μᾶλλον, εἴπερ οἷόν τε ἦν, ἢ ἐκδημοῦντα ἰδεῖν ἐβούλοντο. Ὁ δὲ ἱκανῶς αὐτοὺς παραινέσας ἐπιμονὴν τὴν ἐν τῷ τόπῳ, πειρασμῶν τε τῶν ἐπερχομένων ἄχρι καὶ τέλος ὑπομονὴν, ἔτι γε μὴν πρὸς τοὺς μετ' αὐτὸν τῆς μονῆς ἐξηγησομένους ὑπακοὴν, πάντα τε τὰ καταληψόμενα προειπὼν, σημεῖον αὐτοῖς τοῦ καὶ πέρας τὰ εἰρημένα λαβεῖν ἐκεῖνο ἔδωσιν. Εἰ μὲν γὰρ μετὰ τὴν ἐμὴν, ἔφη, τελευτὴν αὐξανόμενόν μοι τὸ ποίμνιον ἴδητε, καὶ ὅσῳ πλέον

[29] Luc. xvi, 25. [30] Psal. li, 9.

ὁ χρόνος προῖοι, τοσούτῳ μεῖζον ἑαυτοῦ καὶ κρεῖττον γινόμενον, χρῆναι τηνικαῦτα φημὶ καὶ περὶ τῶν ἄλλων εὐέλπιδας ὑμᾶς εἶναι. Εἰ δὲ μὴ ταῦτα τοῦτον ἕξει τὸν τρόπον, εὔδηλον ὅτι πέρας οὐδὲ τὰ λειπόμενα λήψεται.

πδ'. Ἅπερ εἰ κατὰ τὰς αὐτοῦ προῤῥήσεις ἐξέβη καὶ τέλος εἴληφεν, αὐτὰ πρὸ τῶν ἄλλων μαρτυρεῖ τὰ ὁρώμενα· μέγεθός τε τῶν τῆς μονῆς οἰκοδομημάτων, καὶ πλῆθος τῶν ἐνοικούντων, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς αὐτῶν ἀπαράμιλλον. Τὴν δὲ δὴ ζῶσαν ἐκείνου δόξαν καὶ μετὰ τὸν θάνατον, καὶ ὅση τῷ ἀνδρὶ πρὸς Θεὸν παῤῥησία, τίνες ἂν ἄλλοι σαφῶς παραστήσαιεν, ἢ ὀφθαλμοὶ μὲν τυφλῶν, πόδες δὲ χωλῶν, καὶ χεῖρες τῶν ταύτας πρὸ τῶν εὐχῶν ἐκείνου πηρῶν, αἱ μὲν τὸ κινεῖσθαι, οἱ δὲ τὸ τρέχειν, οἱ δὲ δι' ἐκείνου τὸ βλέπειν ἀπολαμβάνοντες, καὶ πρὸ τούτων, αὐτὴ τῶν λειψάνων ἡ σοφὸς, πηγὴ μύρου γνωριζομένη;

πε'. Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ὁ λόγος ἡμᾶς ὥσπερ τι ῥεῦμα φέρων παρήνεγκε· δεῖ δὲ καὶ πλέον ἐπιμεῖναι τῇ τελευτῇ, καὶ τὸν τρόπον ὅπως ἐπῆλθε διαλαβεῖν, καὶ μέντοι τὰ ἐπ' αὐτῇ παρακολουθήσαντα τρανότερον ἐξειπεῖν. Ἐπεὶ γὰρ πλησιάζουσαν αὐτὴν ὁ μέγας ἑώρα, καὶ ᾔδει λοιπὸν ὅτι μετὰ τρίτην αὐτὴν ἡμέραν τῷ κοινῷ καὶ οὐρανίῳ Πατρὶ παραπέμψει, τρεῖς μόνους τῶν ἐπισκόπων ἐπὶ προφάσει κοινῆς χρείας μεταστειλάμενος, (τὸν ὄχλον γὰρ ἐκεῖνος καὶ τοὺς θορύβους μάλιστα περιίστατο) καὶ ἅμα, ἵνα καὶ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸν δι' αὐτῶν ὑποφήνῃ, ὡς τῶν τριῶν οὐ πλείους ἐψιθίψῃ· τούτους οὖν μεταστειλάμενος ἀσπάζεται χαίρων ἀνιωμένους, δακρύοντας οὐ δακρύων, ἀθυμοῦντας αὐτὸς εὐφραινόμενος, ὥσπερ ἄρα καὶ ἀκόλουθον ἦν. Οἱ μὲν γὰρ τὸν ποθούμενον ἀφῃροῦντο, ὁ δὲ πρὸς ὃν ἐπόθει μᾶλλον ἀνήγετο· καὶ οἱ μὲν πατρὸς ὑπέμενον στέρησιν, ὁ δὲ πρὸς πατρὸς μᾶλλον ἐχώρει σκηνάς. Ὁ μὲν τέλος ἑώρα τῶν ἀνιόντων, οἱ δὲ λυπηρῶν ἀρχὴν τοῦ ἐκείνου θάνατον ἐποιοῦντο. Ἔπειτα χεῖρας εἰς προσευχὴν ἀνασχὼν, τὰ χείλη τε ἠρέμα ὑποκινήσας, ὡς τοῖς παρεστῶσι παρέχειν ὑπονοεῖν, ὅτι τὰ τῆς ἐσχάτης φθέγγεται πρὸς Θεὸν ἐκδημίας, καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν κατὰ τὸ εὔσχημον αὐτὰς ἐπιθεὶς τῷ στήθει, τὴν γενναίαν ἐκείνην ψυχὴν καὶ δαίμοσιν ὄντως φοβερὰν, καὶ ἀήττητον, εἰς χεῖρας Θεοῦ παρατίθεται, ἔτη πέντε πρὸς τοῖς ἑκατὸν τὰ πάντα βιοὺς, καὶ ὀλίγῳ πλέον ἢ ἔλαττον. Τιμᾷ δὲ ὁ Θεὸς αὐτίκα τὴν τελευτὴν θαύματι θεσπεσίῳ. Τόδε ἦν·

πϛ'. Ἀνήρ τις, τοὔνομα Στέφανος, γένος Ἀλεξανδρεὺς, ἱκανὸν ἤδη χρόνον πνεύματι πονηρῷ κάτοχος ἦν, καὶ τυχεῖν μὲν καὶ πρότερον θεραπευτοῦ τοῦ μεγάλου δεόμενος, καὶ διὰ τοῦτο μέχρι καὶ τελευταίας αὐτῷ παραμείνας ἀναπνοῆς· οὐ τυχὼν δὲ, θειοτέρᾳ τινὶ πάντως οἰκονομίᾳ, ὥστε μετὰ τὴν τοῦ συνδέσμου λύσιν καὶ ἄφεσιν τοῦ μακαρίου φημὶ πατρὸς καὶ τῆς τοῦ πονηροῦ πνεύματος ἀφέσεως ταμιευομένης. Οὗτος οὖν τῇ φερούσῃ κλίνῃ νεκρὸν ἤδη

A tanto se majorem evadere et meliorem, tunc dico vos de aliis quoque bonam spem oportere concipere. Quod si non sint hæc hoc modo se habitura, clarum est fore ut nec reliquia finem sint acceptura.

84. Quæ quidem an evenerint, sicut ille prædixit, et finem acceperint, ipsa ante alia testantur quæ videntur, magnitudo quidem ædificiorum monasterii, et multitudo eorum qui inhabitant, et eorum virtus ejusmodi, ut cum eis nemo possit contendere. Vivam autem illius post mortem quoque gloriam, et quanta ei fuerit apud Deum fiducia; quinam alii apertius ostenderint, quam oculi quidem cæcorum, pedes vero claudorum, et manus eorum qui erant manci ante illius preces: ex quibus illæ quidem ut moverentur, hi vero ut currerent, oculi B autem ut viderent, per eum acceperunt: et præ his ipse loculus reliquiarum, qui unguenti fons esse cognoscitur?

85. Sed huc nos quidem oratio, tanquam fluentum aliquod detulit: oportet vero in ejus morte amplius immorari, et tractare quemadmodum excesserit, et ea etiam, quæ post ipsam sunt consecuta, apertius eloqui. Postquam enim vidit magnus illam appropinquare, et scivit futurum, ut post tres dies ad communem Patrem et cœlestem transmitteret: cum tres solos episcopos accersisset, perinde ac de re aliqua communi cum eis tractaturus, (turbam enim et tumultus vitabat ille maxime), et simul etiam, ut dierum numerum per ipsos ostenderet, quod sci- C licet plus quam tres non viveret; cum eos ergo accersisset, salutat lætus tristes, lacrymantes non lacrymans, animo anxios ipse hilaris, sicut etiam erat consentaneum. Nam illi quidem privabantur eo, qui desiderabatur; hic vero deducebatur ad eum, quem magis desiderabat; et illi quidem se patre privari ægre ferebant, hic vero proficiscebatur ad Patris tabernacula. Hic quidem videbat finem eorum, quæ ei afferebant molestiam; illi vero ducebant illius mortem esse rerum molestarum principium. Deinde cum manus sustulisset ad orandum, et labra sensim movisset, ita ut iis, qui astabant, relinqueret cogitandam, quod extremi ad Deum excussus verba loqueretur, et post orationem eas decore pectori imposuisset, generosam illam et vere dæmonibus terribilem et inexpugnabilem animam com- D mendat in manus Dei, cum omnes annos vixisset centum et quinque, et paulo amplius. Deus autem ejus mortem statim honorat divino miraculo. Hoc autem fuit:

86. Vir quidam, nomine Stephanus, genere Alexandrinus, qui jam longo tempore vexabatur a maligno spiritu, et magnum quidem prius rogarat Theodosium, ut eum curaret, et ideo usque ad extremum ejus spiritum permanserat, non autem impetraverat, quodam diviniori omnino consilio, utpote quod post vinculi solutionem, et beati patris dimissionem, maligni quoque spiritus reservaretur dimissio. Hic ergo cum fuisset prope lectum, cui

corpus ferebat jam mortuum : tunc enim erat sanæ et compositæ mentis, quod majorem quoque ei dolorem afferebat, ut qui posset considerare, in qualem incidisset infelix calamitatem, et quod quam solam habebat spem liberationis, ea quoque sit privatus, mansurus sit autem perpetuo hanc gravem sustinens tyrannidem, et ferens motum dæmonis, secretos illos impetus, furorem horribilem, et quæ dici nequit, agitationem, casusque miserabiles, qui ex eis oriuntur, et inenarrabilem apud homines ignominiam. Hæc cùm animo versaret et recte intelligeret, quod nulla spes de cetero, et nulla ab eis relicta esset liberatio, gravi dolore cor ei feriebatur, igne viscera incendebantur, gravissimo luctu anima tenebatur; quid non dicebat? quid non faciebat miserabile? capillos acerbe vellens, pectus valde furiens, fronte misere solum pulsans, longum et acutum ejulans, pedes rigans lacrymis, eum qui jacebat, tanquam vivum alloquens : Qui solus erat spes, inquit, solus servator, recedit, reliquit nos deditos dæmoni. Quodnam adhuc est refugium? quænam est adhuc exspectatio? Nunc ensi melius est sua sponte incumbere : nunc ignem, nunc mare ingredi, et sic dæmonis insultus effugere.

87. Hæc deflens infelix, se in lectum dejecerat, amplectebatur reliquias, malebat una cum eo sepeliri, quam lucem aspicere, tali tyranno serviens. Quid ergo Deus rerum admirabilium? Movet quidem dæmon interim, dum flet, hominem, et cum eum humi dejecisset, et totum ipsum in oculis omnium dilacerasset, ut vel sic involuntarium significaret recessum, quamque hominibus infestus, et quanto in eos cleatur furore, cum relinquit, aut potius ipse exturbatur, motus flagello diviniore. Sic ergo ei et vivo, et post mortem cessit terra, et cœlum, et mare, et aer, et dæmones ; terra quidem a feris, cœlum vero a siccitate, mare autem a periculis, aer vestro a locusta et brucho, dæmones autem a plagis homines liberos relinquentes: et nihil fuit, quod non deinceps ejus testaretur virtutem multamque apud eum fiduciam.

88. Cum autem fama repente in omnem locum pervasisset, quod et magnus Theodosius ad suum Dominum jam excessisset, et magnum de dæmoniaco miraculum esset a non paucis auditione acceptum, Petrus ille magnus, qui tunc apostolicam sedem tenebat Hierosolymis, ille, inquam, Petrus, cujus magna quidem fuit fama, famam autem superabat virtus; accedit cum multis aliis episcopis ad sepeliendas reliquias. Undique autem concurrebat et multitudo monachorum simul et promiscui vulgi. Omnes autem multum ponebant studii, ut et partem aliquam attingerent, aut sanctorum illius capillorum, aut sacræ vestis, aut certe ut vel solum appropinquarent, et beatum illum vultum viderent: et de eo tanta certabatur contentione, ut ne diu quidem permitteretur sepelire reliquias, sed melius

A τὸ σῶμα παρεστηκὼς, ἐτύγχανε γὰρ τότε νήφων καὶ τὰς φρένας καθεστηκώς, ὃ καὶ μᾶλλον αὐτῷ σφοδρότερον ἀνῆπτε τὸ πένθος λογίζεσθαι δυναμένῳ εἰς οἷαν ὁ ἄθλιος συμφορὰν περιπέσοι, καὶ ὅπως, ἣν εἶχε καὶ μόνην ἀπαλλαγῆς ἐλπίδα, καὶ ταύτην ἀφῄρηται, μενεῖ δὲ τὸ λοιπὸν ἄχρι τέλους τὴν χαλεπὴν ταύτην ὑφιστάμενος τυρᾱννίδα, καὶ τὰς ἐκ τοῦ δαίμονος ὁπομένων κινήσεις, τὰς προσβολὰς ἐκείνας τὰς ἀποῤῥήτους, τὴν μανίαν, τὸν φρικώδη κλόνον καὶ ἀπόῤῥητον, καὶ τὰ ἐκεῖθεν ἐλεεινὰ πτώματα καὶ συμπτώματα καὶ τὴν ἀδιήγησον ἐξ ἀνθρώπων αἰσχύνην. Ταῦτα ἐπὶ νοῦν λαμβάνων καὶ καλῶς συνιὼν, ὡς οὐδεμία τὸ λοιπὸν ἐλπὶς, οὐδεμία τῶν τοιούτων ἀπαλλαγὴ καταλείπεται, ὀδύναις τὴν καρδίαν ὀξείαις ἐβάλλετο, τὰ σπλάγχνα πυρὶ διεπίμπρατο, βαρυτάτῳ τὴν ψυχὴν πένθει κατείχετο. Τί μὲν οὐ λέγων, τί δὲ μὴ B πράττων ἐλεεινόν ; τίλλων τὰς τρίχας πικρῶς, πλήττων τὰ στέρνα σφοδρῶς, τῷ μετώπῳ κόπτων δεινῶς τὸ ἔδαφος, ὀξὺ καὶ μακρὸν ἀνοιμώζων, δάκρυσι καταλούζων τοὺς πόδας, ὡς ζῶντι τῷ κειμένῳ διαλεγόμενος · Ἡ μόνη, λέγων, ἐλπὶς, ὁ μόνος σωτὴρ οἴχεται, καταλέλοιπεν, ἐκδότους ἡμᾶς ἀφῆκε τῷ δαίμονι. Τίς ἔτι καταφυγή ; τίς ἔτι προσδοκία ; νῦν ἐπὶ ξίφος ἐκόντα κρεῖττον ἐλθεῖν, νῦν ἐπὶ πῦρ, νῦν ἐπὶ θάλατταν, καὶ οὕτω φυγεῖν δαίμονος ἐπιθέσεις.

πζ'. Τοιαῦτα ὁ δυστυχὴς ὀδυρόμενος τῇ κλίνῃ προσέῤῥιπτο, τῷ λειψάνῳ περιεπλέκετο, συνταφῆναι μᾶλλον ᾑρεῖτο ἢ φῶς ὁρᾷν τοιούτῳ τυράννῳ δουλεύων. Τί οὖν ὁ τῶν θαυμασίων Θεός ; Κινεῖ μὲν ὁ δαίμων μεταξὺ τοῦ θρήνου τὸν ἄνθρωπον, κατα- βαλὼν δὲ εἰς γῆν, καὶ ὅλον αὐτὸν ἐν ὀφθαλμοῖς πάν- C των διαπαράξας, ἵνα ἀκούσιον οὕτω δηλώσῃ τὴν ἀναχώρησιν, καὶ ὅσον τὸ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιχθὲς ἐκείνῳ καὶ μανικὸν, ἀπολείπει. ἢ μᾶλλον σὺν ἐξωθεῖται μάστιγι θειοτέρᾳ κινούμενος. Οὕτως αὐτῷ καὶ ζῶντι καὶ μετὰ θάνατον γῇ τε εἶχε, καὶ οὐρανὸς, καὶ θάλασσα, καὶ ἀὴρ, καὶ δαίμονες · γῇ μὲν θηρίων, οὐρανὸς δὲ αὐχμοῦ, θάλασσα δὲ κινδύνων, ἀὴρ δὲ ἀκρίδος, φημὶ, καὶ βρούχου, δαίμονες δὲ πληγῶν τοὺς ἀνθρώπους ἐλευθεροῦντες · καὶ οὐδὲν αὐτοῦ λοιπὸν τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς πολλῆς ἐκείνης πρὸς Θεὸν παῤῥησίας ἀμάρτυρον.

πη'. Τῆς οὖν φήμης ἀθρόον πάντα διαλαβούσης, ὅτι τε ὁ μέγας ἤδη τὸν οἰκεῖον Θεοδόσιος ἐκδεδημήσοι Δεσπότην, καὶ δὴ καὶ τοῦ κατὰ τὸν δαιμονῶντα θαύ- ματος ἀκοαῖς οὐκ ὀλίγαις διαδοθέντος, Πέτρος ὁ μέ- D γας, ὁ τὸν ἀποστολικὸν ἐν Ἱεροσολύμοις θρόνον τηνικαῦτα διέπων, Πέτρος ἐκεῖνος ὁ πολὺς μὲν τὴν φήμην, μείζων δὲ τῆς φήμης τὴν ἀρετὴν, μετὰ πολλῶν καὶ ἄλλων ἐπισκόπων πρὸς τὴν τοῦ λειψάνου ταφὴν παραγίνεται. Συντρέχει δὲ πανταχόθεν καὶ πλῆθος μοναστῶν ἅμα καὶ μιγάδων. Καὶ πάντες ἐγγὺς γενέσθαι καὶ τινὸς ἅψασθαι μέρους, εἴτε τῶν ἁγίων ἐκείνου τριχῶν, εἴτε τῆς ἱερᾶς ἐσθῆτος, ἠγῶν καὶ πλησιάσαι μόνον καὶ τὴν μακαρίαν ὄψιν ἰδεῖν, σπουδῆς ἄξιον ἐποιοῦντο · καὶ χρῆμα κομιδῇ περιμάχητον, ὥστε μηδὲ τῷ λειψάνῳ μέχρι πολλοῦ τὴν ταφὴν συγχωρεῖσθαι, ἀλλὰ κρεῖττον αὐτὸ νομίζεσθαι.

καὶ τοὺς ἐπὶ νεκρῷ νόμους διαφυγεῖν. Εἶτα μόλις ποτὲ τοῦ πλήθους ἐφέντος, τιμίως ὁμοῦ καὶ λαμπρῶς τὸ τίμιον ἐκεῖνα καὶ οὐρανῶν ἄξιον τῇ γῇ κατατίθεται σῶμα καὶ καλύπτεται· οὐχ ὡς κρύπτεσθαι καὶ λαθεῖν προσῆκον, ἄλλως πλοῦτος μᾶλλον καὶ θησαυρὸς τοῖς φιλοθέοις ταμιευόμενον, εἰς δόξαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A existimaretur prætermittere justa quæ fiunt mortuis. Deinde vero tandem permittente multitudine, honorifice simul et splendide illud venerandum et cœlis dignum corpus terræ mandatur et contegitur: non ut quod oporteret quidem abdi et latere, sed quod servabatur potius piis, tanquam opes et thesaurus, ad gloriam Domini nostri Jesu Christi, simul cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

MARTYRION

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΕΡΜΥΛΟΥ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΟΥ

—

MARTYRIUM

SS. MARTYRUM HERMYLI ET STRATONICI.

(Anno 300.)

[Latine apud Surium ad diem 13 Januarii ; Græca descripsimus ex codice ms. bibliothecæ majoris Parisiensi n. 1467 notato, sæculi XI. EDIT. PATR.]

—

Α'. Βασιλεύοντος Λικινίου τοῦ δυσσεβοῦς, πολλὴν τε περὶ τὰ εἴδωλα τὴν σπουδὴν ποιουμένου, θυσίαις αὐτὰ τιμᾶσθαι καὶ τελεταῖς, χαλεπὸς πᾶσι Χριστιανοῖς ἐπήρτητο θάνατος, πόλεις τε δι' αὐτοὺς ἠρευνῶντο, καὶ χωρία περιεργάζοντο, κῶμαι τε καὶ ἀγροὶ καὶ οἰκίαι, καὶ πᾶς ὅστις Χριστιανῶν ἕνα τῷ βασιλεῖ προσήγγειλεν, εὔνους οὕτως ἐδόκει καὶ τιμῶν αὐτῷ τῶν μεγίστων ἄξιος. Ὅθεν καὶ πολλὴ παρ' αὐτοῦ τε καὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ πάντων, ἡ περὶ τοῦτο ἦν ἐπιμέλεια, τοῦ μὲν θεοῖς ματαίοις, τῶν δὲ βασιλεῖ ἐνόμῳ καὶ πονηρῷ χαριζομένων. Ποτὲ γοῦν ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ, τῷ δυσσεβεῖ τούτῳ Λικινίῳ προκαθημένῳ, πρόσεισί τις τῶν τῆς τάξεως τὰ περὶ τοῦ θείου μάρτυρος προσαγγέλλων· Ἔστι τις, λέγων, ἀνὴρ Ἑρμύλος ὄνομα διακόνου τάξιν ἐπέχων, ἐκ πολλοῦ μὲν τὰ Χριστιανῶν πρεσβεύων, θεοὺς δὲ καὶ σὲ μυκτηρίζων, καὶ εἰς τὸ μηδὲν εἶναι, βασιλεῦ, τιθέμενος. Τούτων ὁ Λικίνιος ἀκούσας, οὐ μέλλων ἦν οὐδ' ἀναβαλλόμενος· ἀλλὰ τοῖς παρεστῶσιν εὐθὺς ἐκέλευε συλλαβόντας αὐτὸν ὅπουπερ ἂν ᾖ παραστῆσαι τῷ βήματι. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν πανταχοῦ διερευνησάμενοι, καί τινα εὐχόμενον που καὶ ὁσίας αἴροντα χεῖρας καταλαβόντες, τὸ βασιλικὸν αὐτῷ γνωρίζουσι πρόσταγμα. Ὁ δὲ παραχρῆμα εἵπετο, πρόθυμος προθύμοις, οὐδὲν ἀγέννες, οὐδὲν μαλακὸν ἐπὶ τῆς ὄψεως ὑποφαίνων, ἀφ' ὧν ἡ διάθεσις τῆς ψυχῆς φανερὰ γίνεται· ἀλλὰ χαίρων μᾶλλον καὶ πολλῆς ἔμπλεως ἡδονῆς, ὅτι διὰ Χριστὸν μέλλοι παθεῖν, τῷ βασιλεῖ παρίστατο.

B

I. Impio imperante Licinio, et magnum adhibente studium, ut idola honorarentur sacris et sacrificiis, impendebat mors gravis omnibus Christianis, civitatesque propter ipsos indagabantur, et regiones vicique et agri curiose perquirebantur : et quicunque Christianum unum deferebat ad imperatorem, videbatur is esse ei benevolus, et dignus maximis honoribus. Quocirca et ipse, et quicunque ei suberant, hac in re magna utebantur diligentia : cum ille quidem variis diis, hi vero imperatori gratificarentur impio et scelerato. Ad hunc ergo Licinium aliquando in sublimi sedentem tribunali, accedit quidam ex ordine militari, divinum deferens martyrem : Est, dicens, vir quidam Hermylus nomine, qui ordinem obtinet diaconi: qui diu quidem

C

abhinc observat et colit ritus Christianorum : deos autem et te subsannat, et nihili facit, o imperator. Hæc cum audiisset Licinius, non distulit nec protelavit ; sed iis, qui aderant, statim jussit, ut eum ubicunque esset comprehenderent, et ad tribunal adducerent. Atque illi quidem cum in omni loco scrutati essent, et eum alicubi orantem, et sanctas manus tollentem comprehendissent, ei significant jussum imperatoris. Is vero statim alacer alacres est secutus, nihil ignavum nec molle aspectu præ se ferens, quibus ex rebus manifesta fit animæ affectio : sed gaudens potius, et magna repletus lætitia, quod est propter Christum passurus.

Β'. Καὶ εὐθὺς ἐκεῖνος· Ἀπόκριναι, λέγει, καὶ σα-

II. Ille vero : Responde, inquit, et aperte signi-

fica, an te Christianum fateris esse, sicut audivimus. Hic vero : Non solum hoc, inquit, cum præclara sententia et voce confiteor, sed etiam, quod Deo, qui sub visum non cadit, sum consecratus : et ei assisto, ut qui illius factus sim diaconus Imperator autem volens se ostendere urbanum, et valde ingeniosum : Ergo te, inquit, diis diaconum, hoc est, ministrum exhibe. Martyr autem in risum vertens ejus promptum et versatile responsum : Videris, inquit, mihi esse surdus, o imperator, aut etiam stultum agere. Dixi tibi me ministrare Deo, qui non cadit sub aspectum : non autem horum qui videntur, aut potius ne vident quidem, esse diaconum, quos ipse, ut qui falleris, perinde ac deos colis : cum sint lapides et ligna omnino inanima, et surda opera manus humanæ, et quæ iis qui sapiunt sunt potius ridenda quam adoranda. Non tulit imperator dicendi libertatem, sed statim quibusdam instrumentis æneis, ad sumendum supplicium confectis, jubet genas quidem verberari martyris, præconem autem hæc proclamare: Ne sis lingua nimium profusus, o Hermyle : honora imperatorem, diis sacrifica, et liberare a supplicio. Is autem, etiamsi sic verberaretur, perinde ac si nihil subiret molestum, contra tyranno etiam exprobrabat imbecillitatem, ut qui dubii perplexique esset animi, et plane victus: et ideo non secus ac ii, qui sunt pusilli et abjecti animi, ex ira inferret supplicium. Deinde etiam clariore voce utens : Plagas, inquit, quæ nunquam desinunt, et divinas manus experieris, quod eo qui te fecit, relicto, surdis et mutis diis attendis, et quod est gravius, aliorum veluti saluti invidens contendis ad eumdem trahere interitum.

III. Postquam autem visum est imperatori sufficere supplicium, et ita aliquid remisit de nimia acerbitate, tradit martyrem carceri, et tres dies jussit in eo manere, Fortasse, dicens, ducetur pœnitentia vanæ suæ pertinaciæ. Martyr itaque abiens in carcerem, psallebat : ***Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo*** [1]. ***Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi caro*** [2]. Jam autem ingrediens custodiam, *Qui pascis Israel*, dicebat, *attende, qui deducis tanquam ovem Joseph. Qui sedes super Cherubim, manifestare* [3] ; et veni ad nos servandos. Sed sic quidem martyr, et sic quæ erant gravia et molesta, propter Christum pati voluit. Christus autem quomodo se habuit ? Num famulum contempsit ? Num illo patiente, neglexit ipse consolationem ? Et quomodo fuerit hoc nostri Dei, benignitatisque et clementiæ, quæ omnem superat cogitationem? Non ergo defecit opem ferens, sed etiam incitavit ad animi fortitudinem, et ad eum angelum mittit consolatorem, dicentem : Hermyle, esto bono animo, et noli timere : loquere, et noli tacere. Decerta, et noli timere. Mox enim vinces tyranni machinas et desuper feres præclaram coronam martyrii,

φῶς δίδαξον, εἴπερ ἄρα Χριστιανὸς εἶναι ὁμολογεῖς ὥσπερ ἠκούσαμεν. Ὁ δὲ, Οὐ μόνον, ἔφη, τοῦτο μετὰ λαμπρᾶς ὡς ἔχω καὶ γνώμης καὶ φωνῆς ἀνομολογῶ, ἀλλ' ὅτι καὶ τῷ ἀοράτῳ θεῷ καθιέρωμαι, καὶ αὐτῷ παρίσταμαι, διάκονος ἐκείνου γεγενημένος. Καὶ ὁ βασιλεὺς κομψὸν ἑαυτὸν εἶναι καὶ περιττῶς ἀγχίνουν δεῖξαι βουλόμενος, Οὐκοῦν, ἔφη, τοῖς θεοῖς διακόνησον. Ὁ δὲ μάρτυς εἰς γέλωτα λύων αὐτοῦ τὸ ἀρχίστροφον, Κωφεύειν μοι φαίνῃ, βασιλεῦ, ἔφη, ἢ καὶ τὸν μωρὸν ὑποκρίνεσθαι · Θεῷ σοὶ ἔφην τῷ ἀοράτῳ διακονεῖν · μὴ γὰρ δὴ τούτων τῶν ὁρωμένων ἢ μηδὲ ὁρώντων μᾶλλον εἶναι διάκονος · οὓς αὐτὸς ὡς θεοὺς πλανώμενος σέβεις, λίθους ὄντας, καὶ ξύλα, καὶ κωφὰ ἔργα τῆς χειρὸς ἀνθρωπίνης, καὶ τοῖς εὐφρονοῦσι γελᾶσθαι μᾶλλον ἢ προσκυνεῖσθαι ἄξια. Οὐκ ἤνεγκε τὴν παῤῥησίαν ὁ βασιλεὺς, ἀλλ' εὐθέως ὀργανοις τισὶ χαλκοῖς πρὸς τιμωρίαν ἐξειργασμένοις κελεύει τὰς σιαγόνας μὲν τὸν μάρτυρα τύπτεσθαι, τὸν δὲ κήρυκα τοιαῦτα ἐπιφωνεῖν · Φείδου τὰ πολλὰ γλώττης, Ἑρμύλε, τίμα τὸν αὐτοκράτορα, θύε τοῖς θεοῖς, καὶ ἀπαλλάττου τῆς τιμωρίας. Ὁ δὲ καὶ οὕτω τυπτόμενος, ὥσπερ τῶν λυπούντων οὐδὲν ὑφιστάμενος, τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ ἀσθένειαν ὠνείδιζε τῷ τυράννῳ, οἷα τοῖς ὅλοις ἀπορουμένῳ καὶ ἡττωμένῳ, καὶ παρὰ τοῦτο τοῖς μικροψύχοις ὁμοίως κατ' ὀργὴν ἐπάγοντι τὰς βασάνους. Εἶτα καὶ λαμπροτέρᾳ χρησάμενος τῇ φωνῇ, Πληγῶν, ἔφη, τύραννε, τῶν μηδέποτε λήγουσῶν καὶ θείων πειραθήσῃ χειρῶν, ὅτι τὸν ποιήσαντα σε καταλιπὼν κωφοῖς καὶ ἀλάλοις προσανέχεις θεοῖς, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσοι βασκαίνων τῆς σωτηρίας πρὸς τὴν ἴσην ἐπείλειν ἑλκῦσαι φιλονεικεῖς.

Γ'. Ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς ἔδοξεν ἔχειν τῷ βασιλεῖ τὰ τῆς τιμωρίας, καὶ ὁ θυμὸς αὐτῷ ἤδη τῆς πολλῆς πικρότητος ἐνεδίδου δεσμωτηρίῳ τὸν μάρτυρα παραδίδου, καὶ εἰς τρίτην ἐν αὐτῷ ἐνέλευε διαμένειν, Ἴσως, λέγων, καὶ μεταμελήσοι αὐτῷ τῆς ματαίας ἐνστάσεως. Ὁ μάρτυς τοιγαροῦν πρὸς τὴν εἱρκτὴν ἀπιὼν ἔψαλλε · Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, καὶ οὐ φοβηθήσομαί τι ποιήσει μοι ἄνθρωπος · Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι σάρξ. Εἰσιὼν δὲ ἤδη τὴν φυλακὴν, Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, ἔλεγε, πρόσχες · ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσὴφ, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, ἐπιφάνηθι, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. Ἀλλ' ὁ μὲν μάρτυς οὕτως, καὶ οὕτω τὰ λυπηρὰ πάσχειν διὰ Χριστὸν προῄρητο. Ὁ δὲ Χριστὸς εἶχε πῶς ; μὴ ἄρα τοῦ θεράποντος ὀλιγώρει ; μὴ ἐκείνου πάσχοντος αὐτὸς ἠμέλει τῆς παρακλήσεως ; καὶ πῶς ἂν εἴη τοῦτο τοῦ ἡμετέρου Θεοῦ, καὶ τῆς πάντα νοῦν ὑπερεχούσης φιλανθρωπίας ; Οὐκ οὖν ἀπέλιπε βοηθῶν, ἀλλὰ πρὸς ἀνδρίαν διεγείρων ἦν, καὶ ἄγγελον αὐτῷ παράκλητον ἐπιπέμπει, Ἑρμύλε, λέγοντα, θάῤῥει καὶ μὴ φοβοῦ, λάλει καὶ μὴ σιώπα, ἀγωνίζου καὶ μὴ δείλία. Νικήσεις γὰρ ὅσον οὔπω τὰς μηχανὰς

[1] Psal. CXVII, 6. [2] Psal. LV, 5. [3] Psal. LXXIX, 3.

τοῦ τυράννου, καὶ λαμπρότερον ἄνωθεν κομιῇ τοῦ μαρτυρίου στέφανον. Οὕτως ὁπλίζει Θεὸς κατὰ τοῦ ἀφανοῦς μᾶλλον τυράννου, οὕτω περιζώννυσι δύναμιν, καὶ διδάσκει μὲν εἰς πόλεμον χεῖρας, τόξον δὲ χαλκοῦν τίθησι τοὺς βραχίονας, καὶ ὑπερασπισμὸν δίδωσι σωτηρίας.

Δ'. Μετὰ γοῦν τὴν τρίτην ἡμέραν, βήματος αὖθις προτεθέντος τῷ Λικινίῳ, τὸν θεῖον Ἑρμύλον αὐτίκα παρεστησάμενος, Ἦ που κἂν ἄρτι θῦσαι τοῖς θεοῖς ἔγνωνας, φησίν, καὶ τῶν ἐπικειμένων φόβων, τῶν ἀπειλῶν, τῶν κινδύνων ἀπαλλαγῆναι ; ἢ κατὰ κρημνοῦ φέρῃ καὶ ἔτι ; καὶ ἡ αὐτή σε πάλιν εἶλεν ἀπόνοια, πρὸς ταῦτα μάλα γενναίως ὁ τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης καὶ ἄξιος τοῦ καλῶς ἐκεῖνον ὑπλίσαντος · ἅπαξ ἀπεικάμην, ἔφη, βασιλεῦ, καὶ χρὴ τοῖς προτέροις στέρξαντα μηκέτι περὶ τῶν αὐτῶν αὖθις ἀνακινεῖν. Ἔστι γάρ μοι Θεὸς ἐν οὐρανῷ, ᾧ ζῶ, καὶ ᾧ θῦμα προσαγαγεῖν ἐμαυτὸν ὡς τάχος ἐπείγομαι, καὶ παρ' οὗ μεγίστην ἧξειν μοι προσδοκῶ τὴν βοήθειαν. Οὐκοῦν ἴδω, φησὶν ὁ βασιλεύς, εἰ ὁ τοὺς οὐρανοὺς οἰκῶν οὗτος ἔσται σοι βοηθός. Καὶ αὐτίκα ἐκέλευε, καὶ ἄνδρες ἓξ τὸ κεκελευσμένον ἁρπάσαντες, ἄνδρες ῥωμαλέοι τὰς χεῖρας, ἀπηνεῖς τὴν ψυχήν, τόνιόν τι καὶ μανικὸν πνέοντες, κατὰ γῆς τὸν μάρτυρα διατείναντες, ῥάβδοις ἤκιζον ὠμοτάτως. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὕτως ἐποίουν φθαρτῷ βασιλεῖ τὴν θεραπείαν προσάγοντες, ὁ μάρτυς καθάπερ οὐδὲν ἔχων πρὸς τὴν οὕτω πάσχουσαν σάρκα, οὔτε μὴν λαμβάνων τῶν ὀδυνῶν αἴσθησιν, ἀδεῶς πάνυ καὶ ἡρεμαίως εὐχῇ προσέκειτο, καὶ Θεῷ προσεῖχεν. Ἡ δὲ εὐχὴ ἦν ·

Ε'. Κύριε ὁ Θεός μου, ὁ δι' ἐμὲ μάστιγας ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ πληγὰς ὑπομείνας, αὐτὸς διὰ σὲ πάλιν ἐμὲ πάσχοντα, τὸν παρόντα τελειῶσαι δρόμον ἐνίσχυσον · ὡς ἂν κοινωνήσας σου τοῦ πάθους, ἀξιωθῶ κοινωνὸς γενέσθαι καὶ τῆς λαμπρότητος. Καὶ τοιαύτη μὲν ἡ εὐχή, φωνὴ δὲ εὐθὺς ἠκούσθη ἄνωθεν · Ἀμήν, ἀμήν, Ἑρμύλε, λέγουσα, μετὰ τρεῖς ταύτας ἡμέρας, ἀπαγλαγήσῃ μὲν τῶν παρόντων ἐνιαρῶν, δαψιλεῖς δὲ παρ' ἐμοῦ καὶ φιλοτίμους λήψῃ τῶν πόνων τὰς ἀμοιβάς. Καὶ ἡ φωνὴ θάρσος μὲν πολὺ τῷ μάρτυρι καὶ ἀνδρίαν ἐνῆκε, τοῖς δημίοις δὲ δεινὸν ἐπέσεισε φόβον, καὶ πρὸς γῆν ἀθρόοι κατενεχθέντες ὑπότρομοι πάντες ἦσαν, οὐδ' αὐτοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἄλλων φεισαμένου τοῦ πάθους, ἀλλὰ πάντας ἐπίσης ὁμοῦ διαθέντος, κἂν ἐκεῖνος τυφλώττων ὑπὸ τῆς εὐσεβείας καὶ βαρύτατα μεμηνὼς οὐκ ἠδυνήθη συνιέναι τοῦ ἀγαθοῦναι, οὐδὲ κακίᾳ προσώχθισε, τὸ τοῦ θείου Δαβὶδ φάναι, οὐδὲ μικράν τινα τοῦ ταῦτα θαυματουργοῦντος Θεοῦ λαβεῖν ἔννοιαν, ἀλλὰ φυλακῇ καὶ αὖθις ζοφώδει καὶ ἀλαμπεῖ τὸν μάρτυρα παραδίδου.

Ϛ'. Πλὴν ἀλλὰ προσέχειν τῷ λόγῳ προσήκει τὸν νοῦν, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τὸ ἀπόῤῥητον ἐννοεῖν. Ἔνθεν γὰρ καὶ προσκύπτει τὸ τοῦ λόγου χαριέστατον, καὶ συνάπτειν ἥκει τῷ ἀθλητῇ τὸν συστρατιώτην. Ὁ γάρ τοι τὸν ἅγιον πιστευθεὶς φυλακῆς ἕνεκα,

A Sic Deus armat potius adversus tyrannum, qui non apparet. Sic accingit virtute et *docet quidem manus ad bellum, dat arcum autem æneum : ponit brachia et clypeum salutis* [4].

IV. Post tertium certe diem, cum tribunal ascendisset Licinius, protinus divino adducto Hermylo : Num modo, inquit, statuisti diis sacrificare, et ab imminentibus terroribus, minisque et periculis liberari? An adhuc, inquit, ferris per præcipitium, et eadem rursus te cepit amentia? Ad hæc fortiter admodum Christi miles, et pro dignitate ejus, qui illum armaverat : Semel, inquit, dixi tibi, o imperator, et oportet contentum prioribus, de iisdem B non movere amplius. Est enim mihi Deus in cœlis cui soli vivo, et cui mox me ipsum hostiam offerre propero : et a quo spero maximum venturum auxilium. Videam ergo, inquit imperator, an is, qui cœlos habitat, satis tibi afferat auxilii. Statimque jussit, et viri sex raptim, quod jussi fuerant, exsequentes, viri manibus robusti, immites et crudeles animo, cædem et furorem spirantes, cum humi martyrem extendissent, virgis cædebant crudelissime. Atque illi quidem sic faciebant, mortali regi servientes Martyr autem perinde ac si nihil haberet commune cum carne, quæ sic patiebatur, neque dolorum ullum sensum caperet, quiete perseverabat in oratione, et Deo attendebat. Hæc autem erat oratio :

V. Domine Deus meus, qui propter me sub Pontio Pilato flagella et plagas tolerasti, ipse me rursus propter te patientem confirma, ut possim cursum præsentem perficere, ut cum socius fuero perpessionis, dignus quoque sim, qui splendoris efficiar socius. Et talis quidem fuit ejus oratio. Vox autem protinus audita est desuper, dicens : Amen, Amen, Hermyle, post tres dies liberaberis a præsentibus molestiis : præclaras autem et magnificas accipies præsentium laborum remunerationes. Et vox quidem martyri magnam attulit audaciam et animi fortitudinem : lictoribus autem magnum incussit timorem : omnesque repente in terram procidentes, tremebant et trepidabant, adeo ut nec ipse imperator, nec ulli alii fuerint immunes ab animi perturbatione, sed omnes ex æquo moti fuerint : etiamsi D ille præ impietate cæcutiens et gravissime furens, noluerit intelligere ut bene ageret ; nec vitium est aversatus, ut dicam cum divino Davide [5]; nec ullam ejus, qui hæc faciebat miracula, vel minimam acceperit notitiam : sed in carcerem rursus obscurum et tenebricosum lucisque expertem tradidit martyrem.

VI. Sed mentem adhibere oportet orationi, et Dei sapientiæ arcanum intelligere. Hinc enim proficiscitur id, quod est orationis jucundissimum, et est athletæ conjuncturum commilitonem. Is enim, cui in custodiam fuerat sanctus creditus, et qui curam

4 Psal. xvii, 35, 36. 5 Psal. xxxv, 3.

gerebat cæteris, erat ei valde amicus et familiaris. Quis hic est? Stratonicus ille sapiens, qui videbatur quidem eadem sentire quæ amicus, et esse in religione ejusdem sententiæ : nondum autem audebat pietatem libere profiteri. Neque Joseph occultam superaverat disciplinam: se amici tamen misereri, et ejus ægre ferre cruciatus, ostendit multorum oculis. Sed de Stratonico quidem in præsentia dicere differemus, ea enim persequitur oratio, quæ ad divinum pertinent Hermylum, nec patitur eorum abrumpi consequentiam. Martyri ergo Hermylo ingredienti carcerem, hæc opportune canebantur et prudenter: *Dominus illuminatio mea et Salvator meus : quem timebo? Dominus protector vitæ meæ: a quo trepidabo? Deum appropinquant super me nocentes, ut edant carnes meas. Qui tribulant me et inimici mei, ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum. Si insurgat adversus me bellum, in hoc ego sperabo* [6]. Sic dixit : et statim dux mirabilis desuper in ipsum erumpit ad confirmandum id, quod canebatur: et vox rursus illinc est audita, jubens athletam bono esse animo : et psalmum similiter confirmans, et sicut erat ei pollicitus, post tertium diem finem esse venturum.

καὶ τῆς περὶ τὸ δεσμωτήριον ἀσφαλείας, ἣν τοῖς μάλιστα φίλος ἦν αὐτῷ καὶ συνήθης. Τίς οὗτος ; Στρατόνικος ὁ σοφὸς, ὃς ἐῴκει μὲν τὰ αὐτὰ τῷ φίλῳ φρονεῖν καὶ περὶ τὸ σέβας εἶναι ὁμόδοξος · οὔπω δὲ καὶ τὴν εὐσέβειαν ἐτόλμα παῤῥησιάσασθαι, οὐδὲ τὴν Ἰωσὴφ κεκρυμμένην ὑπερβέβηκε μαθητείαν, συμπάσχων δὲ ὅμως τῷ φιλουμένῳ καὶ περιαλγῶν αὐτῷ τῶν κολάσεων, δῆλος γίνεται πολλῶν ὀφθαλμοῖς. Ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ Στρατονίκου φημὶ τοῦ σοφοῦ τέως ἀναμεινάτω · ἔχεται γὰρ ἔτι τῶν κατὰ τὸν θεῖον Ἑρμύλον ὁ λόγος, καὶ διακοπῆναι τὴν ἀκολουθίαν αὐτῶν οὐκ ἀνέχεται. Τῷ μάρτυρι τοιγαροῦν Ἑρμύλῳ εἰσιόντι τὸ δεσμωτήριον, εὐκαίρως ταῦτα καὶ συνετῶς ὑπεψάλλετο · Κύριος φωτισμός μου καὶ Σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι ; Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω ; ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ κακοῦντας τοῦ φαγεῖν τὰς σάρκας μου, οἱ θλίβοντές με καὶ οἱ ἐχθροί μου αὐτοὶ ἠσθένησαν, καὶ ἔπεσαν. Ἐὰν παρατάξηται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολὴ, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου, ἐὰν ἐπαναστῇ ἐπ' ἐμὲ πόλεμος, ἐν ταύτῃ ἐγὼ ἐλπίζω. Οὕτως ἔφη, καὶ αὐτίκα φῶς ἄνωθεν αὐτῷ θαυμαστὸν ῥήγνυται, πρὸς βεβαίωσιν τοῦ ὑπαδομένου, καὶ φωνὴ πάλιν ἐκεῖθεν ἠκούσθη, θαρρεῖν τε τῷ ἀθλητῇ ἐγκελευομένη, καὶ τὸν ψαλμὸν ὁμοίως πιστοῦσα, καὶ κατὰ τὴν ἤδη γενομένην ἐπαγγελίαν, ἕξειν τὸ τέλος μετὰ τρίτην ἡμέραν αὐτῷ προσαγγέλλουσα.

VII. Sequenti autem die cum procedendum esse significasset Licinius, et præsedisset in tribunali, proclamari jussit per præconem, ut duceretur Hermylus. Ille vero læto animo, ductus est lætis oculis, et cor habens plenum lætitia: externus enim aspectus hoc aperte significavit. Subridens autem et caput movens Licinius, et veluti sanctum aperte ludificans : Age, inquit, quam tibi conducibilis fuit illa obscura custodia? Quomodo hoc, quod intercessit, spatium tibi revera attulit aliquam sententiæ mutationem, et persuasit jussis cedere imperatoris, et diis reddere ea, quæ debentur, an adhuc nobis opus erit tormentis adversus tantam tui cordis duritiem? Martyr autem : Mihi quidem, inquit, tetrum illud et tenebricosum domicilium magnam lucem conciliavit : et nunc mea versatur anima in tranquillitate et voluptate, et inexplicabili illuminatione, quæ futuri mihi spem bonam porrigit. Ego autem valde miror, quemadmodum quæ in te habitant tenebræ, nullam suscipiunt mutationem : sed semper profundæ et concretæ insident tuis animæ oculis, quæ nequaquam sinunt aspicere veritatem. Cum tam aperte impietatem imperatori exprobrasset, Licinius illi vehementer et cum magna respondens acerbitate: Nihil aliud, inquit, ut videtur, didicisti, nisi solummodo appetere contumeliis: quod quidem est linguæ intemperantia, et animæ audacia, et ut semel dicam amentia. Sed tamen responde, et dic aperte: Diisne sacrificabis, et nobis cedes sic imperantibus, an te uti oportet ut mereris? Christi autem mar-

Ζ'. Τῇ δὲ ἑξῆς πρόοδον ὁ Λικίνιος παραγγείλας, καὶ προκαθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἄγεσθαι τὸν Ἑρμύλον ἐπεφώνει διὰ τοῦ κήρυκος · καὶ ὃς ἤγετο φιδρᾷ ψυχῇ, φαιδροῖς ὄμμασι, πλήρης ἡδονῆς τὴν καρδίαν · τοῦτο γὰρ ἡ ἔξωθεν ὄψις ἐσήμαινεν ἐκφανῶς. Ὑπογελῶν δὲ καὶ τὴν λευκὴν κινῶν ὁ Λικίνιος, καὶ φανερῶς ὥσπερ κατειρωνευόμενος τοῦ ἁγίου, Δεῦρο δὴ, ἔφη, πῶς· ἆρα σοι τὸ σκοτεινὸν ἐκεῖνο συνεβάλετο φρούριον ; πῶς σοι τὸ μεταξὺ τοῦτο διάστημα ἤπου μεταβουλήν σοί τινα τῆς γνώμης εἰργάσατο, καὶ βασιλικοῖς ἔπεισε προστάγμασιν εἴξαι, καὶ θεοῖς ἀποδοῦναι τὰ ὀφειλόμενα ; ἢ δεήσει καὶ ἔτι βασάνων ἡμῖν πρὸς πολλὴν οὕτω καρδίας ἀντιτυπίαν ; Καὶ ὁ μάρτυς, Ἐμοὶ μὲν, ἔφη, καὶ τὸ πνιγηρὸν ἐκεῖνο οἴκημα καὶ ζοφώδες μεγάλου φωτὸς ἐγένετο πρόξενον, καὶ νῦν γαληνή μου καὶ ἡδονὴ τὴν ψυχὴν ἔχει, καὶ φωτισμὸς ἄῤῥητος χρησταὶ ὑποστάσεις μοι τὰς ἐλπίδας. Ἐγὼ δὲ ἐπί σοι καὶ λίαν ἔχω θαυμάζειν, πῶς μεταβολήν τινα τὸ ἐνοικοῦν σοι σκότος οὐχ ὑπομένει, ἀλλὰ ἀεὶ βαθύτατον σοῦ καὶ πεπηγὸς τοῖς τῆς ψυχῆς ἐγκάθηται ὀφθαλμοῖς, οὐδαμῶς ἐῶν ἀναβλέψαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Οὕτω φανερὰν ἀσέβειαν τῷ βασιλεῖ τοῦ μάρτυρος ὀνειδίσαντος, σφοδρῶς ἐκεῖνος καὶ μετὰ πολλῆς πικρίας ὑπολαβών, Ὡς ἔοικεν, ὑβρίζειν μόνον μεμαθηκας, ἔφη, ὅπερ ἐστὶ γλώττης ἀκολασία, καὶ ψυχῆς θρασύτης, καὶ τὸ ὅλον ἀπόνοια. Πλὴν ἀλλὰ ὅμως ἀποκρίναι, καὶ λέγε σαφῶς · θύεις τοῖς θεοῖς καὶ ἡμῖν ὑπείκεις οὕτω προστάττουσιν, ἢ χρῆσθαί σοι προσῆκει καθὼς ἄξιον ; Καὶ ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Ἑρ-

[6] Psal. xxvi, 1-4.

μύλος, Ἔχεις, ἔφη, τὰς ἀποκρίσεις, ὦ βασιλεῦ, καὶ τούτων οὐδὲν ἀκούσεις παρ' ἐμοῦ πλέον, ποίει λοιπὸν ὃ βούλῃ, καὶ πείρανε τὰ νενομισμένα.

Η'. Ἐντεῦθεν ὀξὺ χολωθεὶς ὁ Λικίνιος κελεύει ῥάβδοις αὐτὸν τὸ σχῆμα τριγώνοις ὕπτιον διατεθέντα κατὰ τῆς γαστρὸς τύπτεσθαι. Ἦν μὲν οὖν βάσανος αὕτη χαλεπὴ λίαν, καὶ σωμασιν ἀνθρωπίνοις ἥκιστα φορητή. Αἱ γὰρ γωνίαι τῶν ῥάβδων οἷά τις ἠκόνηντο μάχαιρα, καὶ σφοδρῶς ἤπτοντο τῶν σαρκῶν. Ἦλγεν ἀλλὰ καὶ οὕτως ἀνηλεῶς τυπτομένῳ τῷ ἀθλητῇ ἓν παραμύθιον ἦν τὸ κατὰ νοῦν ἀτενίζειν Χριστῷ, ἓν εὐμενὲς φαρμακον. ἡ πρὸς ἐκεῖνον εὐχὴ, ἣν ἡδέως ἐπετάττεται πληγαῖς, Κύριε, λέγων, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. Καὶ ὃς ταχὺς αὐτῷ παρίσταται, ῥᾷόν τε τὰς ὀδύνας φέρειν ποιῶν, καὶ τὴν τελοίωσιν εὐαγγελιζόμενος. Ὁ βασιλεὺς τοίνυν ἅτε τὸν θυμὸν ἐκ τοῦ μὴ πείθειν παρωξυμμένος, καὶ τὴν καλὴν ἐκείνην ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας τοῦ ἀθλητοῦ ἔνστασιν, ὀλιγωρίαν εἶναι τῆς αὐτοῦ ἐξουσίας ὑπολαμβάνων, ἔμενεν ἔτι κολάζων καὶ πρὸς βίαν πείσειν αὐτὸν οἰόμενος. Ὅθεν καὶ ὄνυξιν ἀετῶν τὴν αὐτοῦ γαστερα προσέταττε διαπείρασθαι, μέχρις ἂν ὀφθαλμοῖς ἴδῃ, φησὶν, αὐτὸς ἑαυτοῦ καὶ τὰ ἔγκατα. Ἐφ' οἷς ὁ μάρτυς, Ἡ καρδία μου καὶ ἡ σάρξ μου, ἔλεγεν, ἠγαλλιάσαντο ἐπὶ Θεὸν ζῶντα, ὡς ἐκ στόματος καὶ πιότητος ἐπλήσθη ἡ ψυχή μου, καὶ χεῖλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως, τὰ δὲ ἐντεῦθεν πῶς;

Θ'. Ὁ τύραννος μὲν ἐσκέπτετο φυλαχῇ καὶ αὖθις δοῦναι τὸν ἀθλητήν, ὥστε πικρότερον πάλιν αὐτὸν τιμωρήσασθαι. Στρατόνικος δὲ καλὸς (ἥκει γὰρ ὁ λογος εἰς πέρας ἀγαγεῖν τὴν ἐπαγγελίαν), οὕτω πάσχοντα τὸν Ἑρμύλον ὁρῶν, καὶ ἀμύνειν ὅλως οὐκ ἔχων, ὅπερ εἶψεν ἐποίει· καὶ τῷ φίλῳ συνέπασχε, καὶ ἦλγει πικρῶς, καὶ τὸ πρόσωπον εἶχε συμπεπτωκὸς, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀστακτὶ προΐει τὸ δάκρυον. Ὅθεν οὐδὲ διέλαθεν οὕτως ἔχων, ἀλλὰ τῶν συστρατιωτῶν τινες ἐπλυπον τὸν ἄνδρα καὶ σκυθρωπὸν ὁρῶντες, καὶ τοῦ πράγματος τὴν αἰτίαν φωράσαντες, τῷ βασιλεῖ προσελθόντες, Στρατόνικος, λέγουσιν, ὦ βασιλεῦ, Στρατόνικος ὁ δεσμοφύλαξ δῆλός ἐστιν Ἑρμύλῳ τῆς πλάνης, καὶ τοῦ Χριστιανισμοῦ κοινωνῶν. Φαίνεται γὰρ συναχθόμενος, καὶ πολλὴν ὑπὲρ αὐτοῦ τρέφων τὴν λύπην εἰς τὴν ψυχήν. Ὁ δὲ μεταστειλάμενος εὐθὺς τὸν Στρατόνικον, εἰ φίλος εἴη τοῦ Ἑρμύλου διεπυνθάνετο. Καὶ ὁ μαθητὴς τῆς ἀληθείας οὐδαμῶς διεψεύσατο, οὐδὲ ἠνέσχετο καὶ ἔτι ἀγεννῆ καὶ ἄτολμον ἑαυτὸν ἀποφαίνειν, καὶ κρύπτειν παρ' ἑαυτῷ τὴν εὐσέβειαν. Ἀλλὰ καιρὸν εἶναι ὑπολαβὼν τοῦ τὴν ἄπρακτον ταύτη θεογνωσίαν ἐνεργὸν γενέσθαι, καὶ πολὺν αὐτῷ τὸν καρπὸν μνηστεύσασθαι δι' ὁμολογίας, φίλον ἑαυτὸν Ἑρμύλου καὶ Χριστιανὸν εὐθέως ἀνωμολόγει, καὶ πολλῆν τῶν τὰ εἴδωλα σεβόντων καταγινώσκειν τὴν ἄνοιαν Φοβοῦμαι γὰρ, ἔφη, μόνον ἐγὼ τὸν Θεὸν, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

tyr Hermylus: Habes, inquit, responsa, o imperator, et nihil ex iis a nobis amplius audiveris: fac deinceps quod velis, et exsequere ea quæ statueris.

VIII. His ita percitus Licinius, jubet eum porrectum supinum virgis figura triangulis in ventre verberari. Et erat quidem hoc grave tormentum, et corporibus humanis minime tolerandum. Anguli enim virgarum, non secus ac quidam enses, carnes vehementer tangebant. Sed athletæ, etiam cum verberaretur tam immisericorditer, unum erat solatium, nempe Christum fixis oculis aspicere. Unum benignum medicamentum preces quas ad illum fundebat, quibus plagis jucunde aspergebat, dicens: *Domine ad adjuvandum me festina* [7]. Ille vero cito ei adfuit, et faciens ut ferret dolores facilius, et annuntians ejus consummationem. Imperator igitur, ut qui esset irritatus eo quod non pareret, et egregiam illam athletæ pro pietate constantiam existimaret esset suæ contemptum potentiæ, manebat adhuc puniens, et vi eum esse persuasurum arbitrans. Quocirca jussit ejus ventrem perfodi aquilarum unguibus, donec suis, inquit, oculis sua videat intestina. Propter quæ dixit martyr: *Cor meum et caro mea exsultaverunt in Deum vivum* [8]. *Sicut ex adipe et pinguedine repleta est anima mea, et labiis exsultationis laudabit os meum* [9]. Et hæc quidem sic. Quæ autem sunt deinceps consecuta, quomodo?

XI. In animo quidem habebat tyrannus eum rursus dare in custodiam, ut eum rursus puniret acerbius. Egregius autem Stratonicus (jam enim postulat oratio ut ad finem deducam promissum), cum vidisset Hermylum sic patientem, nec ei posset omnino opem ferre, faciebat id quod poterat: amici miserabatur, et acerbum dolorem capiebat vultusque ejus conciderat, et ex ejus oculis guttatim profluebant lacrymæ. Quo factum est, ut, cum sic se haberet, non potuerit latere: sed cum quidam ex commilitonibus eum tristem vidissent et mœrentem, et causam rei deprehendissent, ad imperatorem accedentes: Stratonicus, inquiunt, o imperator, Stratonicus, custos carceris, aperte ostendit se erroris et Christianimi societatem habere cum Hermylo. Videtur enim ejus misereri, et ejus causa in animo magnum dolorem concipere. Ille vero cum statim accersivisset Stratonicum, rogavit an esset amicus Hermyli. Discipulus autem veritatis minime est mentitus, nec sustinuit ignavam et pusilli abjectique animi pietatem apud se occultare. Sed tempus esse arbitratus, ut hæc Dei otiosa cognitio prodiret ad opus, et magnum sibi pararet fructum per confesionem, se esse amicum Hermyli, et Christianum protinus est confessus, et eos qui colunt simulacra, magnæ condemnat ignorationis. Timeo enim, inquit, ego solum Deum, qui fecit cœlum et terram.

7 Psal. LXIX, 2. 8 Psal. LXXXV, 2. 9 Psal. LXII, 6.

X. Ad hæc movetur imperator, et jubet eum gravissimum subire supplicium. Id autem erat, ut ex illis virgis plagas nudo toto corpore acciperet: atque eo usque, donec ipsa vox eum deficeret. Et sic quidem Licinius. Martyr autem, etsi esset tot malis implicatus, amicum fixis aspiciebat oculis, et eum vocabat, eoque utebatur ad Christum intercessore, dicens: Hermyle, ora pro me Christum, ut cum erga ipsum firmam ac stabilem servavero confessionem, possim facile superare tyranni insidias. Interim autem ipsum quoque ludificabatur Licinium, cæcis diis sacrificare prohibens, et veri Dei vindictæ ei terrorem incutiens, in cujus manus incidere, vere terribilem habet, et inevitabilem perfectumque interitum. Licinius autem cum vidisset sanctum Stratonicum satis saucium, parcit eum amplius punire: non quod humana mens et clemens animus cum moveret ad misericordiam sed ut ei locum daret pœnitentiæ, cum eum prius tormento terruisset. Et ideo eum in præsentia tradidit in custodiam. Ille vero etsi esset in custodia, Jesum ducebat suam esse consolationem, et cum eo per preces colloquebatur: *Domine*, dicens, *ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum* [10]. Fer opem nobis, Deus Servator noster, propter gloriam nominis tui. Et simul vox divina est consecuta, dicens: Cursum consummavistis, fidem servastis. De cætero est vobis reposita corona justitiæ, quam cras accipietis.

1. Primum ordinis monastici institutorem agnoscit Palæstina S. Hilarionem, magni Antonii discipulum. «Necdum enim, inquit S. Hieronymus in illius Vita, tunc monasteria erant in Palæstina: nec quisquam monachos ante S. Hilarionem in Syria noverat: ille fundator et eruditor hujus conversationis et studii in hac provincia fuit.» Et mox: «Itaque ejus exemplo cœperunt ibi esse innumerabilia monasteria, in quibus monachorum admiratus est S. Basilius Epist. 79 ad Eustathium, episcopum Sebastiæ, tum in servanda diæta temperantiam, tum in observandis laboribus tolerantiam; ad quorum obstupuit precandi vigorem, cum observaret quo pacto nec somno victi, nec alia naturæ necessitate deflexi, sublimem semper et invictum animi sensum in fame et siti, in frigore et nuditate servarent,» etc. His consentanea scribit Sozomenus lib. VI Histor. Eccl. cap. 32, et monachorum complures sanctitate celebres nominatim recenset; de quibus nos alibi, et potissimum 28 Septemb. de S. Charitone, qui S. Hilarioni coævus, prima monasteria in eremo sanctæ civitatis, de quibus mox, exstruxit: et 28 Maii, quo die sancti monachi ibidem a Saracenis occisi coluntur. Hos memorat Cassianus collat. 6, cap. 1: «Summæ vitæ ac sanctitatis monachos diutissime commoratos juxta Thecue vicum, sex millibus passuum a Bethlehemo, in solitudine vastissima, quæ ducit versus Arabiam et mare Mortuum.» De horum spontaneo ministerio, quo «per extenta avia discurrentes, et eremum, quæ versus mare Mortuum tenditur, obeuntes, festucas tenues et spinulas lignorum ad cibos coquendos colligebant,» agit idem Cassianus lib. IV Institut, cap. 21, adeoque de regula horum monasteriorum in solemnitate Tertiæ, Sextæ Nonæque disserit ibid. lib. III, cap. 1 et 3. Quæ de monachis, qui in hisce partibus aut S. Euthymium præcesserunt, aut ei nondum condita laura convixerunt, verisimile est a Cassiano narrari.

2. Celebris tum erat laura Pharan, itemque Succæ veteris: ambæ cum tertia ad Jordanem a S. Charitone exstructæ: illa «sex militaribus versus orientem via Hierichuntina distabat Hierosolymis, a vico decem inde stadiis ad solem orientem sito appellata.» Hæc erat in ante dicta ultra Thecue solitudine, circa quam Theocorum monasterium fuit, sive Thecoum, de quo num. 86 et 124, atque ex ejus ruinis laura nova, in qua Cyrillus Vitam S. Euthymii conscripsit, paulo post annum Chr. 500 exstructa est. Haud ab ea longe ad speluncam Saulis, in eremo olim Engaddi, tum Ziphon dicta, monasterium S. Euthymius construxit. At non diu isthic moratus est. Ad viam Hierichuntinam potissimam vitæ partem exegit: primo in cella extra lauram Pharan, post in cœnobio inferiore, cui S. Theoctistum præfecerat, decem millibus passuum a sancta civitate, denique in laura quæ Sancti Euthymii dicta est, atque ab inferiore sancti Theoctisti cœnobio tribus millibus passuum versus meridiem distabat ad dexteram viæ Hierichuntinæ. Hinc triginta stadiis aberat Turris ab Eudocia imperatrice infra num. 84 erecta, ubi monasterium Scholarii dein exstruxit S. Sabas, qui in subjecta circumquaque valle duo alia monasteria, et potissimum «angelico ductu» ad Torrentem primariam suam lauram condidit: a qua triginta quinque stadiis distabat, Hierosolymæ propinquis, cœnobium S. Theodosii: at nonaginta versus interiorem solitudinem Susacim S. Quiriaci, juxta quod «fluvii Sucæ et novæ lauræ ambo conveniunt, qui illi feruntur de quibus *Christo* dictum a Davide: Tu siccasti fluvios Ethan (*Psal.* LXXVII, 15.),» ut ad Vitam S. Theodosii dictum est 11 Januarii, num. 18 et 19 in Prolegom. Hæc aliaque plurima harum regionum monasteria dicuntur in concilio Constantinopolitano sub Agapeto papa et Menna patriarcha ann. Ch. 536 habito, itemque a Joanne Moscho, aliisque scriptoribus, «sancta Christi veri Dei nostri loca, et monasteria eremi sanctæ civitatis.» Hinc corrigendus Franciscus Quaresmius tom. II Elucidationis Terræ sanctæ lib. VI, peregrinat. 3, cap. 9, ubi asserit «in laura S. Sabæ ostendi cellam S. Euthymii aliorumque qui in ea doctrina et vitæ sanctitate floruerunt;» cum procul inde propria laura obierit; diu ante lauram S. Sabæ exstructam, ut mox § 4 patebit.

3. Disputat ibidem Quaresmius de monasterii et lauræ distinctione, asseritque «illa duntaxat cœnobia, quæ amplius mille monachos continebant, lauram appellari:» ita se a Græcis accepisse, sed modernis nec fidei bonæ, et omnis antiquitatis ignaris. Certe cum laura S. Euthymii non cederet lauræ Pharan, ut liquet ex hujus vita num. 41, imo prospera et felix esset, et ejus amplificaretur multitudo, num. 45, deductus est fratrum numerus ad quinquaginta. «Et sub «S. Saba in tantum congregatio crevit,» ut in laura ejus primo «septuaginta Christo servientes congregarentur:» quo numero duplicato deinde fuerunt centum quinquaginta. An-

etiam ultra numerus est : haud eo tamen ut tontadas aliquot expleret. Sanctus quoque Genus, infra num. 89, « maximam in Jordanis soine lauram, quæ non pauciores quam septuanachoretas habebat construxit. » Contra obium S. Theodosii amplissimum erat, in quo uor distinctæ erant ecclesiæ. Ex universæ ii plurimis monasteriis ad decem millia monaum an. Chr. 516 Hierosolymam convenerunt; us præerant SS. Theodosius et Sabas, univera Salustio patriarcha inspectores designati. uibus iterum Quaresmius corrigendus, dum 10 millia monachorum hinc inde per cellas ac ncas sparsa solitariam egisse vitam, alia uor in monasterio, quorum abbas fuerit S. Sa- Septem ipse, Euthymius tria, plura ipsorum puli, majores et coævi ædificarant seu monaa seu lauras; quæ differebant, « quod in cœis illi viverent qui vitam exercebant commu- ; in lauris vero, qui a congressione separatam ietam. » Ita Cyrillus in Vita S. Sabæ. Atque num. 45 et 98 in laura S. Euthymii unicuique edificata cella; et cellæ fratrum erant a se in- m in media solitudine sejunctæ. Et S. Gerasi- in medio lauræ cœnobium collocavit, in quo achi primo exercebantur, quos, cum ad peronis mensuras pervenerant, in cellis lauræ cabat; eosque anachoretas appellabant in um sortem non cooptabantur juvenes aut im- es; ideoque a S. Euthymio missus est S. Sad monasterium S. Theoctisti, et S. Quiriacus onasterium S. Gerasimi, et S. Sabas, S. Euthyxemplo, imberbes ablegabat ad cœnobium heodosii. De laura ita Suidas : Καὶ Λαύρα ἡ κατοικία τῶν μοναχῶν. « Laura enim angusta achorum domus. »

Eadem ratio vivendi anachoretis in hisce s, quæ Nitriensibus anachoretis in Ægypto, ripta a Palladio in Historia Lausiaca cap. 69, ffino lib. II de Vitis Patrum cap. 21. « Habiinquit Palladius, locum desertum et habent s magno inter se intervallo disjunctas, ut nulpossit procul agnosci ab altero, neque cito ri, nec vox audiri; sed degunt in multa quiete, quisque per se inclusus. Solum autem Sabet Dominico congregantur in ecclesiis, et se em excipiunt. » Conformia his referuntur infra . 89, et in Vita S. Sabæ. Nec mirum, cum m hic viguerit disciplina quæ apud Ægyptios. festus dies S. Antonii, tanquam communis ni, solemni vigilia ab hisce peragebatur, ut inum. 106, et in Vita S. Sabæ indicatur. S. Euius virtutes S. Arsenii tum in Ægypto viventis abatur, aut etiam in aliquibus superabat, num. os exemplo monachorum Ægyptiorum a vitiis rrebat, atque ad virtutem incitabat, nûm. 51 et Denique Nitrienses monachos Martyrium et n, qui deinde patriarchæ Hierosolymorum fue-, ad se confugientes, persecutionem movente A Timotheo Æluro, benigne excepit et fovit, num. 94.

§ II. *Euthymii sanctitas, dies natalis.*

5. Exercitationis monasticæ disciplina omnis per universas Orientis orbisque adeo reliqui provincias, Antonii Magni est institutione fundata: proprium tamen ac peculiarem, qui in eremo sanctæ Civitatis degebant, si non auctorem ac parentem, ascetici certe curriculi exercitatorem morumque ad cœlestia studia formandorum magistrum magnum Euthymium agnoscebant, vitamque ejus velut absolutum religiosæ virtutis exemplar sequebantur. Quare cum soleret, teste Cyrillo in Vita S. Sabæ, Euthymius quarto decimo Januarii semper proficisci in vastam solitudinem, et illic versari in divinis diebus jejuniorum, nulli se videndum præbens, et neminem alloB quens; hoc quoque solebat B. Sabas facere consequenter, tempore solum parum mutato, quandoquidem illo quatuordecimo, sicut diximus, hic autem vicesimo die mensis secedebat. Nam post divini Antonii memoriam, magni Euthymii diem festum vicesimo die mensis celebrans Sabas, sic se conferebat ac solitudinem, et illic morabatur usque ad festum Palmarum, non secus atque ille. Viguit, inquit Nicephorus, lib. XIV, cap. 30, in ascetica palæstra præcipuus et vita monastica illustris magnus Euthymius, qui solitudinem in urbis formam redegit, imo canon fuit et formula instituti monastici, ut § sequenti dicetur. Corporis ejus exuvias, haud diu postquam vita functus est, in sacram ædem honorifice transtulit Anastasius patriarcha, infra num. C 112, ad quas illius successor Martyrius præclaram egit synaxim et vigiliam, cum multis lampadibus et suffitibus, num. 122, imo festivitas miraculi ad eas facti quotannis celebrabatur, num. 153.

6. Syros imitati Græci, apud quos festivitate admodum solemni celebrabatur in Sanctissima Magna ecclesia Constantinopolitana, ut docent eorum Menæa, et Anthologion auctoritate Clementis VIII editum, ac Maximus Cythereus; in quibus hoc Vitæ ejus compendium exstat: « Sanctus hic magnus Pater noster Euthymius vivebat imperante Trajano (*Lege* Marciano), Melitinæ Armeniæ metropolis ex nobilibus ortus parentibus Paulo ac Dionysia; et quemadmodum magnus ille Joannes, ex sterili et infecundo utero editus: unde et nomen per promissionem accepit. Cum D enim parentes prolem sibi dari precarentur, vox cœlitus missa est, quæ eos εὐθυμεῖν, id est, læto et alacri animo esse juberet. Patre mortuo, a matre ad Otrejum Magnum Melitinæ episcopum adducitur, atque ab eo ordini clericorum ascribitur. Cum deinde ad sacras disciplinas adhibitus, æquales omnes et vitæ religiosæ exercitatione et virtutum profectu antecelleret, quamvis invitus sacerdotio initiatur, et sacrorum monasteriorum curam suscipit. Anno deinde ætatis nono et vicesimo Hierosolymam proficiscitur, et cum S. Theoctisto in quadam montis spelunca degit, ubi graves a multis morbos depulit. Dicitur hic in nomine Domini pau-

cis et exiguis panibus, quadringentos, qui ad monasterium de via diverterant, pavisse. Non solum vero ipse divina virtute parentum suorum soluta sterilitate natus est; sed alias complures matronas prole carentes, suis precibus fecundas reddidit. Ipse quoque, ut olim magnus Elias, cœli januas aperuit, et terræ sterilitate et siti laboranti subvenit. Prodidit etiam ejus internam claritatem columna ignis, quam eo incruentam hostiam offerente videre qui circumstabant e cœlo descendentem, et sancto astantem toto sacrificii tempore. Ejus porro sanctissimæ et purissimæ mentis id est argumentum, quod eorum qui ad divinæ communionis participationem accedebant statum pervidebat, et quis eorum pura, quis mala conscientia esset. Hic cum nonaginta septem esset annorum, migravit ad Dominum, Leone Magno imperante. Forma erat eximia, sinceris moribus, colore candido, senectute decora et venerabili, cana cæsarie, barba usque ad femora promissa. Fertur de ipso, quod cum monachus quidam morti proximus esset, qui temperans ac continens vulgo credebatur, revera autem non erat, sed contra lascivus, vidit beatus angelum tridente animam ejus evellere, vocemque una audiit, occultam turpitudinem illius monachi prodentem. Celebratur ejus festum in sanctissima Magna ecclesia.» Hæc Menæa. Quæ hic de lascivo monacho narrantur, deerant in Gentiani versione, suppleta ex ms. Græco, in quo Euthymius hæc narrat se ab Ægyptiis accepisse, ut num. 65 patet.

7. Præter Magni cognomen, quod ei ab omnibus tribuitur, etiam Theophorus appellatur a quibusdam. In *Horologio Græcorum* : τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου τοῦ μεγάλου. *Monologium* a Canisio editum : «Sancti et deiferi Patris nostri Euthymii magni.» Referunt eumdem, *Monologium* Christophori proconsulis Mitylenæi, et *Kalendarium* a Genebrardo vulgatum. E Latinis ita Molanus in Addit. ad Usuardum : « Die vicesima sancti et Theophori Patris Euthymii magni.» Hinc occasio Ferrario in Catalogo generali sanctorum hallucinandi, sanctumque aliquem Theophorum ab Euthymio diversum statuendi. «In Palæstina, inquit, hoc die S. Theophori confessoris,» citatque *Menologium Græcorum*. De Euthymio ita tabulæ Romanæ : «In Palæstina natalis S. Euthymii abbatis, qui zelo Catholicæ disciplinæ et virtute miraculorum, tempore Marciani imperatoris, in Ecclesia floruit. »

§ III. *Vita S. Euthymii.*

8. Vitam S. Euthymii scripsit Cyrillus. Nomen ipse suum in epilogo num. 163, prodit. Baronio an. Ch. 475, num. 43, prædicatur diligens et veritatis cultor, et illorum temporum florens historicus. De quo et antea ad an. 391, num. 15, pronuntiarat : «Liceat absque invidia dicere, me neminem reperisse post SS. Athanasium atque Hieronymum, qui majori fide scripserit sanctissimorum virorum res gestas, digerens eas atque distinguens accurate per tempora, ac ipse Cyrillus: dum, quæ ipse vidit, vel sanctorum omni probitate præstantium virorum relatione didicit, absque levi suspicione mendacii, sinceram veritatem veluti sacrosanctum depositum posteris tradidit, nempe Acta Euthymii, itemque Sabæ et Joannis Silentiarii. In S. Euthymii Actis, quæ a num. 135, narrat miracula, ipse coram facta conspexit, reliqua a variis Patribus accepisse se testatur. Non enim discipulus fuit S. Euthymii, ut Baronius citato num. 43, opinatur, aut sæculo quinto vixit, ut idem an. Ch. 420, n. 31, scribit; sed sæculo sexto an. Ch. 530 aut sequenti puer ad S. Sabam a parentibus Scythopoli, unde oriundus erat, adductus, ab eo in discipulum meruit coeptari, et a metropolita tonsus in ecclesiastico gradu constitui. Ad S. Euthymii monasterium, in quod laura commutata erat, venit an. 543 ut infra n. 135, et in Actis SS. Sabæ et Joannis Silentiarii ipsemet de se narrat.

9. Ab hoc tempore quæ de S. Euthymio Patres et seniores illi narrarunt, ut ait num. 18, 135 et 161, conscripsit accuratissime, confuse tamen tamen et inordinate : at post quintam synodum Constantinopoli an. Ch. 553 habitam, in laura nova duos annos continuos cœptum opus est prosecutus, cum SS. Euthymii et Sabæ sibi apparentium beneficio divinitus consecutus esset gratiam gesta eorum apte conscribendi. Patres vero, qui ei pleraque de S. Euthymii virtutibus commemorarunt, fuere S. Quiriacus, seu Cyriacus, S. Joannes Silentiarius, hujusque socius Thalelæus, de quo n. 71, plura. Cum S. Joanne ejusque discipulis habebat juvenis notitiam, quod hi Scythopoli ad ædes parentum ejus diverterent, tanquam ad proprium xenodochium, et annuam benedictionem, sive eleemosynam, acciperent ab ejus parentibus pro cœnobio et partibus lauræ ; ex quo Sabas cum iis, ut diximus, egerat. Deinde hujus consilio ad monasterium S. Euthymii venit, ut narrat ipse de se Cyrillus infra num. 136, et in Vita S. Joannis, ad quem deinde e monasterio S. Euthymii discessit ad S. Sabæ lauram, et factus est ei minister litterarum ad S. Quiriacum. Hunc autem convenit in laura Sucæ veteris; qui ubi intellexit Cyrillum esse monasterii magni Euthymii, cum magno protinus gaudio: Ecce, inquit, o frater, tu es ejusdem, cujus ego cœnobii (nam e manibus S. Euthymii monastico indutus fuerat habitu); et cœpit oratione persequi res gestas SS. Euthymii et Sabæ. Ille autem cum eas aperte didicisset ab hoc B. Quiriaco, conscripsit singula in iis, quos de ipsis scripsit libros, ut illinc quilibet discere potest, si non leviter et aliud agens, sed accurate ea legat (potissimum num. 48, 49, 58, 60 et 76, quibus locis producuntur testes, a quibus ipse plurima Quiriacus didicerat). Atque sic quidem divinus Quiriacus. Cum hoc autem sermone et his narrationibus suum implevisset animum Cyrillus, discessit in pace. Sed cum iterum incessisset Cyrillum quoddam desiderium conveniendi Quiriacum, adivit

in Suasim anno ætatis ejus 99, Christi 546. De- A
i quo tempore Cyrillo in nova laura hæ vitæ bien-
ıt·gro erant sub manibus, continen er accedebat
iriacum in antro magni Charitonis, et magnum
ɔc sancto percipiebat emolumentum et utilita-
cum hic tunc centum et septem vitæ annos nu-
ıret. Hæc in hujus Quiriaci Vita 30 Septemb.
ı auctorem opinatur Baronius Cyrillum, quod
adhuc dubium nunc est, istic plenius discutien-
Eumdem existimabat scripsisse Vitam S. Theo-
, quod 11 Januarii nobis haud probari diximus.
. Vitam hanc a Cyrillo conscriptam, intexuit
sanctorum Vitis Metaphrastes 20 Januarii,
ı Latio a Gentiano Herveto donatam vulgavit
sius Lipomanus tom. V et ex eo Laurentius Su-
et in compendium redactam, Zacharias Lip-
ıs, et Franciscus Haræus, eamque variis locis B
uit Historiæ ecclesiasticæ Baronius. Nos eam
ıs collatam cum ms. Græco, sed (pro dolor!)
lo; nam pauca principio deeront, plura sub fi-
a num. 97. Ex hoc ea suppleta, quæ num. 64,
. 66, referuntur, a Gentiano omissa, quorum
a mentio est in Menæis et apud Nicephorum.
uo mox. Prologum præfigimus, qui Vitæ ms.
bæ annexus erat, et huc potius pertinet. Ex-
ɪerat eum Metaphrastes, alio substituto, quod
re solemne, ut passim cernere est toto hoc
ɔ, et jam proximis diebus 22 Januar. in Actis
ıastasii Persæ, et 23 in Actis S. Joannis Elee-
narii. Cætera post prologum genuinus Cyrilli
sunt, et sat sua se conformitate vindicant.
usquam a Vita discrepant S. Sabæ, quam ple- C
ım dabimus 5 Decemb. olim plurimis ante æta-
Metaphrastæ annis Latine redditam, e qua
gum hic restituimus, utpote priori libro præ-
ı ab auctore. Nam secundum librum oratio-
ɪe ipse Cyrillus Vitam S. Sabæ indigitat in
ı Sabæ et S. Joannis Silentiarii Actis, hæcque
ım locum occupant.

Euthymii meminit Nicephorus Callistus lib. XIV
ı locis; nominatim isthæc scribit lib. XIV, cap.
ı Sub eodem Marciani imperio magnus etiam
ı inclytus Euthymius in Palæstina excelluit.
sub Valente quidem ex promissione natus, a
ıo autem Otreio et Acacio Melitinensis Eccle-
piscopis rite doctus atque eductus: deinde in
ɔyterorum ordinem allectus, sacrarum tantum D
ın curam gessit. Postea in Palæstina una cum
rando Theoctisto in antro quodam virtutis sta-
fficinam, multisque et variis cellis, sanctioris
sophiæ mellis stipandi gratia constructis, in-
condidit monasterium. In tantum autem vir-
ɔnituit, ut cum canon esset et formula instituti
ıstici, tum miraculis etiam edendis præclarum
ɛret nomen. Nam Persarum cujusdam tribuni
ı morbo liberatum ad incolumitatem reduxit,
ɔli januas aperuit, atque sterili terræ fertilita-
ɔrationibus conciliavit. Effecit etiam, ut ex
issimis plurimi panes fierent, quibus quadrin-

genti viri refecti sunt. Mulieres steriles fecundas reddidit. Cum sacris mysticis operaretur, lux cœlitus perinde atque columna affulgens eum circumdedit, veluti voce emissa quanta vitæ puritate vir is esset indicans. Et quo quisque eorum animo esset, qui ad sacram communionem percipiendam accedebant, per arcanam revelationem perspiciebat; quod clarissimum prorsus sanctimoniæ ejus summæ indicium fuit. Migravit autem vir beatus ad Dominum cum nonaginta et septem annos exegisset, Leone Magno imperante. Vita moderatus, et moribus perquam simplex fuit; colore candidus, et ad femora usque promissam, eamque densam, habens barbam. De quo illud historiæ memorant. Cum monachus quidam moreretur, qui egregiam virtutis et castitatis famam obtineret, impudicus autem prorsus esset, sanctum hunc virum angelum horrenda specie tridente gravi animam illius, crudelem in modum e corpore extrahentem vidisse: et vocem simul cœlitus, occulta turpitudinis facinora aperte revelantem, audisse. Alium quoque pauperem quemdam nudum in solo jacentem ab eo conspectum esse, lacerum prorsus et pannis vilibus obsitum: cujus animam qui multi ei præsto aderant, angeli reverenter evocarint; cui David quoque cum summi concentus cithara sua adfuerit, carminibus illam veluti demulcens atque producens.

§IV. *Ætas S. Euthymii, discipulorum, successorum et sex patriarcharum Hierosolymitanorum.*

12. Historiam S. Euthymii, ejusque successorum, deducit Cyrillus ad sua tempora, quibus acta ejus, S. Sabæ et S. Joannis Silentiarii scripsit. Idem præstitum in Actis S. Quiriaci, sive a Cyrillo, seu quo alio illius æquali et socio. Accurata locorum, ac potissimum temporum et personarum, ratio habita. Indictiones, consulatus, anni imperatorum et patriarcharum Hierosolymitanorum diligenter expressi. Quare operæ pretium duximus eos breviter veluti in tabella ob oculos ponere. Nascitur S. Euthymius quarto consulatu Gratiani an. Ch. 377, indictione V, forte Junio mense, ut ad vitam n. 3. Patre mortuo offertur Otrejo episcopo tertio post anno sub initium Theodosii imperatoris: educatur in studiis: adultus initiatur sacerdotio: abit Hierosolymam anno ætatis 29, Christi 406, habitat juxta lauram Pharan. Quinque in Pharan transactis annis, secedit ad speluncam, an. Ch. 411. Exstruit inferius monasterium S. Theoctisti. Provectior canisque conspersus ædificat aliud monasterium in solitudine Engaddi: lauram, a suo dein nomine cognominatam, condit. Templum lauræ a Juvenale episcopo Hierosolymitano dedicatur, cum annos natus esset 52, a Christi nativitate 429, volveretur. Ephesi synodus œcumenica congregatur an. Ch. 431, 22 Junii, ætatis S. Euthymii 54. Nascitur S. Sabas imp. Theodosio XVII consule, mense Januario an. Ch. 439. Moritur Theodosius Junior an. Ch. 450, sub ejus finem nascitur S. Quiriacus cir-

citer an.Chr. 448.ut qui anno Leonis 9, decimum octavum ætatis agebat, et an. Ch. 475, Martio mense,vigesimum sextum, ut ex ejus et S. Euthymii vita constat.Chalcedone synodus itidem œcumenica celebratur mense Octobri, anno ætatis S. Euthymii 75, Christi 451. Anno Marciani 4, Christi 454,indictione VII,nascitur Joannes Silentiarius. Leo imperator succedit Marciano an. Chr. 457.Sequenti anno Juvenalis excedit e vita et patriarcha ejus loco ordinatur Anastasius, an. Chr. 458. S. Sabas anno ætatis 18, Ch.457,venit Hierosolymam : degit in monasterio S.Passarionis: adit S. Euthymium, anno ætatis hujus 82, Ch. 458, mittitur ad monasterium S.Theoctisti.Hic moritur ætatis S.Euthymii 90, Christi 467, cum decimum jam annum illi Sabas cohabitaret. Theoctisto succedit Maris; huic post biennium, an. Ch. 469 Longinus.Interea venit Hierosolymam S. Quiriacus annos natus 18,Leonis imperatoris anno 9, Anastasii patriarchæ 8, Christi 465 ; hyeme apud Eustorgium Hierosolymis peracta, adit S. Euthymium,ab eo monastico habitu indutus,mortuo jam Theoctisto, mittitur ad S. Gerasimum.

13. Tandem meritis plenus, electo successore Elia,moritur S.Enthymius 20Januarii die Sabbati, noctu, anno 16 imperii Leonis,qui,cum unus jam præteriisset annus post mortem magni Euthymii, etiam excedit e vita; ita infra num.105,109 et 113. Additur in Vita S. Sabæ ms. requievisse anno 15 præsulatus Anastasii.Quæ singula incidunt in annum Ch.473,littera Dominicali G,non annum præcedentem 472, quo eum obiisse scribit Baronius num. 8,quo dies 20 Januarii incidit in diem Jovis, eratque Leonis saltem Januario mense solum decimus quintus annus. Aloysius Lipomanus adnotarat eum obiisse an Ch.475 ; alii alia tradunt : quorum conjectura ex dictis corruit.Alia est difficultas,quod dicatur num.109,venisse in solitudinem circa annos viginti et novem vitæ, ac sexaginta et octo annos in ea transegisse,et excessisse e vita nonagesimo et nono anno ætatis ; cum nonagesimus et septimus ex duobus supra citatis numeris colligatur,quo modo hunc locum Nicephorus lib.XIV,cap. 52,expressit,Ἐξεδήμει δὲ,inquit,πρὸς Κύριον ὁ μακάριον, ἑκατὸν ἐτῶν γεγονὼς, δεόντων μόνων τριῶν. «Migravit ad Dominum B. Euthymius centum annos natus, minus tribus. » Menæa, Anthologion, et Cythereus,etiam anno ætatis 97 mortuum tradunt. At qui natus est anno Ch. 377 atque obiit an. Ch. 473, 20 Januarii,ut probatum est,non omnino integros nonaginta sex vixit. Verum quia Cyrillus tam hic quam in Vita S. Sabæ,quæ ad sequentem indictionem spectant,ad alium etiam annum ætatis, sive Euthymii, seu Sabæ, solet referre; anni primus et ultimus incompleti sunt annumerandi,atque ita exsistent anni 97.Quod vero annus mortis ibidem num. 109 dicatur Christi 465,a more quorumdam Orientalium est,qui æram suam a Christi nativitate octo annis quam nos serius ordiebantur,de qua re legendus Herwartus in Chronologia cap.237. Idem animadvertere est in Vita S.Sabæ ab eodem scripta Cyrillo.

14.Post obitum S. Euthymii S.Sabas anno ætatis 35, Ch. 473,discedit ex inferiori monasterio ad S. Gerasimum.Anno ab obitu S.Euthymii moritur Leo imperator,an.Ch. 474. Succedit Leo Nepos; huic, cum haud diu vixisset, pater Zeno eodem anno Moritur S.Gerasimus (num.95.) 5 Martii, indictione 13, consulatu Zenonis Augusti secundo, an. Ch. 475. S. Cyriacus anno ætatis 27, redit ad lauram S. Euthymii, ibique longo tempore, sive decem annos, moratur, n. 49, et in ejus Vita.Basiliscus ex insidiis invadit imperium an. Ch. 476. Moritur Anastasius patriarcha, anno quinto post mortem Euthymii exspirante,incipiente mense Januario an.Ch.477, peractis in præsulatu 19 annis. Eodem anno Zeno recuperat imperium, et Martyrius creatur patriarcha, ut num.112 indicatur, et in Notis ad caput 20. Eadem repetuntur in Vita S. Sabæ ; qui dicitur inita ante per quemdam Anthum, seu Florum,amicitia cum S.Theodosio Cœnobiarcha, migrasse in speluncam, ubi anno ætatis 40, cœpit discipulos congregare, et lauram condere. S. Joannes Silentiarius fit episcopus in Armenia anno ætatis 28, Christi 481. Interea laura S. Euthymii mutatur in monasterium : dedicationem celebrat Martyrius patriarcha 7 Maii anno ab obitu S.Euthymii 12,post Christum natum 484. Discedit S.Ayriacus e monasterio S. Euthymii an. 485, ad lauram veteris Sucæ,ibique et vicinis locis septuaginta fere annis supervixit, n. 18 et in ejus Vita. Martyrius patriarcha moritur 13 Aprilis indictione IX,an.Ch.486,qui ætatis S. Sabæ erat 48.Martyrio succedit Salustius.Zenonis imperatoris defuncti imperium obtinet Anastasius indictione XIV, qua eadem indictione, 13 Decemb., dedicata est Basilica lauræ S. Sabæ, anno ætatis ejus 53, Christi 491, quo eodem Joannes Silentiarius, relicto episcopatu,10 annis administrato, venit ad lauram Sabæ anno ætatis suæ 38. Vita utriusque. SS. Sabas et Theodosius cœnobiarchæ præficiuntur reliquis monasteriis a Salustio moribundo,qui,expletis patriarchatus annis 7 ac 3 mensibus, obiit 23 Julii, successorem relinquens S.Eliam,cui eam dignitatem prædixerat S.Euthymius n.95. Annus hic erat Christi 493,ætatis S. Sabæ 56. Hic Elias novam Ecclesiam Deiparæ Virginis a Saba exstructam dedicat 1 Julii, indictione IX, an. Ch. 501, ætatis S. Sabæ 63.S.Joannes Silentiarius discedit in Ruban indictione XI, anno ætatis suæ 50, Christi 503,redit ad lauram S. Sabæ, indict. II, anno ætatis 36, Christi 509.

15. Elias, primus monasterii S.Euthymii hegumonus, cum 38 annos eam præfecturam administrasset,moritur an. Ch. 511. Ei succedit Simeon Apameensis; illi triennio post defuncto Stephanus Arabs an. Ch. 514. Migravit e vita teste Cyrillo in Vita S. Sabæ an. Ch. 518. Anastasius Imperator,

1 Julii, et S. Elias patriarcha Hierosolymorum 11 Julii. Anastasio successit Justinus senior, Eliæ Joannes, qui septimo post anno obiit 22 Aprilis, indict. II, an. Ch. 524, successorem relinquens Patrum. Justino quoque, post 9, imperii annos, 2 Augusti defuncto, an. Ch. 527, successit Justinianus, jam ante mense Aprili, feria V in Cœna Domini, ad imperium promotus. Anno 529, vivere desiit S. Theodosius cœnobiarcha, indict. VII, 11 Januar. Constantinopolim mense Aprili, indictione 6, an. 528, proficiscitur S. Sabas, redit Septembri mense, indict. 9, an. Ch. 530, mox Cæsaream, inde Scythopolim tendit: Cyrillum harum Vitarum scriptorem in discipulum admittit, et non diu post moritur indict. X, 5 Decembris, anno ætatis 94 Christi 531. S. Sabæ succedit Melita, et in monasterio S. Euthymii Stephano Arabi an. Ch. 534 defuncto Thomas Apemeensis; huic 25 Martii an. Ch. 542, post obitum Euthymii 70, Leontius ad quem a S. Joanne Silentiario missus Cyrillus inter Euthymianos monachos admissus est, indictione 6, mense Julio, an. 543, qui post V synodum Constantinopoli habitam discessit ad lauram novam an. Ch. 553. Biennium insumpsit in conscribendis Vitis SS. Euthymii et Sabæ: circa quod tempus obiit S. Cyriacus; supererat autem S. Joannes Silentiarius, ann. ætatis suæ 104, Christi 537, cum ejus Vitam publicaret Cyrillus. Interea Leontio in præfectura monasterii S. Euthymii, successit Gerontius Medabensis, de quo sibi optime noto, ejusque patre et avo agit Cyrillus in Vita S. Sabæ. At quæ hic Gerontius narravit Joanni Moscho et Sophronio Sophistæ referuntur ab iis in Prato spirituali cap. 21. Superfuerunt hi duo sæculo sequenti, et S. Joannis Eleemosynarii patriarchæ Alexandrini consiliarii fuerunt, de quibus plura ad ejus Vitam.

PROLOGUS CYRILLI.

Ex veteri Latino ms.

1. Venerabili atque magnifico viro patri meo spirituali, Georgio videlicet presbytero, necnon et hegumeno (*a*), Cyrillus, indignus presbyter et monachus in Domino salutem.

Quia mihi, venerande Pater, tua præceptione de magnorum virorum actibus, hoc est, Euthymii ac beatissimi Sabæ, aliquid disserere jussisti ob monimentum videlicet futurorum, me minus idoneum ad hoc faciendum fore perpendens, tuum acclinis flagitare decrevi solatium, quo videlicet adjutus plenius exsequar injunctum officium. Volo quippe implores ejus auxilium qui per Psalmographum dixit: «Aperi os tuum, et ego adimplebo illud [1]. » Quamvis autem me imbecillem esse considerem, ac Dei dono valde indignum, tamen tuis jussionibus coarctatus, ultra meas vires præsumpsi progredi, inobedientiæ malum horrescens, imo Dominicam expavescens sententiam, qua inobedienti ac pigro servo dicitur: « Serve male et piger, oportuit te dare pecuniam meam ad mensam [2], » etc. Itaque, Deo favente, aggrediar de prædictorum sanctorum conversatione historiam texere, loca videlicet temporaque ac personas ostendens, sicuti ea diligenter didici a fidelibus et veridicis viris. Rogo vero omnes qui hæc lecturi sunt, sive lecta audierint, ut fidem lectis sive auditis adhibeant, Deum totis præcordiorum visceribus exorantes, ut ipsorum me participem faciat, quorum gesta multis profutura vili valde stylo percurro.

[1] Psal. LXXX, 11. [2] Luc. XIX, 23.

(*a*) Aliud Exordium Vitæ præfixit Metaphrastes. Exordium et Vitam primus Græce edidit Cotelerius. EDIT. PATROL.

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΦΟΡΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΥΘΥΜΙΟΥ

ΗΓΟΥΜΕΝΟΥ ΕΝ ΕΡΗΜΩ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΠΟΛΕΩΣ

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ.

—

VITA ET RES GESTÆ

S. P. N. EUTHYMII

HEGUMENI IN EREMO SANCTÆ CIVITATIS.

(Ex Joan. Bapt. Cotelerii *Monum. Eccl. Gr.*, tom. II.)

—

MONITUM.

Vita hæc, Latine sæpe edita, Græce nondum lucem aspexit : composita primitus a Cyrillo, monacho Scythopolita, clarissimo vitarum scriptore, postea vero, ut videtur, interpolata per Symeonem Metaphrastem ; nam in Diatriba Leonis Allatii *De Symeonibus* legimus : *Cyrilli monachi et presbyteri Scythopolitani* περὶ τοῦ βίου τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου πρὸς ἀββᾶν Γεώργιον καὶ ἡγούμενον ἐν κεφαλαίοις νθ'. *Principium epistolæ :* Πίστις προηγείσθω περὶ Εὐθυμίου· *Vitæ :* Ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ. At Vita nostra nec epistolam habet nec eo modo incipit. COTELERIUS.

I Cujuslibet quidem rei exercitatio ægre et difficulter absque exemplo recte geri potest ; multo autem magis virtutis operatio, quo difficilior est ac laboriosior, et perpetua opera atque tolerantia indiget. Idcirco multis exemplis, multaque Vitarum historia opus est iis qui hoc iter asperum ingredi constituerunt: quæ quidem et viam faciunt planiorem, nec sinunt defatigari spemque abjicere, respiciendo quam ea sit aspera et ardua. In iis namque inveniens quis modos et præcepta quibus res illis hominibus recte successerit; quin etiam quasnam ipsi rursus consecuti sint et consequentur remunerationes; etiamsi ejus hebes sit animus, etiamsi ignavus et supinus, volet tamen aliquando excitari, et ad parem accendi æmulationem, et aggredi ad imitationem. Qualis mihi videtur etiam esse Vita magni Patris Euthymii, simul et jucundissima et laboriosissima, necnon aptissima ad lætificandos demulcendosque eos qui eam legerint, at ad rerum similium studium excitandos : adeo ut si quis eam voluerit imitari, is tum vivus tum mortuus clarissimi

Α'. Καὶ παντὸς μὲν ἄλλου πράγματος ἄσκησις, ὑποδείγματος ἄνευ, ἐργωδεστέραν ἔχει καὶ δυσχερῆ τὴν κατόρθωσιν· πολλῷ δὲ μᾶλλον ἡ τῆς ἀρετῆς ἐργασία, ὅσῳ καὶ χαλεπή τίς ἐστι καὶ ἐπίπονος, καὶ καμάτου συχνοῦ καὶ μόχθου διαπαντὸς ἐνδεής. Διὰ τοῦτο πολλῶν μὲν ὑποδειγμάτων, πολλῆς δὲ βίων ἱστορίας χρεία τοῖς τὴν τραχεῖαν ταύτην ὁδεύσαι προελομένοις· ἃ δὴ καὶ μᾶλλον ὁμαλίζει τὴν τρίβον, καὶ οὐκ ἀπαγορεύειν ἐᾷ πρὸς τὸ τραχὺ ταύτης καὶ ἄπαντες ἀφορῶντάς. Τρόπους γὰρ ἄν τις ἐν αὐτοῖς εὑρίσκων καὶ ὑποθήκας, ὅπως τε καὶ δι' ὧν ἐκείνοις ἡ κατόρθωσις γέγονεν, ἀλλὰ καὶ οἷων αὐτοὶ πάλιν ἀπέλαυσαν τε καὶ ἀπολαύσουσιν ὑποθέσεων, εἰ καὶ νωθρὰν οὗτος ἔχοι ψυχὴν [a], εἰ καὶ ῥᾴθυμον καὶ ὑπτίαν, ἀλλ' οὖν καὶ διαναστῆναί ποτε θελήσειε, καὶ πρὸς τὸν ἴσον διαθερμανθῆναι ζῆλον, καὶ ἀποδύσασθαι πρὸς τὴν μίμησιν. Ὁποῖον εἶναί μοι δοκῶ καὶ τὸν τοῦ μεγάλου Πατρὸς Εὐθυμίου βίον, ἅμα μὲν χαριέστατον, ἅμα δὲ φιλοπονώτατον, ἅμα δὲ ἱκανώτατον ἡδῦναί τε καὶ καταθέλξαι τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὁμοίων ἐπιμέλειαν διεγεῖραι· ἔστι

εἴ τις αὐτὸν ζηλοῦν ἐθελήσειε, καὶ ζῶν ἂν ὁ τοιοῦτος καὶ τελευτήσας ὀνομαστότατος γένοιτο. Ἀρκτέον οὖν ἤδη μοι τῶν κατ' αὐτὸν ἄνωθεν, καὶ ἀκοαῖς ὡς οἷόν τε δοτέον [b].

Β'. Ἄρτι τοῦ δυσσεβοῦς Ἰουλιανοῦ μετὰ τῆς ἀρχῆς ἀθλίως καὶ τὴν ζωὴν καταστρέψαντος, εἶτα μετ' ὀλίγον καὶ εἰς Οὐάλεντα μετελθούσης τῆς βασιλείας, πόλεμοι πανταχόθεν τῆς Ἐκκλησίας ὑπὸ τῆς πικρᾶς Ἀρείου κοινωνίας χαλεποὶ περιέστησαν, καὶ τοῦ Ἑλληνισμοῦ λήξαντος, ὁ τοῦ Ἀρειανισμοῦ πόλεμος ἰσχυρῶς ἐκράτει, καὶ τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐνόσει περιφανῶς. Ἦν δέ τις ἐν τῇ πρὸς Εὐφράτην Μελιτηνῇ [c] τῆς Ἀρμενίας, ὄνομα Παῦλος, γυναικὶ Διονυσίᾳ καλουμένῃ συζῶν, ἐπιφανὴς ἄμφω καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ γένος. Στεῖρα δὲ ἡ γυνὴ καὶ παίδων ἔρημος οὖσα, οὐ μέτριον ἤγετο τὸ πάθος, οὐδὲ οἷον ὀλίγης ἀξιοῦν φροντίδος, ἀλλὰ μερίμναις τὴν ψυχὴν ὀξείαις ἐβάλλετο, καὶ ὀδύναις ἐκόπτετο, καὶ τὰ σπλάγχνα καὶ τὴν καρδίαν τῷ τῆς ἀπαιδίας πυρὶ διεξίμπρατο, καρποῦ κοιλίας ἐφιεμένη· ὃ πρᾶγμα γυναιξὶ ταῖς πλείοσιν εὐκταιότατον, ὀφθαλμοῖς ἥδιστον ὄν, καὶ ἱκανὸν αὐταῖς περιθεῖναι δόξαν, καὶ μὴ ταπεινὸν ὁρᾷν μηδ' ἀπαρρήσιαστον εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν ὄψεις παρασκευάσαι. Οὕτω τοιγαροῦν ἔχουσα, καὶ συμφορᾷ τοιαύτῃ πιεζομένη, πρὸς τὸν πλησίον Πολυεύκτου τοῦ θείου μάρτυρος ναὸν μετὰ τοῦ συζύγου ἀφικομένη (ἐλάμβανε γὰρ καὶ τῆς εὐχῆς κοινωνὸν, ὃν καὶ τῆς λύπης ἀναγκαίως εἶχεν), ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις ἐν τούτῳ τῇ προσευχῇ προσήδρευον. Λυθῆναί τε αὐτοῖς τὰ δεσμὰ τῆς στειρώσεως ᾔτουν, καὶ καρπὸν οἰκείων ὠδίνων ἰδεῖν ηὔχοντο. Νυκτὸς δέ ποτε καταμόνας εὐχομένοις αὐτοῖς, θεία τις ἐπιφαίνεται ὄψις, Εὐθυμεῖτε, λέγουσα, εὐθυμεῖτε· ἰδοὺ γὰρ δίδωσι παῖδα ὑμῖν ὁ Θεὸς, εὐθυμίας τε τὴν κλῆσιν φερώνυμον, καὶ τοὺς τρόπους ἀξίους ἐκείνης ἔχοντα· ἐπὶ δὲ τῇ αὐτοῦ γεννήσει καὶ εὐθυμίαν ταῖς αὐτοῦ Ἐκκλησίαις δίδωσιν ὁ Θεός.

Γ'. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν τηνικαῦτα τὸν καιρὸν τῆς ὀπτασίας διὰ τὸ παράδοξον τῆς θέας ἐπισημήναντες, ἀνέστρεφον οἴκαδε, καὶ Θεῷ πάλιν ἀναθεῖναι τὸ γεννηθὲν ἐπηγγέλλοντο. Μετὰ μικρὸν δὲ καὶ ὁ τῆς γαστρὸς ὄγκος τὴν κύησιν ἠγγυᾶτο, καὶ χαρᾶς ἡ Διονυσία τὴν ψυχὴν ἐπληροῦτο. Ἔπειτα γεννηθέντος αὐτοῖς τοῦ παιδὸς, ἐπὶ τῆς τετάρτης Γρατιανοῦ ὑπατείας, τοῦτον μὲν, συμφώνως τῇ ὀπτασίᾳ ποιοῦντες, Εὐθύμιον ὀνομάζουσι. Τῇ ὀπτασίᾳ δὲ καὶ τὸ ἔργον ἐτηκολούθει· καὶ ὁ κατὰ τῶν ὀρθοδόξων πό-

nominis futurus sit. De ejus itaque rebus jam incipiendum est mihi ab alto dicere, et eæ auribus tradendæ pro vicibus.

II. Cum impius Julianus paulo ante una cum imperio vitam quoque misere amisisset (1), ac deinde paulo post imperium delatum fuisset ad Valentem (2), bella difficilia propter acerbam Arii communionem circumsistebant omni ex parte Ecclesias; et cum cessasset paganismus, arianismi bellum admodum invalescebat, resque Ecclesiæ insigniter laborabant. Erat autem Melitenæ, quæ est urbs Armeniæ ad Euphratem, quidam nomine Paulus, cui vitæ consors erat conjux, vocata Dionysia, ambo clari tam virtute quam genere. Hæc vero cum esset sterilis, et careret liberis, id ducebat non mediocre esse infortunium, neque parva dignum sollicitudine; sed gravibus curis animo agitabatur, et lacerabatur doloribus, ejusque cor et viscera quod liberos non procreasset velut igne accendebantur, ut quæ fructum ventris desideraret; quæ res plerisque mulieribus exoptatissima est, ut quæ sit oculis jucundissima, quæque possit eis afferre gloriam, atque efficere ut non demisse et absque fiducia ora maritorum intueantur. Cum sic ergo se haberet, et tali premeretur calamitate, ad propinquum Polyeucti (3) divini martyris templum profecta cum conjuge suo (eum enim accepit voti quoque socium, quem necessario habebat tristitiæ), in eo perseveraverunt multis diebus in oratione. Petebant autem, ut sibi solverentur vincula sterilitatis, et rogabant, ut fructum ex se prognatum viderent. Noctu autem eis aliquando seorsum orantibus, divina quædam apparet visio, dicens; Estote, estote bono animo; ecce enim Deus dat vobis filium, qui ab « euthymia, » hoc est bono et tranquillo animo, nomen merito accipiet, ac eo dignos mores est habiturus: in illius autem ortu etiam tranquillitatem et bonum animum dat Deus suis Ecclesiis.

III. Atque illi quidem tunc, tempore visionis ideo signato, quod spectaculum esset admirabile, domum redierunt, Deoque se adhuc dedicaturos quod natum fuerit professi sunt. Paulo post autem uteri quoque tumor conceptum confirmabat et partum promitteba[t], et Dionysiæ animus implebatur lætitia. Deinde cum eis natus esset puer (4), quarto Gratiani consulatu, cum quidem congruenter visioni nominant Euthymium. Visionem vero etiam res consecuta est: et componi cœpit bellum adversus ortho-

VARIÆ LECTIONES.

[a] al. ἀντιδόσεων. [b] al. παραδοτέον et φιλοθέοις; ταῦτα διηγητέον. [c] al. Μελιτινῇ et infra.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(1) Junii 26, anno Christi 363.

(2) Cum octo fere mensibus Jovianus regnasset, ab hujus successore Valentiniano Valens frater ad imperium assumptus est 29 Martii an. 364.

(3) Ejus sub Decio peractum Melitene martyrium dabimus 13 Februarii. De ipsa Melitene urbe plura reperies 10 Januar. ad S. Domitiani episcopi Vitam.

(4) Anno 377 coss. erant Gratianus Aug. IV et Fl. Merobaudes.

doxos, jamque a difficili tempestate respirabant Ecclesiæ; et ver illucescebat pietatis, atque ad tranquillitatem res tristes Ecclesiis convertebantur. Nam cum a temporibus Constantii persecutio vexasset Ecclesias, et sub Juliano tyranno, ut jam supra declaravimus, et imperante postea per Orientem Valente, nec minus quam per quadraginta (5) annos Ariani ingentes efflassent spiritus adversus pietatem, Euthymio jam nato, viro vere nominis sui, desierunt omnia Ecclesiarum tristia. Valens quippe, nondum quinto (6) mense post Euthymii nativitatem elapso, exercitum ducens adversus Barbaros, qui secure vexabant et populabantur Thraciam, cæsis ejus copiis, ipsa quoque postea pœnas luit debitas impietati qua adversus Deum pugnaverat. Nam cum fugisset ad quemdam vicum Andrianopoli adjacentem, Barbari, incursione facta, eum turpiter capiunt, et una cum vico incendunt; atque veluti proœmium futuri illic ignis accipit temporarium qui hic est.

IV. Tertio autem post anno, Paulus quidem Euthymii pater, e vita excedit; sola vero cum filio mater et vidua relicta, filium secum adducens, accedit ad fratrem Eudoxium, quem Otrejus (7), qui Melitenensi præerat Ecclesiæ, suum fecerat confessorem (8); positoque ante ejus genua puero, vehementer orabat, lacrymas emittens ex oculis, easque credens esse validum persuasionis medicamentum; rogabat autem, ut et infantis et sui misereretur, puerumque ad Otrejum adduceret, ac ei pro patre offerret. Atque mater quidem vidit petitionem sibi successisse ex sententia: puer fuit oblatus Otrejo, ac per eum Deo, sicut diu ante ab Anna Samuel.

V. Otrejus vero eum intuitus, non simpliciter tantum aspexit, sed etiam animi profundum simul subiit, ejusdem animi quosdam secretiores motus, quoad fieri potuit conjectans acutissime. Et vero cum de matris sterilitate audivisset, ac de diviniore illa apparitione, et quemadmodum opus precationis fuerat conceptio, quodque antequam nasceretur parentes eum Deo consecraverant; fuit verus futuri propheta. Et profecto, inquit, requiescet Spiritus Dei super hunc puerum. Deinde cum illum baptizasset, et capillorum quantum lex de pueris præscribit totondisset, in gradum lectorum cooptat. Porro matrem Dionysiam, ut quæ divinis rebus va-

A λεμος, ἀρχὴν ἐλάμβανε διαλύσεως, καὶ ἀνέπνεων ἤδη τοῦ χαλεποῦ χειμῶνος αἱ Ἐκκλησίαι, καὶ ἦρ ὑπέλαμπεν εὐσεβείας, καὶ εἰς εὐθυμίαν αὗται τὰ σκυθρωπὰ μετεβάλλετο. Ἀπὸ γὰρ τῶν Κωνσταντίου χρόνων διωγμοῦ ταῖς Ἐκκλησίαις ἐπικειμένου, ἔν τε τοῖς Ἰουλιανοῦ τοῦ τυράννου καιροῖς, ὥσπερ ἤδη φθάσαντες ἐδηλώσαμεν, καὶ τοῦ μετέπειτα τῆς Ἑῴας Οὐάλεντος βασιλεύσαντος, οὐκ ἔλαττον ἢ τεσσαράκοντα χρόνους τῶν Ἀρειανῶν μέγα κατὰ τῆς εὐσεβείας πνευσάντων, Εὐθυμίου τοῦ φερωνύμως κληθέντος, ἤδη γεννηθέντος, τὰ σκυθρωπὰ πάντα τῶν Ἐκκλησιῶν διελύετο. Οὐάλης μὲν γὰρ οὔπω τοῦ πέμπτου μηνὸς μετὰ τὴν Εὐθυμίου γέννησιν παρελθόντος, ἐπιστρατεύσας Βαρβάροις, ταράττουσι τὴν Θρᾳκῶν ἀδεῶς καὶ ληΐζομένοις, καὶ τὰς δυνάB μεις περικοπείς, δίκην ὕστερον καὶ αὐτὸς τῆς θεομαχίας ἀξίαν ἔτισε. Πρός τινα γὰρ οἱ Βάρβαροι φεύγοντα κώμην περὶ Ἀδριανούπολιν οὖσαν καταδραμόντες, αἱροῦσί τε αὐτὸν αἰσχρῶς, καὶ τῇ κώμῃ συγκατακαίουσι, προοίμιον ὥσπερ τοῦ ἐκεῖθεν πυρὸς, τὸ ἐνταῦθα πρόσκαιρον τοῦτο δεχόμενον.

Δ'. Τρίτῳ δὲ μετὰ ταῦτα ἐνιαυτῷ, Παῦλος μὲν ὁ τοῦ Εὐθυμίου πατὴρ καταλύει τὸν βίον· Ἔρημος δὲ μετὰ τοῦ παιδὸς ἡ μήτηρ καὶ χήρα καταλειφθεῖσα, τῷ ἀδελφῷ πρόσεισιν Εὐδοξίῳ, τὸ τέκνον ἐπαγομένη· ὃντινα δὴ σύνεδρον Ὀτρήϊος ὁ τῆς κατὰ Μελιτηνὴν προεστὼς Ἐκκλησίας πεποίητο· καὶ πρὸ τῶν γονάτων αὐτοῦ θεῖσα τὸν παῖδα, ἐδεῖτο θερμῶς, δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν ἀφιεῖσα, καὶ ταῦτα πειθοῦς εἶναι C φάρμακον ἰσχυρὸν πιστεύουσα· ἐδεῖτο δὲ, τό τε νήπιον καὶ αὐτὴν οἰκτείραι καὶ προσαγαγεῖν Ὀτρηΐῳ τὸν παῖδα, καὶ αὐτῷ ἀντὶ πατρὸς ἀναθεῖναι. Ἡ μὲν οὖν μήτηρ κατὰ γνώμην ἐκβᾶσαν αὐτῇ τὴν αἴτησιν εἶδεν, Ὀτρηΐῳ τε ὁ παῖς ἀνετίθετο, καὶ δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ, καθάπερ πολλῷ πρότερον ὑπὸ τῆς Ἄννης ὁ Σαμουήλ.

Ε'. Ὀτρήϊος δὲ τοῦτον ἰδὼν, οὐχ ἁπλῶς εἶδεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ βάθος ἅμα τῆς ψυχῆς εἰσεδύετο, καί τινων αὐτῆς ἀπορρητοτέρων ὡς ἐνῆν κινημάτων, ὀξύτατα στοχασάμενος. Μαθὼν δὲ καὶ τὰ τῆς στειρώσεως τῆς μητρὸς, καὶ τὰ τῆς θειοτέρας ἐπιφανείας, καὶ ὅπως εὐχῆς ἔργον ἡ σύλληψις ἦν, καὶ ὡς εἶεν αὐτὸν οἱ γονεῖς καὶ πρὸ τῆς γεννήσεως καθαγιασάμενοι τῷ Θεῷ, προφήτης τοῦ μέλλοντος ἀψευδὴς ἦν. Καὶ ὄντως, ἐπαναπαύσεται τὸ Πνεῦμα D τοῦ Θεοῦ, ἐπὶ τὸ παιδίον τοῦτο, φησίν. Εἶτα καὶ βαπτίσας αὐτὸν, καὶ τῶν τριχῶν ὅσα νόμος τοῖς παισὶν ἀποκείρας, τῷ τῶν ἀναγνωστῶν ἐγκρίνει βαθμῷ. Τὴν μὲν οὖν μητέρα Διονυσίαν, οἷα διηνεκῶς

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(5) Obiit Constantinus Magnus an. 337, ipso die Pentecostes; cui Constantius in Oriente succedens, mox se hæresis Arianæ fautorem professus est.

(6) Forte decimus quintus legendum: sicque Junio mense natum dicemus. Interiit Valens V idus Augusti, an. 387, cum eo anno ipse sextum consul esset, Valentinianus secundum, ut scribunt Idatius in Fastis, Socrates lib. IV, cap. ult. Ammianus lib. XXXI, aliique, et quidem indictione 5 cujus residui erant menses aliquot, ad Septembrem usque, quo et 6 indictio et annus apud Orientales inchoabatur. Hinc quæ post Septembrem inchoatam facta, ad sequentem annum Euthymii referuntur.

(7) Interfuit Otrejus synodo Constantinopolitanæ œcumenicæ II et Macedonianam hæresim cum aliis episcopis condemnavit ann. Chr. 381.

(8) Perperam in Surio excusum confessorem. Concessorem vertit Hervetus; recte.

περὶ τὰ θεῖα σχολάζουσαν, διάκονον τῆς ὑπ' αὐτὸν A caret assidue, Diaconissam ordinat Ecclesiæ sibile
Ἐκκλησίας χειροτονεῖ· τὸν δὲ παῖδα εἰσποιησάμενος, subjectæ: puerum vevo adoptavit, nec solum ei fuit
οὐ τροφεὺς μόνον αὐτῷ καὶ παιδαγωγὸς, ἀλλὰ καὶ nutritor et pedagogus, sed etiam pater materque
πατὴρ καὶ μήτηρ διαθέσεως νόμοις ἐγίνετο· οὐ τῷ ratione affectionis: non eo nomine magis puero,
παιδὶ μᾶλλον ἐντεῦθεν, ἢ ἑαυτῷ χαριζόμενος, καὶ quam sibi gratificans, et talis pueri curam gerere
παιδὸς εἶναι τοιοῦδε κηδεμὼν ἐφιέμενος. Εὐθυμίου cupiens. Cum itaque Euthymius (9) sic ab ineunte
τοίνυν οὕτως ἐν πρώτης ἡλικίας ἀνατεθέντος Θεῷ, ætate Deo fuisset dedicatus, et in Ecclesiastico
καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς καταλόγοις ἱερῶς ἐνταγέντος, Catalogo pie sancteque collocatus, statim conse-
κατακόδας εὐθὺς καὶ Θεοδόσιος ὁ Μέγας ἐγκρατὴς quenter Theodosius Magnus potitur imperio:
τῆς βασιλείας καθίσταται· καὶ οὕτως ἐν ταὐτῷ τοῖς sicque eodem tempore Deus mirum ac inopina-
τε πολιτικοῖς πράγμασιν ὁ Θεὸς καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις tum in modum tam civilibus rebus quam Eccle-
εἰρήνην παραδόξως ἐπιβραβεύει· τοῖς μὲν τὸν Θεο- siis pacem conciliat; illis quidem Theodosium
δόσιον ἀπονείμας, ταῖς δὲ τὸν Εὐθύμιον χαρισάμενος· tribuens, his vero largiens Euthymium: adeo ut
ὥστε συμβαίνειν ἐπ' αὐτοῖς ἀκολούθως τοῖς ὀνόμασι in eis consequenter res quoque convenirent no-
καὶ τὰ πράγματα. minibus.

ς'. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ τοῦ παιδὸς ἤδη B VI. Procedente autem tempore, cum jam puer
τῶν νηπίων ἀμείβοντος ἡλικίαν, γραμμάτων διδα- excessisset ex infantiæ ætate, litterarum magistris
σκάλοις αὐτὸν ὁ ἐπίσκοπος ἐγχειρίζει. Οἱ δὲ ἦσαν eum tradit episcopus. Erant porro illi Acacius (10) et
Ἀκάκιος καὶ Συνόδιος, εὐγενείᾳ τε καὶ συνέσει καὶ Synodius (11), qui propter nobilitatem, prudentiam,
σωφροσύνῃ τῷ τῶν ἀναγνωστῶν χορῷ διαλαμποντες, moderationem, clarebant in choro lectorum, tum in
καὶ τὰς τε θείας Γραφὰς εὖ ἠσκημένοι, καὶ παιδείας sacris Scripturis recte exercitati, tum externæ eru-
ἐραστὰὶ τῆς θύραθεν οὐκ ἀμελεῖς ὄντες· οἳ μετὰ ditionis amatores non incuriosi: qui post multa prop-
πολλοὺς διὰ Χριστὸν ἀγῶνας, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ter Christum suscepta certamina, etiam Melitenen-
κατὰ Μελιτηνὴν Ἐκκλησίας, ἰδίᾳ καὶ κατὰ καιρὸν sis Ecclesiæ principatu seorsum et suo ambo tem-
ἑκάτερος αὐτῶν ἐγχειρίζονται· ὧν πολλοῖς ἡ Μελι- pore donati sunt; quorum multis rerum gestarum
τηνῶν πόλις, καὶ εἰσέτι καὶ νῦν ἐντρυφᾷ διηγήμασιν narrationibus in hodiernum usque diem delecta-
Ἐκκλησιῶν τε ὡς ἀληθῶς προστασίᾳ καὶ ψυχῶν tur civitas Melitenensis, et Ecclesiæ præfecturæ, et
κηδεμονίᾳ προσήκουσι. Παραδοθεὶς τοίνυν τούτοις curæ animarum vere convenientibus. Puer itaque
ὁ παῖς, καὶ ἁβρὰ τὰ σπέρματα τῆς διδασκαλίας his traditus, copiosis doctrinæ seminibus in mentis
ἐν τοῖς τῆς διανοίας κόλποις παραλαβών, πολὺν τὸν sinus acceptis, brevi fructum plurimum et supra
καρπὸν ἐν βραχεῖ καὶ ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν προήνεγκεν. ætatem protulit. Etenim in divinis Scripturis versa-
C batur, iisque studioso labore incumbebat. Quando
Ὡμίλει μὲν γὰρ ταῖς θείαις Γραφαῖς, καὶ φιλο- autem inveniebat illas alicujus ex viris antiquis
πόνως αὐταῖς προσείκειτο. Ἥνίκα δὲ τῶν παλαιῶν divinisque facere ad virtutem mentionem aliquam,
ἀνδρῶν καὶ θείων εὑρέ τινα μνήμην σὺτὰς εἰς ἀρε- erat is vir Euthymio venatio studiosissima, statim-
τὴν ποιουμένας, θήραμα οὕτος Εὐθυμίῳ τὸ σπου- qua illius desiderio corripiebatur, et ad consimilem
δαιότατον ἦν, καὶ πόθον εὐθὺς ἐλάμβανε τοῦ ἀνδρὸς, accendebatur æmulationem. Talis quippe est bona
καὶ πρὸς τὸν ὅμοιον ἐκείνου ζῆλον διεθερμαίνετο. anima, præclarique studiosa, quoties virtutis vel
Τοιοῦτον γὰρ ἀγαθὴ ψυχὴ καὶ φιλόκαλος, ἀρετῆς modicam accipit occasionem. Novacula ad cotem
πρόφασιν λαμβάνουσα καὶ μετρίαν. Ξυρὸς εἰς ἀκό- est, torris ad ignem, equus in campo, juxta de-
κνην ἐστὶ, δαλὸς εἰς πῦρ, ἵππος κατὰ πεδίου· τοῦτα cantata vulgo proverbia: adeo ut omni tempore
δὴ τὰ φερόμενα. Ὥστε πάντα τὸν χρόνον, ἔργον opus esset Euthymio summum, percurrere di-
Εὐθυμίῳ φιλοπονώτατον εἶναι [d], τῷ [e] τῶν θείων vinarum Scripturarum libros, et vim eorum quæ
Γραφῶν ἐπιέναι τὰς βίβλους, καὶ τὴν τῶν ἐγκειμένων in eis insunt menti inscribere.
δύναμιν ἐγγράφειν τῇ διανοίᾳ.

ζ'. Ζηλωτὴς δὲ καὶ τῶν Ἀκακίου τρόπων τοῦ VII. Porro autem fuit etiam æmulator morum
διδασκάλου καθίστατο, καὶ αὐτοὺς ὡς δυνατὸν ἐμι- D Acacii præceptoris, quos imitabatur pro viribus; ut
μεῖτο· ὡς μὴ τῶν λόγων τῶν αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ δὴ non solum ejus sermonum, sed et operum appare-
καὶ τῶν ἔργων μαθητὴς δείκνυται, καὶ ὥσπερ ret esse discipulus, ut sicut sermocinanti aures, ita
ὁμιλοῦντι τὴν ἀκοὴν, οὕτω δὴ καὶ ποιοῦντι τὸν etiam facienti oculos diligenter accommodaret: cibo
ὀφθαλμὸν ἐμμελῶς [f] διδόναι· τροφῇ πὲν, οὐ τῇ quidem utens, non vario, et composito, superfluo-

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(9) Infra n. 109, hæc sic efferuntur: «Tres autem annos natus, Deo fuit consecratus, in principio scilicet magni Th odosii.» Est hic assumptus a in communionem imperii 14 Febr. anno 379, indictione VII, ideoque is tertius annus Euthymii censebatur.

(10) Acacius episcopus Melitenæ, interfuit synodo Ephesinæ œcumenicæ III, contra Nestorium an. Chr. 431, de cujus zelo infra num. 34. Alius ejusdem Ecclesiæ episcopus Acacius, sed annis centum prior, colitur a Græcis 31 Martii.

(11) Synodius successit Acacio in episcopatu Melitenensi; illi Constantinus, qui subscripsit synodo Chalcedonensi œcumenicæ IV, an. Chr. 451. Synodii mentio fit infra num. 41 et 54.

que, sed inaffectato, necessario, ac simplici: at lautitiam epularum apponebat animæ in eloquiis Spiritus. Et divinum quidem ecclesiasticæ regulæ officium, cum attentione mentis cordisque contritione, præfinitis peragebat temporibus ; non risui et susurris, sicut multi, animum adhibens, sed ut qui astaret ante oculos communis Domini regisque omnium, et coram ad os cum eo loqueretur.

VIII. Eo autem tempore quod intercedebat, domi vacans, non otioso cuipiam sermoni, aut inanium rerum meditationi erat intentus ; verum Dei legem diu noctuque meditabatur, et fructum suum in tempore afferebat, juxta arbores plantatas ad illas Psalmi aquas. Erat itaque tempus excandescentiæ et iræ? Ille vero mansuetudinis fructum et charitatis producebat. Aderat rursum tempus gulæ et deliciarum? Illi autem fructus erat generosus, continentia. Et inanis quidem gloriæ cogitationes, animi moderatione ; plurium vero rerum cupiditatem, volnntaria paupertate vincebat: atque ita singulis virtutibus contraria fundebat fugabatque vitia.

παθαυματούργηται.

Γίνεται δὲ καὶ ἄλλο κατ' αὐτὴν δῆπου τὴν XXXIII. Fit autem aliud quoque in ea Ziphorum
ὸν ἔρημον, ἄξιον τῆς τοῦ δράσαντος Εὐθυ- solitudine, dignum Euthymii auctoris et mente, et
γνώμης, καὶ τῆς περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀκρι- exacta pietate. Nam cum invenisset in ea quosdam,
ρῶν γάρ τινας ἐν αὐτῇ τὴν τοῦ Μάνεντος qui Manetis laborabant insania, morbique multam
; μανίαν, καὶ πολλὴν ἀεὶ τῷ νοσήματι τὴν semper faciebant accessionem, eo quod nullus ad
ποιουμένους, τῷ μηδένα προσίεσθαι τὸν morbum curandum idoneus accederet, ille se dedens

VARIÆ LECTIONES.

αριχῶν. Int. Παραβαριχῶν.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

[1] Quaresmius testatur, prope speluncas ædificii fundamenta adhuc exstare et cisternam.

visitationi hominum adeo ægrotantium,et constituens in peritissimum medicum, tanta eos agressus est arte,sicque ut a morbo discederent (idem autem omnino est dicere, Hæresi) verissime effecit, ut ipsum quoque illius patrem Manetem aperte abdicarent, et claro subjicerent anathemati fierentque ipsi pars apostolicæ et orthodoxæ fidei.

XXXIV.Sed postquam hic quoque multos rursus vidit confluentes (ipsa enim solitudo erat circumsepta vicis,et qui erat apud ipsum thesaurus vocabat amatores harum spiritalium cœlestiumque divitiarum),assumpto rursus discipulo suo Domitiano, revertitur ad fratres et beatum Theoctistum : quæ res eorum oculis gratissima fuit, sicut ætate aqua iis qui siti premuntur. Cum autem ad quemdam locum pervenisset tribus lapidibus dissitum a cœnobio,eumque invenisset tum recte se habere natura, positu, ac temperiei felicitate, tum jucundissimo purissimoque aere perspirari, tum multa quiete omni ex parte serenari, illic cum discipulo parvam ingressus speluncam, in ea versatus est.

XXXV. Divinus porro Theoctistus, comperto illius adventu, non se amplius continere potuit, sed ad eum ascendit, vehementissime ab affectu commotus. Cum vero libenter et vidisset et visus esset,ac spiritaliter salutasset, nolebat ab eo disjungi, amoris inevitabilibus alligatus vinculis, et non fallacibus Euthymii sirenibus astrictus. Rogabat ergo ut ad cœnobium et fratres descenderet, communemque cum eis ageret vitam asceticam. Ille autem, summo quietis amore correptus, id quidem non annuit Theoctisto, sed pollicitus est se singulis Dominicis ad eos accessurum, adfuturumque eorum synaxi.

XXXVI. Cum autem ejus adventus nescio quo modo fuisset significatus Aspebeto,qui fuit postea cognominatus Petrus,licebat statim videre examen Agarenorum congregatum.Ille enim multis eorum, omni ex genere et ætate,collectis,ut qui ipse primus bonum gustasset, et studeret ut illi quoque essent participes dulcedinis, adducit eos ad Euthymium. Qui adductione valde delectatus,virosque hilaribus oculis intuitus, pronuntiatis super eos solitis precibus, deduxit ad fratres et monasterium. Deinde cum eos illic baptizasset ac instituisset, atque ex illo tempore septem dies cum eis esset versatus, manere cum multis non sibi amplius duxit tolerabile : verum quietis, ut diximus,inexplebili captus desiderio,ad consuetam iterum redit solitudinem.

XXXVII.Petrus igitur videns eum ita sine tecto et inopem sedere in loco deserto,pro maximis beneficiis, baptismo, inquam, et salute, mediocrem

A θεραπεῦσαι τὸ πάθος ἱκανῶς ἔχοντα, δοὺς ἑαυτὸν ἐκεῖνος εἰς ἐπίσκεψιν τῶν οὕτω πονήρως ἐχόντων, καὶ ἰατρὸς ἐμμελέστατος αὐτοῖς καταστὰς, οὕτω μετῆλθεν ἀτεχνῶς [u], καὶ οὕτως ἀποστῆναι τὴν νόσον (ταυτὸν δὲ πάντως εἰπεῖν τὴν αἵρεσιν) ἀληθέστατα παρεσκεύασεν, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν ἐκείνης πατέρα Μάνεντα, φανερῶς ἀποκηρύξαι καὶ ἀναθέματι λαμπρῷ καθυποβαλεῖν, καὶ μέρος αὐτοὺς τῆς ἀποστολικῆς τε ὀρθοδόξου γενέσθαι πίστεως.

ΛΔ'. Ἐπεὶ δὲ πολλοὺς κἀνταῦθα πάλιν ἐώρα συῤῥέοντας (κύκλῳ γὰρ αὕτη ταῖς κώμαις ἡ ἔρημος ἐστεφάνωτο, καὶ ὁ παρ' αὐτῷ θησαυρὸς ἐκάλει τοὺς ἐραστὰς τοῦ πνευματικοῦ τούτου πλούτου καὶ οὐρανίου), τὸν οἰκεῖον μαθητὴν αὖθις παραλαβὼν Δομετιανὸν, πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ἐπανήκει, καὶ τὸν B μακαρίτην Θεόκτιστον · πρᾶγμα τοῖς αὐτῶν ποθοῦμενον ὀφθαλμοῖς, ὡς ἐν θέρει ὕδωρ τοῖς διψῶσι πιεζομένοις. Ἔν τινι δὲ τόπῳ τρισὶ σημείοις διεστηκότι τοῦ κοινοβίου γενόμενος, καὶ τοῦτον εὑρὼν φύσεώς τε καὶ θέσεως καὶ ὥρῶν εὐμοιρίας καλῶς [v] ἔχοντα, ἡδίστῳ τε ἀέρι καὶ καθαρωτάτῳ διαπνεόμενον, καὶ πολλῇ πάντοθεν γαληνιῶντα τῇ ἡσυχίᾳ, μικρὸν ὑπεισῆλθεν ἐκεῖ σὺν τῷ μαθητῇ σπήλαιον, καὶ τὰς διατριβὰς ἐν αὐτῷ ἐποιεῖτο.

ΛΕ'. Μαθὼν δὲ ὁ θεῖος Θεόκτιστος τὴν ἐκείνου ἐπιδημίαν, οὐκ ἔτι καθεκτὸς ἦν, ἀλλ' ἄνεισι πρὸς αὐτὸν, θερμῶς ὑπὸ τοῦ πάθους [x] κεκινημένος. Ἰδών τε καὶ ὀφθεὶς καὶ ἡδέως, καὶ πνευματικῶς ἀσπασάμενος, οὐκ ἤθελε τούτου διαζυγῆναι, δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις τοῦ φίλτρου πεπεδημένος, καὶ ὑπὸ τῶν ἀφεύκτων Εὐθυμίου σειρήνων στερῥῶς ἐχόμενος. Ἔδεῖτο οὖν C καὶ πρὸς τὸ κοινόβιον καὶ τοὺς ἀδελφοὺς κατελθεῖν, καὶ κοινὴν αὐτοῖς ποιεῖσθαι τὴν ἄσκησιν [y]. Ὁ δὲ τῷ σφοδρῷ τῆς ἡσυχίας βαλλόμενος ἔρωτι, τοῦτο μὲν οὐκ ἐπένευσε Θεοκτίστῳ, ὑπέσχετο δὲ καθεκάστην Κυριακὴν παρ' αὐτοὺς ἰέναι, καὶ παρεῖναι καὶ αὐτὸς [z] τῇ συνάξει.

ΛϚ'. Μηνυθείσης δὲ οὐκ οἶδα ὅπως τῆς αὐτοῦ παρουσίας καὶ Ἀσπεβέτῳ τῷ καὶ Πέτρῳ ὕστερον μετονομασθέντι, σμῆνος ἦν εὐθέως ὁρᾶν τῶν Ἀγαρηνῶν ἀθροιζόμενον. Πολλοὺς γὰρ αὐτῶν ἐκεῖνος ἐκ παντὸς γένους καὶ πάσης ἡλικίας συναγαγὼν, οἷα καὶ πρῶτος αὐτὸς τοῦ καλοῦ γευσάμενος, σπεύδει τε κἀκείνους μεταλαβεῖν τῆς γλυκύτητος, προσάγει τῷ Εὐθυμίῳ. Ὁ δὲ καί λίαν ἡσθεὶς τῇ προσαγωγῇ, καὶ τοὺς ἄνδρας ἱλαροῖς ἰδὼν ὀφθαλμοῖς, εὐχάς τε D τὰς ἐξ ἔθους αὐτοῖς ἐπειπὼν, κατάγει πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τὸ μοναστήριον. Εἶτα βαπτίσας αὐτοὺς ἐκεῖσε καὶ τελειώσας, καὶ ἡμέραν ἑβδόμην αὐτοὺς ἐξ ἐκείνου συνδιατρίψας, τὸ μετὰ πολλῶν, οὐκ ἔτι φορητὸν αὐτῷ ἔκρινεν [a] · ἀλλὰ τῆς ἡσυχίας, ὥσπερ ἔφημεν, ἀπλήστως ἐρῶν, πρὸς τὴν συνήθη καὶ πάλιν ἐπάνεισιν ἐρημίαν.

ΛΖ'. Ὁ Πέτρος οὖν οὕτως αὐτὸν ἄστεγόν τε καὶ ἄπορον ἐπὶ τῆς ἐρημίας ἰδὼν καθήμενον, καὶ χάριτας ὥσπερ αὐτῷ μεγάλων μετρίας ἀντιδιδοὺς, τοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[u] al. εὐτέχνος et ἐννέχνως. [v] al. καλῆς. [x] al. πάθου. [y] al. ins. ἀγωγὴν, κοινὴν καὶ νῦν. [z] al. αὐτόν. [a] al. κρίνειν ἔδοξεν.

ατος, φημὶ, καὶ τῆς σωτηρίας, οἰκοδόμους θῷ συχνὸς [b] μετακαλεσάμενος, λάκκον ἐν φ, μεγαν τε καὶ δίστομον ἀνορύσσει· ὅστις δεῦρο ἔτι ὁρώμενός [c] ἐστιν· ἀρτοποιετόν τε ῥ λάκκῳ οἰκοδομεῖ, καὶ τρία τῷ Εὐθυμίῳ κατασκευάζει· μεταξὺ δὲ αὐτῶν καὶ οἶκον ν ἀνεγείρει· ὥστε μηδενὸς τῶν εἰς χρείαν σθίστασθαι τὸν Εὐθύμιον.

Τὸ μέντοι τῶν Ἀγαρηνῶν πλῆθος, ὅπερ οὖ, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, ἐβαπτίσατο, πίνάματος ἡδυτάτου ποθοῦντες, ὅπερ ἡ Εὐθυῶττα φανερῶς ἦν, οὐκ ἔτι οὐδὲ μικρὸν ἀποηνείχετο [d], ἀλλὰ θερμῶς παρ' αὐτῷ μένειν αἰ τρυφὴν αὐτοῦ καὶ ζωῆς ὕδωρ ποιεῖσθαι ους. Ὁ δὲ, ἀπερίσπαστον ἑαυτῷ τὸ τῆς ἡσυχίας ντηρῶν, τῇδε μὲν αὐτοὺς οὐκ ἐᾷ διατρίβειν· δὲ ἀγαγὼν, καὶ ναὸν αὐτοῖς καὶ σκηνὰς ιαχαράξας (ἔστι δὲ ὁ τόπος μεταξὺ τῶν δύο ρίων), δείμασθαι αὐτοὺς [e] κατὰ τὸ σχῆμα μῆς καὶ τὸ μέγεθος, καὶ μένειν ἐν αὐτοῖς [f] ει. Οὗ δὴ καὶ οἰκοδομήσασιν ἑαυτοῖς οἰκίας, τὸ ἐξῆς εὐπαρέδρως διαμεμενηκόσιν, ἐπυνεχῶς ὁ μέγας Εὐθύμιος, καὶ ὅπως εἶχον, σκέπτετο. Ὤδει γὰρ οἷον κἀντεῦθεν ἑαυτῷ τὸ κέρδος. Καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη τοῦτο ἕως ἐκάθηρέ τε καὶ ἤσκησε τὰς ἐκείνων ψυ ὑπὸ πρεσβυτέρῳ καὶ διακόνοις τάττεσθαι ασεν. Ὥστε διαμένειν ἐκεῖ ἑστερξαν, οὐχ ροι [g] βαπτισθέντες, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ἕτεροι ἑκάστην προσιόντων αὐτῷ καὶ βαπτιζομέ-

Οὕτως οὖν σφόδρα πληθυνομένων τῶν τῆς ῶν, καὶ εἰς τὴν ἀληθῆ εὐγένειαν μεταποιουῖς διαφόρους τε πλατυνομένων παρεμβολὰς, πρὸς Ἰουβενάλιον τὸν πατριάρχην Ἱεροσυθεῖος Εὐθύμιος ἐπίσκοπον αὐτοῖς τινα χειναι ζητῶν. Καὶ ὃς, Πέτρον αὐτῷ τὸν πατέρα ς, ἀποστέλλει, οἷα προστῆναί τε ψυχῶν, γῆσαι πρὸς σωτηρίαν, ἱκανῶς ἔχοντα. Πέτρος οὕτως [a] ἐπίσκοπος τῶν παρεμβολῶν ἐν Παπρῶτος χειροτονεῖται. Ἡ δὲ τῶν Σαρακηνῶν ῖσα καὶ ποταμῶν ῥεύμασιν ἀνεννάων [i] καὶ οἱ νῦν προσιόντες, τοῖς φθάσασι προσκαὶ οὗτοι πάντες τῇ σφραγῖδι τοῦ βαπτίσημειούμενοι, τῇ τῶν Χριστιανῶν ποίμνῃ οὗντο. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἀπόχρη τὰ . Ἡμῖν δὲ λοιπὸν ἐπ' ἐκεῖνα τῷ λόγῳ βαθεν ταῦτα εἰπεῖν ἐξέδημεν.

Οὐκ εἶχε γνώμης ὁ μέγας Εὐθύμιος, οὔτε περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον, οὔτε λαύραν ὅλως θαι. Διὰ ταῦτα καὶ ἡνίκα τινὲς πρὸς αὐτὸν

A veluti referens gratiam, ædificatoribus multis mercede arcessitis, magnam cisternam duo habentem ostia fodit in horto, quæ in hodiernum usque diem cernitur fossaque remanet; ad quam cisternam ædificat panificii officinam, et cellas tres construit Euthymio; inter eas autem excitat etiam oratorium: adeo ut nullius eorum, quæ ad usum necessarium pertinebant, egeret Euthymius.

XXXVIII. Agarenorum vero multitudo, quæ, ut prius dixi, fuit ab eo baptizata, e suavissimo fluento semper bibere desiderans, quod quidem aperte erat lingua Euthymii, non amplius ne minimum quidem ad eo discedere sustinebat; sed ac iter precabatur ut apud ipsum maneret, ejusque sermones haberet pro deliciis et aqua vitæ. Ille autem, B qui sibi conservabat indivulsum quietis bonum, eos quidem non sinit hic versari; sed alio eos ducens, cum templum et tabernacula eis circumscripsisset (est autem locus inter duo monasteria), jussit ut exstruant juxta descriptionis figuram et magnitudinem, atque inibi habitent. Quo quidem in loco postquam sibi ædificarent domos, et in eis deinceps assidue perseverarunt, frequenter magnus ventitabat Euthymius; et quemadmodum se haberent, semper visebat. Sciebat enim quantum ex eo lucri sibi compararet. Nec prius destitit hoc facere, donec illorum animas purgavit et exercuit, effecitque ut presbytero ac diaconis subessent. Quamobrem illic lubenter manserunt, non ii soli qui fuerant priores baptizati, sed etiam multi alii ex iis qui quotidie C ad eum veniebant et baptizabantur.

XXXIX. Cum ergo usque adeo multiplicarentur filii Agaræ, et ad veram traducerentur nobilitatem, inque diversa excrescerent castra, mittit divinus Euthymius ad Juvenalem Hierosolymorum patriarcham (40) postulans ut eis ordinaretur episcopus. Ille vero ad eum mittit Petrum patrem Terebonis, utpote idoneum qui præesset animabus, eosque deduceret ad salutem. Sic itaque Petrus episcopus Castrorum (41) in Palæstina primus ordinatur. Saracenorum autem multitudo, non secus ac fluviorum perennium fluenta, affluebat; et qui nunc accedebant, adjiciebantur prioribus; iique omnes signati signaculo baptismi, connumerabantur cum grege Christianorum. Sed de D his quidem ea quæ dicta sunt sufficiunt. Nobis vero deinceps eo conferenda est oratio, unde ad hæc dicenda digressi sumus.

XL. Non habebat magnus Euthymius in animo, nec cœnobium, nec lauram omnino eo loci construere. Atque propterea quoties aliqui ad eum ve-

VARIÆ LECTIONES.

συχνῷ οἶμαι τοπῳ. [c] al. ὁρωρυγμένος. [d] al. inser. αὐτοῦ. [e] al. αὐτὸς. [f] al. αὐτάῖς. [g] al. . [h] al. οὗτος. [i] al. ἀεινάως.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

e obitu ejus et tempore patriarchatus, in-
).

ræce ἐπίσκοπος τῶν παρεμβολῶν. Quo mocripsit synodo Ephesinæ an. Ch. 431, αρεμβολῆς, episcopus copiarum, castrametationum, aut tentoriorum. Vide quæ de Saracenorum moribus 14 Januar. a S. Nilo dicuntur in historia cœdis Patrum Sinaitarum.—Alius Petrus episcopus τῶν Παρεμβολῶν subscripsit concilio Hierosolymitano anni 536. COTELERIUS.

nissent, sive mundo renuntiantes, sive afferentes quædam ad usum corporis necessaria, ab eo rursus ad beatum Theoctistum transmittebantur. Quia vero jam superne Providentia sapienter disposuerat, ut hæc habitaretur solitudo; utpote quæ certo sciret id quod erat futurum, rem scilicet fore multis salutis causam: accedunt ad eum quidam numero tres (42), fratres secundum carnem; qui germina quidem erant Cappadocum regionis, in Syriæ autem tractu educati, illic in virtute et doctrina se exercuerant; Cosmas (43), Chrysippus (44), Gabrielius (45). Is autem faciens ut consueverat, nec eos admisit, et ætatem certe causans juvenilem, mutuumque naturæ amorem, qui etiam solet ut plurimum avocare a contentione exercitationis; et maxime quod esset Gabrielius adhuc adolescens ac imberbis. Illi ergo his de causis eos admittere nullatenus placebat. Ea vero nocte venit ad ipsum in somnis aliquis, mandans tum ut fratres exciperet: Sunt enim inquit, ab ipso Deo ad te missi; tum ut deinceps paratus esset ad susceptionem cujuslibet accedentis et volentis. Mane igitur præclaram illam fraternitatem et cogitationem suscipiens, ut ei jusserat visio, ait Cosmæ (is quippe primus erat ætate inter fratres): Sic ego quidem jam feci, nimirum juxta ea quæ mihi a Deo mandata fuerunt, atque vos in hanc domum admisi; de cætero tibi tempus est, ut juniorem ex fratribus Gabrielium intra collam contineas, et nequaquam ei licentiam exeundi tribuas. Est enim res valde periculosa et insidiosa aliorum oculis muliebris facies, adeoque lævis et glabra. Deinde nonnulla quoque aperuit ex iis quæ erant ei eventura, dicens: Verum non puto te longo tempore hic vitam acturum; sed Ecclesiæ Scythopolitanæ præfecturam propediem accipies. Atque hæc quidem in susceptione virorum.

A παραδάλοιεν, εἴτε κόσμῳ ἀποτασσόμενοι, εἴτε τινὰ τῶν πρὸς τὴν χρείαν τοῦ σώματος ἐπικομιζόμενα, τῷ μακαρίτῃ πάλιν ὑπ' αὐτοῦ παρεπέμποντο θεσπίστῳ. Ὅδῃ δὲ τὴν ἔρημον οἰκισθῆναι ταύτην σοφὴς ἤνωθεν τῆς προνοίας οἰκονομούσης, οἷα δὴ καὶ τὸ μέλλον ἀσφαλῶς ἐγνωκυίας, ὅτι πολλοῖς ἔστι τὸ πρᾶγμα σωτηρίας ὑπόθεσις· προσίασιν αὐτῷ τινες, τὸν ἀριθμὸν τρεῖς, ἀδελφοὶ κατὰ σάρκα· φυτὰ μὲν τῆς Καππαδοκῶν ὄντες, ἐν γῇ δὲ τῆς Συρίας τραφέντες, καὶ ἀρετὴν ἐκεῖ καὶ παιδείαν ἀσκήσαντες· Σοσμᾶς, Χρύσιππος, καὶ Γαβριηλιος. Ὁ δὲ τὰ σφήθη ποιῶν, οὐδὲ τούτους προσίετο, τό τε νέον τῆς ἡλικίας ἀτεχνῶς αἰτιώμενος, καὶ τὸν πρὸς ἀλλήλους τῆς φύσεως πόθον, ὃς καὶ περισκᾷν οἶδεν ὡς τὰ πολλὰ τὸ σύντονον τῆς ἀσκήσεως· καὶ μάλιστα, τὸ B μειράκιον ἔτι τὸν Γαβριήλιον εἶναι, καὶ τριχῶν ἔχειν ψιλὸν τὸν πώγωνα. Ἐκείνῳ μὲν οὖν προσέξασθαι τούτους διὰ ταῦτα, τὸ παράπαν ἀδούλητον. Φοιτᾷ δέ τις ὄναρ αὐτῷ τῆς νυκτὸς ἐκείνης, δέξασθαί τε τοὺς ἀδελφοὺς ἐπισκήπτων (Πρὸς αὐτοῦ γὰρ εἰσιν ἐσταλμένοι σοι, φησὶ, τοῦ Θεοῦ), καὶ τὸ λοιπόν, ἕτοιμον εἰς ὑποδοχὴν εἶναι τοῦ προσιόντος καὶ βουλομένου πανός. Ἕωθεν τοίνυν τὴν καλὴν ἐκείνην ἀδελφότητα καὶ συμφυΐαν ὑποδεξάμενος, ὡς ἡ ὄψις αὐτῷ παρηγγύα, φησὶ τῷ Κοσμᾷ (οὗτος γὰρ ὁ πρωτεύων καθ' ἡλικίαν τῶν ἀδελφῶν), ὡς Ἐγὼ μὲν πεποίηκα ἤδη, κατὰ ταῦτα γοῦν μοι τὰ ἐντεταλμένα παρὰ Θεοῦ, καὶ ὑμᾶς ἐνταῦθα εἰσωκισάμην. Σοὶ δὲ ὅρα / λοιπὸν τὸν νεώτερον τῶν ἀδελφῶν Γαβριήλιον, εἴσω C τοῦ κελλίου καθεῖρξαι, καὶ μηδαμῶς αὐτῷ ἐφιεμένην θεῖναι τὴν ἔξοδον. Σφόδρα γὰρ ἐπισφαλὲς καὶ λίαν ἐπίβουλον τοῖς τῶν ἄλλων ὀφθαλμοῖς γυναικεία ὄψις, καὶ οὕτω λείως καὶ φιλῶς ἔχουσα. Εἶτα, καὶ τῶν μελλόντων αὐτῷ συμβῆναί τινα παραγόμενος· Ἀλλ' οὐκ οἶμαί σε, λέγων, πολὺν ἐνταῦθα χρόνον διαγαγεῖν· ἀλλὰ τὴν προστασίαν μετ' οὐ πολὺ τῆς ἐν Σκυθοπόλει Ἐκκλησίας ἐγχειρισθήσῃ. Πλὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῇ παραδοχῇ τῶν ἀνδρῶν.

XLI. Post eos autem seipsum permisit omnibus ingredi cupientibus, eratque deinceps ad excipiendum paratissimus. Etenim excipit quemdam Domnum (46), ex Anthiochena quidem civitate oriundum, Joannis vero, qui illi præerat Ecclesiæ, ex sorore nepotem. Suscipit etiam alios tres, fratres genere, patria Melitenos, consobrinos Synodii illius qui cum Acacio educaverat Euthymium; quorum nomina, Stephanus (47), Andreas (48), Gaianus (49). Post eos vero (50), Joannem quoque Rhaithensem presbyte-

ΜΑ'. Μετὰ δὲ τούτους, ἀνῆκέν ἑαυτὸν πᾶσι τοῖς εἰσερχεσθαι βουλομένοις. Καὶ ἦν τοῦ λοιποῦ πρὸς ὑποδοχὴν ἑτοιμότατος. Ὑποδέχεται μὲν γὰρ Δόμνον τινὰ, τῆς Ἀντιοχέων μὲν ὡρμημένον, ἀδελφιδοῦν δὲ Ἰωάννου, τοῦ τῆς κατ' αὐτὴν Ἐκκλησίας προεστηκότος. Ὑποδέχεται δὲ καὶ τρεῖς ἑτέρους, ἀδελφοὺς τὸ γένος, τὴν πατρίδα Μελιτηνοὺς, Συνοδίου ἀνεψιοὺς ἐκείνου, τοῦ σὺν Ἀκακίῳ τὸν Εὐθύμιον ἀναθρεψαμένου· Στέφανος αὐτοῖς, Ἀνδρέας, καὶ Γαϊανὸς τὰ ὀνόματα. Μετὰ δὲ τούτους καὶ Ἰωάννην ἀπὸ τῆς

VARIÆ LECTIONES.

1 al. σὺ δὲ ὁρᾷ.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(42) Horum acta, virtutes et obitum huic historiæ inseruit Cyrillus, potissimum n. 103.

(43) Infra n. 57 presbyter et custos sanctæ Crucis Hierosolymis factus traditur; et n. 103 episcopus Scythopolis.

(44) Infra n. 60 lauræ œconomus, custos sanctæ Crucis, primo in lauræ n. 87, tum Hierosolymis n. 103. scriptis libris clarus.

(45) Presbyter, fundator novi monasterii, miraculis insignis n 103 et alibi.

(46) Hic avunculo suo Joanni successit in patriarchatu Antiocheno. De utroque infra cap 9.

(47) Infra n. 57, factus episcopus Jamniæ, interfuit synodo Chalcedonensi an. Ch 457.

(48) Fuit hegumenus monasterii S. Memnæ, ut dicitur an. 87.

(49) Infra num. 97 constituitur episcopus Medi-borum.

(50) Episcopus Saracenorum dicitur infra n. 72; interfuit synodo Chalcedonensi. De Raitho dictum 14 Januarii.

Ῥαιθοῦ πρεσβύτερον, καὶ Ἀνατόλιον, καὶ Θαλάσσιον· ἐξῆς δὲ καὶ Κυρίωνα ἐκ Τιβεριάδος τινὰ, πρεσβύτερον καὶ αὐτὸν τοῦ ἐν Σκυθοπόλει ναοῦ, ὃς τῷ μάρτυρι καθίδρυται Βασιλείῳ· τούτους οὖν προσδεξάμενος, τὸν ἐπίσκοπον προτρέπεται Πέτρον, δείμασθαί τε αὐτοῖς κελλία μικρὰ, καὶ τὸν ναὸν ἐπιτερπῶς ἄγαν διακοσμῆσαι. Καὶ οὕτως ἐν βραχεῖ λαύραν ἐκεῖσε συνίστησι, τῆς ἐν Φαρὰν οὐδὲν ἀπολειπομένην.

ΜΒ'. Ἔπειτα μέντοι καὶ αὐτὸς Ἰουβενάλιος ὁ πατριάρχης, Πασσαρίωνα τὸν ἐν ἁγίοις, χωρεπίσκοπον τότε ὄντα, καὶ Ἡσύχιον τὸν πρεσβύτερον παραλαβὼν, κάτεισι πρὸς τὴν λαύραν, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ναὸν ἐγκαινίζει, δύο καὶ πεντήκοντα τοῦ Εὐθυμίου γεγονότος χρόνους [k]· χειροτονεῖ δὲ καὶ διακόνους, Δομετιανόν τε καὶ Δόμνον, ἤδη πρεσβυτέρων αὐτῷ ἀποκεκληρωμένων, Ἰωάννου τε καὶ Κυρίωνος. Πρὸς ταῦτα ἔχαιρεν ὁ μέγας Εὐθύμιος, καὶ μεστὴν εἶχε τὴν ψυχὴν εὐθυμίας, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ Πασσαρίωνα σὺν τῷ πατριάρχῃ, καὶ Ἡσύχιον τὸν θεῖον, τοὺς τοῦ λοιποῦ τῶν ἀσκητῶν χοροῦ τηνικαῦτα προλάμποντας, ἐν τῇ λαύρᾳ διάγοντας ἐθεᾶτο. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν ἁγίοις Πασσαρίων, οὕτω ἕβδομου ἐξ ἐκείνου μῆνα διατελέσας, ἐν γήρᾳ βαθεῖ καταλύει τὸν βίον.

ΜΓ'. Τοῦ δὲ μεγάλου τούτου καὶ θαυμαστοῦ Εὐθυμίου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἀδελφῶν, πολλῆ κατὰ τὴν νέαν ἐκείνην λαύραν τῇ τῶν ἀναγκαίων, ἐνδείᾳ πιεζομένων, ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια τῶν ἑαυτῆς οὐκ ἠμέλει, καὶ ἡ ἀνοιγομένη χεὶρ, καὶ πᾶν ζῶον εὐδοκίας πληροῦσα, οἰκονομίᾳ δὴ θαυμαστῇ καὶ τὰ νῦν διηνοίγετο. Συμβαίνει γὰρ πληθὺν Ἀρμενίων, οὐκ ἔλαττον ἢ τετρακοσίους [l] τὸν ἀριθμὸν, ἐπὶ τὸν Ἰορ-

rum, et Anatolium (51), et Thalassium (52): deinceps autem Cyrionem quemdam ex Tiberiade, ipsum quoque presbyterum templi, quod Scythopoli (53) dedicatum est martyri Basilio. Cum ergo eos admisisset, Petrum adhortatur episcopum, ut eis parvas cellas construat, et templum scite admodum adornet. Atque ita brevi illic lauram constituit, illa quæ est in Pharan nihilo inferiorem.

XLII. Postea vero et ipse Juvenalis patriarcha, assumens secum sanctum Passarionem (54), qui tunc erat chorepiscopus, et Hesychium (55) presbyterum, ad lauram proficiscitur, templumque illius dedicat (56); Euthymio agente annum ætatis quinquagesimum secundum; diaconos quoque ordinat Domitianum et Domnum, cum in presbyterorum gradum jam ab eo relati fuissent Joannes et Cyrion. Propter hæc magnus gaudebat Euthymius, et tranquilla hilaritate plenam habebat animam: maxime quod Passarionem cum patriarcha, et divinum Heschium, qui tunc temporis in reliquo ascetarum choro prælucebant, in laura degentes cerneret. Sed sanctus quidem Passario, nondum septimo post illud tempus mense transacto, e vivis excedit in profunda senectute.

XLIII. Cum hic autem magnus et admirabilis Euthymius, et qui cum eo erant fratres, in nova illa laura, premerentur magna rerum necessarium egestate, Dei providentia non abjecit curam suorum, et manus quæ aperitur, ac implet omne animal benedictione [2], admirabili sane dispensatione tunc quoque aperta est. Accidit enim, ut multitudo Armeniorum, non minus quam quadringentorum nu-

[2] Psal. CXLIV, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[k] χρόνων. [l] al. τετρακοσίων.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(51) Anatolius presbyter hospitio excepit S. Quiriacum an. Ch. 475.

(52) Alius ab hoc Thalassius colitur 22 Februarii, Pater spiritualis S. Limnæi. Lege c. 22 Theodoreti in Philo heo.

(53) Scythopolis, olim Betzan, in Judææ et Galilææ confinibus, apud Jordanis fluvii ex lacu Genesareth exitum, a Tiberiade parum in Austrum recedens. Ejus infra sæpe fit mentio. Cui Basilio Martyri hic templum fuerit consecratum, necdum legimus, plures alioquin Basilios hoc opere daturi. De templo S. Procopii Martyris, et basilica S. Thomæ Apostoli in eadem urbe Scythopolitana agit in Vita S. Sabæ Cyrillus, ex ea oriundus.

(54) S. Passarionis hospitio Hierosolymis exceptus dicitur, quo tamen die colatur, necdum nos legere meminimus.

(55) Hesychii presbyteri Hierosolymitani encomion in B. Thomam citat Photius in Bibliotheca tmemate 269. Eumdem tmem. 275 scribit se legisse in Jacobum fratrem Domini et Davidem τὸν θεοπάτορα. Hesychii quoque presbyteri Hierosolymitani oratio demonstrativa in S. Andream Apostolum, Carolo Fabiano interprete, edita est Lugduni apud Thomam Galletum, atque inde in Bibliotheca Patrum Coloniæ tom. 15, sive in Auctario, et Hesychii presbyteri Hierosolymitani sermones duo de C. Virgine, exstant in Bibliotheca Patrum editionum Parisiensis triplicis, et Coloniensis. Demum Rabanus Maurus in prologo in Leviticum ad Freculphum, episcopum Lexoviensem, ita scribit: «Reperi hunc librum a venerabili Presbytero Hierosolymorum Esychio satis plene expositum:» ex quo ipse Rabanus multa colligit, ut Glossa ordinaria in Leviticum præfatur. Exstat Parisiis excusus, et tomo seu sæculo 7 Bibliothecæ Patrum ex edit. Colon. Scripsit etiam in Ezechielem commentarios, quorum in præfatione in Leviticum mentionem facit; item in epistolam ad Hebræos, ut monet Sixtus Senensis Bibliothecæ sanctæ lib. 4, a quo dicitur B. Gregorii Nazianzeni Episcopi auditor et discipulus, claruisse sub Honorio Augusto an. Dom. 400. Quæ prorsus huic Hesichio judicemus convenire: quem proinde Euthymius in Passarionis aliorumque præclarorum virorum comitatu in Laura cernens, merito gavisus est. Alius est Moscho cap. 46. B. Ischius Presbyter Hierosolymitanæ Ecclesiæ, qui deinde patriarcha Hierosolymitanus successit Amos an. Chr. 601 secundum calculum Baronii n. 14 obiit an. Ch. 609 cui succesit S. Zacharias, ut ibidem Baronius n. 5 Exstat S. Gregorii Papæ ad eum epistola 40, libri 9, ex Registro, ubi in editionibus omnibus, Gallotii, Pamelii, et Sixti V. Isychius appellatur; Nicephoro in Chronico Isaacius. Huic Glossa ordinaria, quod alius Hesychius ignoraretur, attribuit commentarios in Leviticum; secuti deinde Possevinus, Bellarminus, Miræus alique, licet nusquam episcopum, aut patriarcham, sed presbyterum sæpius semel appellet, cui Photius et Rabanus et operum tituli, sive inscriptiones, consentiunt.

(56) An. Ch. 429.

mero, ad Jordanem a sancta civitate descendens, dextera de itinere declinaret, perinde ac aliquo eis viam præeunte, et ad lauram illam accederet; hoc etiam, ut arbitror, sapienter disponente Providentia, quo magna patris virtus adhuc clarior evaderet. Quos videns magnûs ille eo luci divertisse, ut se a labore itineris aliquantisper recrearent, vocat Domitianum, cui commiserat lauræ rerum dispensationem, atque jubet ut eis mensam apponat. Cum is autem objiceret egestatem, et respondisset se ne unius quidem diei fratrum habere alimentum, ille eo fretus qui viduæ copiosum effudit nutrimentum propter abundantiam bonæ ejus voluntatis [3] præcipit Domitiano ire ad panarium. Intelliges enim, inquit, quid sibi quidem velint humanæ cogitationes, quid vero divina possit gratia opinionem dispensare ac providere.

XLIV. Et ille cedens statim, et accedens, (o inenarrabilia tua, Christe, miracula!) invenit divina quadam et sapiente providentia, ædem panibus adeo plenam, ut ne facile quidem esset parum aperire ostium, prohibitum nempe multitudine intus positorum. Vocatis ergo aliis fratribus, et eorum opera everso ostio, videt ea quæ erant intus, innumerabilem panum multitudinem; ad hæc vini, inquam, et olei ingentem copiam, atque omnino convenientem Euthymii in dando magnificentiæ.

XLV. Hæc ut vidit Domitianus, divinæ gratiæ operationem intelligens, procedit ad pedes magni, veniam petiit, et parcitatis sordes vehementi rependit pœnitentia. Illo vero cum Domitiano benignam et mentem et manum porrexisset, ipsumque elevasset, o fili, inquit, *qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus et metet* [4]. Qui ergo accedentibus commune tectum præbent et sal, nescientes sibi potius comparant copiosam suppeditationem, nec tantum dant quantum accipiunt. Quod quidem a vobis quoque servandum est, fratres, si Deo estis gratificaturi, et plurima rerum necessariarum suppeditatione semper abundaturi. Hinc bonorum acervus, ut aiunt, constitit, resque lauræ cœperunt vigere ac exuberare: quando quidem fratrum numerus ad quinquaginta pervenit, et unicuique eorum cella fuit ædificata; atque sacra mysteria quotidie peragebantur.

XLVI. Porro is cui credita fuerat dispensatio, dum cogitat, ad tantum fratrum multitudinem multo etiam sibi opus fore ministerio, mulos quoque paravit lauræ. Erat autem quidam in ea Asianus genere, nomine Auxentius, qui erat aptus ad mulorum ministerium. Is ergo ab hoc œconomo rogatus, ut illam subire administrationem differebat, et non obediebat. Sed cum res esset ad usum necessaria. Joannem et Cyrionem presbyteros secum accipiens œconomus, iterum cum iis rogabat Auxentium.

δάνην ἀπὸ τῆς ἁγίας πόλεως κατιοῦσάν, ἐκκλῖναί τι τῆς ὁδοῦ δοξιᾷ, καθάπερ τινὸς αὐτοῖς τῆς πορείας προηγουμένου, καὶ εἰς τὴν λαύραν ἐκείνην παραγενέσθαι· τῆς Προνοίας οἶμαι καὶ τοῦτο σοφῶς οἰκονομούσης, ὥστε τὴν μεγάλην τοῦ Πατρὸς ἀρετὴν, λαμπροτέραν ἔτι καταστῆναι. Οὓς ἰδὼν ὁ μέγας ἐκεῖ καταλύσαντας, ὥστε τὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ κόπον βραχύ τι διαναπαῦσαι, καλεῖ Δομετιανὸν, οἰκονομεῖν τὰ τῆς λαύρας ὑπ' αὐτοῦ προκεχειρισμένον, καὶ παρατεθῆναι τούτοις τράπεζαν ἐπαγγέλλει. Τοῦ δὲ προβαλλομένου τὴν ἔνδειαν, καὶ ὡς οὐδὲ τὴν ἐφήμερον ἔχοι τῶν ἀδελφῶν τροφὴν ἀποκριναμένου, θαῤῥῶν ἐκεῖνος τῷ καὶ χήρᾳ τροφὴν πλουσίαν δι' ἀφθονίαν πηγάσαντι προαιρέσεως, πορευθῆναι παρὰ τὸ ἀρτοφυλακεῖον [m] ἐντέλλεται Δομετιανῷ. Εἶσῃ γὰρ ἔγνωκας, τί μὲν ἀνθρώπινοι βούλονται λογισμοὶ, τί δὲ θεία δύναται χάρις παραδόξως οἰκονομεῖν.

ΜΔ'. Καὶ ὃς εἶξας εὐθὺς καὶ παραγενόμενος· τῶν ἀνεκδιηγήτων σου, Χριστὲ, θαυμασίων, εὑρίσκει θείᾳ τινὶ καὶ σοφῇ προνοίᾳ τὴν οἰκίαν οὕτως ἄρτων μεστὴν, ὡς μηδὲ τὴν θύραν μικρόν τι πάρανοῖξαι ῥᾴδιον ὄν, τῷ πλήθει τῶν ἔνδον ἀνειργομένην. Καλέσας τοίνυν καὶ ἄλλους τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὴν θύραν σὺν αὐτοῖς ἀνατρέψας, ὁρᾷ τὰ ἔνδον, ἀμύθητόν τι πλῆθος ἄρτων· οἴνου τε, φημὶ, καὶ ἐλαίου πολλὴν ἀφθονίαν, καὶ ἀνάλογον τῇ περὶ τὸ διδόναι πάντως Εὐθυμίου φιλοτιμίᾳ.

ΜΕ'. Ταῦτα Δομενιανὸς ἰδὼν, καὶ τῆς θείας χάριτος συμβαλὼν τὴν ἐνέργειαν, πίπτει πρὸς τοὺς ποδὶ τοῦ μεγάλου, συγγνώμην αἰτῶν, καὶ μικρολογίας ἀντιδιδοὺς μετανοίας θερμότητα. Κἀκεῖνος εὐμενῆ τε Δομετιάνῳ καὶ φνώμην καὶ χεῖρα ὀρέξας, κατ' αὐτὸν ἀναστήσας, Ὦ τέκνον, ἔφη, ὁ σπείρων ἐπὶ εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει. Οἱ γοῦν κοινὴν τοῖς παροῦσι τὴν στέγην καὶ τοὺς ἅλας ποιούμενοι, λανθάνουσι δαψιλῆ μᾶλλον ἑαυτοῖς περιποιοῦντες τὴν χορηγίαν, καὶ μὴ τοσοῦτον διδόντες ὅσον λαμβάνουσιν. Ὅπερ ἀδελφοὶ καὶ ὑμῖν φυλακτέον, εἰ μέλλοιτε καὶ Θεῷ χαρίζεσθαι, καὶ πολλῇ πάντοτε [n] κομᾷν τῶν ἀναγκαίων τῇ χορηγίᾳ. Ἐντεῦθεν ἀγαθῶν σωρὸς, τὸ τοῦ λόγου, συνέστη, καὶ τὰ τῆς λαύρας εὐθηνεῖν ἤρχετο καὶ εἰς πλῆθος ἐπιδιδόναι· ὅτε τῶν ἀδελφῶν ἀριθμὸς, εἰς πεντήκοντα περιέστη, ἑκάστῳ τε αὐτῶν κελλίον ᾠκοδομήθη· καὶ τὰ τῆς ἱερᾶς καθεκάστην ἐτελεῖτο μυσταγωγίας.

ΜΣ'. Ἐννοῶν δὲ ὁ τὴν οἰκονομίαν ἐγχειρισθεὶς, ὅτι πρὸς οὕτω πολὺ τῶν ἀδελφῶν πλῆθος, πολλῆς αὐτῷ καὶ ὑπηρεσίας δεήσει, προσεκτήσατο τῇ λαύρᾳ, καὶ ἡμιόνους. Ἦν δέ τις ἐν αὐτῇ τὸ γένος Ἀσιανὸς, τὴν κλῆσιν Αὐξέντιος, ἐπιτηδείως ἔχων πρὸς τὴν τῶν ἡμιόνων διακονίαν. Οὗτος οὗτος ὑπὸ τοῦδε τοῦ οἰκονόμου παρακαλούμενος, ὥστε τὴν λειτουργίαν ὑπελθεῖν ταύτην, ἀνεβάλλετο καὶ οὐχ ὑπήκουεν. Ἀναγκαίου δὲ καὶ χρησίμου τοῦ πράγματος ὄντος, παραλαβὼν καὶ Ἰωάννην μεθ' ἑαυτοῦ καὶ Κυρίωνα

[3] III Reg. XVII, 3. [4] II Cor. IX, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[m] al. ἀρτοφυλάκιον. [n] al. πάντοθεν.

τοὺς πρεσβυτέρους ὁ οἰκονόμος, ἡξίου καὶ αὖθις σὺν καὶ αὐτοῖς τὸν Αὐξέντιον. Ἐπεὶ δὲ καὶ οὕτως ἀνήκοος ἦν, τοῦ Σαββάτου ἤδη διαγεγονότος, ἡνίκα τῷ μεγάλῳ ἐξῆν ἐντυχεῖν, ἀναφέρει τὰ κατὰ τὸν Αὐξέντιον αὐτῷ πάντα ὁ οἰκονόμος. Κἀκεῖνος μεταστέλλεται μὲν εὐθέως τὸν ἀδελφὸν [o], ὑπακούειν δὲ παραινεῖ, καὶ μὴ οὕτως ἀνένδοτον εἶναι καὶ ἀπειθῆ, τῷ ἰδίῳ μόνῳ στοιχοῦντα θελήματι, καὶ τὴν κοινὴν τοῖς ἀδελφοῖς χρησιμεύουσαν διακονίαν ἀποποιούμενον. Τοῦ δὲ μηδὲ παράκλησιν, μηδὲ μόνην ὄψιν αἰδεσθέντος τοιαύτην, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἀναδυομένου σαφῶς, καὶ ποίαν οὐχὶ κινοῦντος πρόφασιν, ἵνα μόνον θέλημα τὸ ἑαυτοῦ κύριον δείξῃ· καὶ νῦν μὲν τὸ ἀλλοδαπὸν εἶναι καὶ τῆς ἐπιχωρίου φωνῆς ἀνομίλητον αἰτιωμένου, νῦν δὲ τὰς τῆς σαρκὸς ἐπιβουλὰς καὶ τὰς ποικίλας τοῦ πονηροῦ [p] τέχνας· Μήποτέ με, φησὶν, ἔξω τῶν ὑμετέρων ὀφθαλμῶν λάθρᾳ ὑποσκελίσῃ, καὶ κακίας τῆς ἑαυτοῦ ἔργον δείξῃ· πρὸς δὲ, καὶ ὅπως μὴ φροντίσι καὶ θορύβοις συνεθισθεὶς, ἀπάδων τοῦ λοιποῦ καὶ μείνω.

ΜΖ'. Τοιαῦτα λέγοντος, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς βλάβην ὡς δυσωπῆσαι ἱκανὴν οὖσαν προβαλλομένου, ὁ μέγας πάλιν Εὐθύμιος, Ἀλλὰ δεησόμεθα, ὦ τέκνον, φησὶ, τοῦ Θεοῦ, ὥστε μηδενὶ τῶν βλαπτόντων, διὰ τὴν ὑπακοὴν ἁλώσιμον ὀφθῆναί σε. Αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ φωνή· Οὐκ ἦλθον διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. Καί· Οὐ ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Πατρός. Πρὸς ταῦτα ἔτι μᾶλλον τραχυνομένου τοῦ Αὐξεντίου καὶ μηδαμῶς εἴκοντος, βαρύτερον αὐτῷ προσενεχθεὶς ὁ θεῖος Εὐθύμιος, Ἡμεῖς μὲν, ὦ τέκνον, εἶπεν, ὅπερ δὲ καὶ αὐτῷ σοι λυσιτελεῖν ἐδόκει, συνεβουλεύσαμεν· σὺ δὲ μένων ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀπειθείας, ὅσον οὔπω τίς ὁ τῆς ἀπειθείας καρπὸς εἴσῃ. Οὔπω τέλος εἶχε τῷ μεγάλῳ τὰ εἰρημένα, καὶ κλόνον οὐκ οἶδ' ὅθεν ὁ Αὐξέντιος τοῦ σώματος ὑποστὰς, ἄθλιος ἐπὶ τὴν γῆν καταπίπτει, δακρύων διὰ τὴν συμφορὰν μόνον [q] ἄξιος. Οἱ γοῦν παρόντες τῶν ἀδελφῶν, ἐπικλασθέντες αὐτῷ τὰς ψυχὰς οὕτως ἐλεεινῶς ἔχοντι, ἐδέοντο Εὐθυμίου, ἱκέτευον, ἠντιβόλουν, βοηθῆσαι κειμένῳ, καὶ παρακοῆς ὑποστάντι πονηρὰν ἕκτισιν. Ὁ δὲ, πρὸς οὕτως ἀπειθῆ καὶ ἀνήκοον, ἕτοιμος ἦν ὑπακούειν. Καὶ λαβόμενος αὐτοῦ τῶν χειρῶν, ἀνίστησι τὸν Αὐξέντιον, ὑπότρομον ἔτι, καὶ διὰ πάντων μικροῦ τῶν μελῶν τὴν τιμωρίαν ὑπέχοντα. Εἶτα καὶ καθάπερ τι φάρμακον αὐτῷ τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον ἐπιβαλὼν, λύει τῷ ἀνθρώπῳ τὸ πάθος, καὶ ὑγιᾶ παραχρῆμα δείκνυσιν.

ΜΗ'. Ἀνενεγκὼν οὖν ὁ Αὐξέντιος, καὶ τῆς μὲν παρακοῆς εἰς μνήμην ἐλθὼν, συνεὶς δὲ καὶ τὸ κατασκῆψαν εἰς αὐτὸν πάθος, καὶ ὅτι μόνης ἦν ἀπειθείας ἔργον μὴ ἀγνοήσας, ἔτι μείζονα δίκην ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἐπράττετο, καὶ μεταμέλειά τις αὐτὸν εἰσῆει δεινή. Ἀμέλει καὶ προσπίπτει τῷ Εὐθυμίῳ· τοῦτο μὲν συγγνώμην τῶν ἤδη γεγενημένων αἰτῶν,

A quia vero sic quoque inobsequens erat, et jam advenerat Sabbatum, quo tempore licebat magnum convenire, omnia de Auxentio ei refert œconomus. Et ille quidem fratrem statim arcessit; suadet autem ut obediat, neve sit adeo contumax et inobediens, propriam duntaxat sequendo voluntatem, et ministerium fratribus communiter utile recusando. Is vero nec adhortationem, nec vel talem solum adspectum reveritus, sed etiam sic aperte detrectabat, et quem non prætextum afferebat, ut solam voluntatem suam dominam ostenderet; et nunc quidem causabatur se esse alienigenam, nec peritum sermonis regionis illius; nunc vero carnis insidias variasque maligni artes: Ne forte, inquit, me extra oculos vestros inventum supplantet, ac suæ B malitiæ opus exhibeat; ad hæc ne assuefactus curis et tumultibus, de cætero permaneam discrepans et dissonus ad animi quietem et tranquillitatem.

XLVII. Cum hæc diceret, et animæ noxam ut ad movendum idoneam, proferret, magnus iterum Euthymius: Sed Deum, inquit, orabimus, o fili, ut propter obedientiam, a nullo ex iis quæ lædunt, captus videaris. Ejus enim vox est: *Non veni ministrari, sed ministrare* [5]. Et: *Non facio voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me Patris* [6]. Ad ista adhuc magis exasperato Auxentio, et nequaquam cedente, gravius in eum invehens divinus Euthymius: Nos quidem, o fili, inquit, quod tibi ipsi quoque esse conducibile videbatur, consuluimus: tu autem in eadem manens inobedientia, mox scies, quisnam sit inobedientiæ fructus. Nondum horum dictorum magnus finem fecerat, et concussum corporis nescio unde passus Auxentius, miser in terram decidit, solum dignus lacrymis propter calamitatem. Qui ergo aderant ex fratribus, fracti animis super eo tam misere affecto, rogabant Euthymium, supplicabant, obsecrabant, ut opem ferret jacenti, gravemque perpesso inobedientiæ pœnam. Is vero erga adeo contumacem et inobedientem, paratus erat obedire; ac ejus manibus prehensis, erigit Auxentium, tremebundum adhuc, et per omnia fere membra pœnas pendentem. Deinde cum signum crucis, instar cujusdam medicamenti, ei immisisset, solvit hominem ab ea affectione, statimque sanum reddit.

XLVIII. Recreatus itaque Auxentius, et inobedientiæ quidem recordatus, intelligens vero calamitatem quæ ei incubuerat, nec inscius opus fuisse solius contumaciæ, majores adhuc luebat pœnas a conscientia, gravisque eum subiit pœnitentia. Quare ad pedes procidit Euthymii; partim petens veniam jam actorum, partim in futurum securitatem. Cum

5 Matth. xx, 28. 6 Joan. v, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[o] al. add. [p] al. ἐχθροῦ. [q] al. μόνων.

is vero ei statim ignovisset (anima enim quæ vix tandem ad iram conversa fuerat, quomodo non fuisset prompte cursura ad commiserationem ?), et futurum tempus per orationem communiisset, ille cum voluptate et animi alacritate suscipit mulorum ministerium. Sic *disciplina Domini*[7], ut cum divina Scriptura loquar, et *aures aperit;* et plane adjicit intelligentiam. Et qui antequam deprimeretur humilisque redderetur, contumaciæ peccatum admiserat, post depressionem humilitatemque ex disciplina ortam, cognitus fuit ad obedientiam promptus. Hæc mihi anachoreta Cyriacus (57) ille qui ab ineunte quidem ætate tonsus fuerat in cœnobio Euthymii (58), postquam autem cum ejus (59) successoribus satis longo tempore esset versatus, omnemque ab eis viri et exercitationem, et vitæ rationem accurate didicisset, postea in laura veteris Sucæ (60) septuaginta (61) fere totis annis se exercuit, omni virtute ac honestæ vitæ præclaris factis admodum illustris.

XLIX. Et aliud autem ipse mihi retulit, quod duo ex fratribus, Maro et Clematius, ad austeritatem vitæ ac disciplinæ in laura observatæ fatiscentes, inter se convenerunt, ut illinc clanculum effugerent, et se noctu furtim subriperent. Hæc illi quidem communi consensu loquebantur et apud se cogitabant : sed qui secreta aperit, et iis qui sunt dedicati, dicit per Isaiam : *Non erit tibi amplius sol in lucem diei, neque ortus lunæ illuminabit tibi noctem ; sed erit tibi Dominus lux sempiterna* [8] : ipse hoc quoque manifestum facit famulo suo. Facit autem hoc pacto. In quiete enim degenti aliquando huic magno et admirabili Euthymio visus est malignus. Maroni et Clematio, tanquam ob oculos sancto assistentibus, frenum injicere, eosque in laqueum trahere gravissimum.

L. Is vero statim intellectis insidiis, arcessit fratres Maronem et Clematium, eosque hortatur, admonet, rogat, docet, alloquitur, et prolixam orationem habet de tolerantia, quodque opus sit ubique plurima custodia et cautione. Deinde in exemplum eis adducit Adamum et Jobum ; illum quidem in paradiso mandati violatorem, hunc vero omnigenæ virtutis, in sterquilinio demonstratorem. Neque hæc prætermittens, quod oportet monachum nequa-

A τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀσφάλειαν. Τοῦ δὲ καὶ συγγνόντος εὐθέως αὐτῷ (ἡ γὰρ πρὸς ὀργὴν τραπεῖσα μόλις ψυχὴ, πῶς οὐκ ἔμελλεν ἑτοίμως ὁρίμειν εἰς συμπάθειαν ;), καὶ τὸ μέλλον δι' εὐχῆς ἀσφαλισαμένου, μεθ' ἡδονῆς ἐκεῖνος καὶ προθυμίας τὴν τῶν ἡμιόνων ἀναιρεῖται διακονίαν. Οὕτως ἡ παιδεία Κυρίου, κατὰ τὴν θείαν φάναι Γραφὴν, ἀνάγει τε τὰ ὦτα, καὶ νοῦν ἀκριβῶς προστίθησι. Κσὶ ὁ πρὸ τοῦ ταπεινωθῆναι τὴν ἀπείθειαν πλημμελήσας, μετὰ τὴν ἐκ παιδείας ταπείνωσιν, ἕτοιμος πρὸς ὑπακοὴν ἐγνωρίζετο. Ταῦτά μοι ὁ ἀναχωρητὴς Κυριακὸς διηγήσατο, Κυριακὸς ἐκεῖνος, ὃς ἐκ νέου μὲν τῷ τοῦ μεγάλου Εὐθυμίου ἐνεπαλείρατο κοινωβίῳ, τοῖς ἐκείνου δὲ διαδόχοις χρόνον ἱκανὸν συγγενόμενος, καὶ πᾶσαν παρ' αὐτῶν τοῦ ἀνδρὸς ἄσκησίν τε καὶ πολιτείαν πρὸς ἀκριβείαν ἐμαθών, B ὕστερον πρὸς τῇ λαύρᾳ τοῦ παλαιοῦ Σουκᾶ παρ' ὅλους ἑβδομήκοντα σχεδὸν ἐνιαυτοὺς ἤσκησεν, ἀρετῇ πάσῃ καὶ βίου σεμνοῦ κατορθώμασιν ἐπιφανῶς διαλάμψας.

Μθ'. Κἀκεῖνο δέ μοι ὁ αὐτὸς διηγήσατο, ὅτι δύο τινὲς τῶν ἀδελφῶν, Μάρων τε καὶ Κλημάτιος, πρὸς τὸ τραχὺ τῆς κατὰ τὴν λαύραν ἀγωγῆς καὶ διαίτης ἀπαγορεύσαντες, συνθήκας ἔθεντο πρὸς ἀλλήλους, λαθραίως ἐκεῖθεν ἐκφυγεῖν, καὶ ὑπὸ νύκτα κλέψαι τὴν ἀναχώρησιν. Ταῦτα οἱ μὲν ἐκοινολογοῦντο καὶ καθ' ἑαυτοὺς διεσκέπτοντο· ἀλλ' ὁ ἀνακαλύπτων βαθέα, καὶ τοῖς ἀνακειμένοις αὐτῷ διὰ Ἡσαΐου φάσκων, ὅτι Οὐκ ἔσται σοι ἔτι ὁ ἥλιος εἰς φῶς ἡμέρας, οὐδὲ ἀνατολὴ σελήνης φωτιεῖ σοι τὴν νύ- C κτα, ἀλλ' ἔσται σοι Κύριος φῶς αἰώνιον, αὐτὸς ἐκδηλον καὶ τοῦτο ποιεῖ τῷ οἰκείῳ θεράποντι. Ποιεῖ δὲ ὧδε. Ἡσυχάζοντι γάρ ποτε τῷ μεγάλῳ τούτῳ καὶ θαυμαστῷ Εὐθυμίῳ, ἐφῆκε Μάρωνί τε καὶ Κληματίῳ χαλινὸν ἐμβαλεῖν ὁ πονηρὸς, καθάπερ ὑφ' ὀφθαλμοὺς τῷ ἁγίῳ παρισταμένους [r], καὶ εἰς παγίδα τούτους ἕλκειν χαλεπωτάτην.

Νʹ. Ὁ δὲ, συμβαλὼν εὐθὺς τὴν ἐπιβουλὴν, μετακαλεῖται τοὺς ἀδελφοὺς, Μάρωνα καὶ Κλημάτιον, παραινῶν αὐτοῖς, νουθετῶν, παρακαλῶν, διδάσκων, διαλεγόμενος, μακρὸς πυρὶ ὑπομονῆς ἀποτείνων λόγους, καὶ ὅτι πολλῆς παντὸς φυλακῆς χρεία καὶ ἀσφαλείας· εἶτα καὶ τὸν Ἀδὰμ αὐτοῖς ὑπόδειγμα παράγων, καὶ τὸν Ἰὼβ, τὸν μὲν ἐν παραδείσῳ τὴν ἐντολὴν ἀθε- D τήσαντα, τὸν δὲ καὶ πᾶν ἀρετῆς εἶδος ἐπὶ κοπρίας ἀποδειξάμενον [s]· οὐδὲ αὐτὰ παραλείπων, ὅτι δεῖ

[7] Isa. L, 5. [8] Isa LX, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[r] al. παριστημένους. [s] al. ἐπιδειξάμενον.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(57) Do S. Cyriaco, sive Quiriaco, actum est in prolegom. n. 9. De ejus ætate num. 12 et seqq. Vitam dabimus 29 Septemb.

(58) Ab ipso S. Euthymio; « cujus beatæ manus sacrum ejus caput tetigerunt, simul quidem eum monastico induentes habitu, et in eum vocantes uberiorem Spiritus operationem. » Acta ejus. Id factum anno Ch. 405

(59) A S. Euthymio, quod imberbis esset, missus fuit ad S. Gerasimum : a cujus obitu redlit ad lauram S. Euthymii anno 475, mansitque istic annis 10 ut in ejus Actis legitur.

(60) De ea actum num. 2 in proleg. additur veteris ob *Lauram novam*, non procul inde exstructam.

(61) Hi septuaginta anni censentur a discessu e monasterio S. Euthymii : e quibus ministravit 39 annos in laura Sucæ ; 10 transegit in solitudinibus partim Nitupha, partim Ruba; 7 mansit in Susacim; 5 in spelunca S. Charitonis; et rursus 8 in Susacim; ac tandem 2 annis transactis in antro S. Charitonis, obiit. Ita ejus Acta.

τὸν μοναχὸν ἀπαράδεκτον εἶναι τῶν ἐκ τοῦ πονηροῦ λογισμῶν, κἂν λύπην ἐκεῖνος, κἂν μῖσος, κἂν ἀκηδίαν [1], κἂν ἑτέρωθι μετάβασιν ὑποβάλοι, μηδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ μηδόλως τὴν διάνοιαν ἀνιέναι· ἀλλὰ διακρούεσθαι ταῦτα καὶ ἀπωθεῖσθαι πάσῃ χειρί· μήποτε λάθῃ διὰ μεθοδείας ὑποσκελίσας ἡμᾶς, καὶ πτῶμα βίψας δακρύων ἄξιον. Εἰ δέ τις ἐνταῦθα τυχὸν ἀρετὴν ἀσκῆσαι μὴ δύναιτο, μὴ νομιζέτω ἀλλαχοῦ μεταβὰς, ῥᾷον κατορθῶσαι τὸ σπουδαζόμενον. Οὐ γὰρ παρὰ τὴν τοῦ τόπου φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν οἰκείαν ἡμῶν προαίρεσιν ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἐργασία. Τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ σφαλερὸν τοῦτο τοῖς μοναχοῖς, καὶ ἀτόνους αὐτοὺς καὶ ἀρετῶν ἀκάρπους ποιεῖν δυνάμενον. Ἐπεὶ μηδὲ φυτὸν οἷόν τε καρποφορεῖν, συνεχῶς μεταφυτευόμενον.

A quam admittere cogitationes a maligno suggestas, sive ille tristitiam, sive odium, sive tædium, sive in alium locum migrationem subjiciat, et nec ab initio ei omnino mentem permittere, sed ista rejicere, atque tota manu repellere, ne forte nos latenter per fraudem supplantet, et in casum præcipitet lacrymabilem. Si quis autem hic forsan non possit virtutem exercere, ne existimet, quod alio transiens, facilius poterit optata bono exsequi. Non enim ex loci natura, sed ex libero nostri animi instituto boni procedit operatio. Contra vero hoc monachis periculosum, quodque potest eos reddere imbecillos virtutumque infructuosos. Quandoquidem nec planta potest ferre fructus, quæ assidue transplantatur.

ΝΑ'. Πρὸς πλείονα δὲ τῶν εἰρημένων πίστιν, καί τινων γερόντων αὐτόθι Αἰγυπτίων ἐπεξῆει [2] διήγημα. Ἔλεγεν οὖν, ὡς ἦν τις ἀδελφὸς ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν κοινοβίῳ τινὶ καθήμενος, ὃς συνεχῶς εἰς θυμὸν ἐκφερόμενος, ἠγριοῦτο καὶ ἐταράττετο, καὶ πικρίας τὸ στόμα καὶ ὀργῆς ἐπίμπλατο. Λαβοῦσα δέ τις αὐτὸν μεταμέλεια, ὡς εἴη διὰ τοῦ θυμοῦ τοῦδε καὶ τῆς πρὸς τὴν ταραχὴν εὐκολίας ἑαυτῷ πολεμῶν, καὶ εἴ που τι καὶ καλὸν ἤδη φθάσας ἐκτήσατο, καὶ τοῦτο προσαπολλὺς, πείθει τοῦ κοινοβίου ἀναχωρῆσαι καὶ μόνον δὴ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἡσύχως διαβιῶναι· ἅτε πολλὰ τῆς ἐρημίας πρὸς γαλήνην αὐτῷ καὶ ἀταραξίαν συνάρασθαι δυναμένης. Ὥετο γὰρ, ὡς ἂρα μηδενὸς ὑπόντος πρὸς ὃν ἂν καὶ θυμωθείη, καὶ καθ' οὗ ἂν τῇ ὀργῇ χρήσαιτο, σβεσθήσεται πάντως ἡρέμα τὸ δεινὸν ἐκεῖνο καὶ ὀξύτατα ἀναπτόμενον τοῦ θυμοῦ πῦρ, καὶ τὸ λοιπὸν ἥμερος αὐτὸς ἔσται καὶ γαλήνης πάσης καὶ ἡσυχίας [3] μεστός. Ταῦτα λογισάμενον ἐκεῖνον, τὸ ἐξῆς ἀποστάντα τοῦ κοινοβίου, μόνον ἐφ' ἡσυχίας διάγειν· καί ποτε κατὰ χρείαν τινὰ, τὸ ποτήριον ὑποπλήσαντα ὕδατος, καί τι μικρὸν αὐτὸ πρὸς τῷ ἐδάφει θελήσαντα καταθεῖναι, τέχνῃ τινὶ τοῦ πονηροῦ τοῦτο περιστραφῆναι· ὅπερ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς ἐφεξῆς καὶ τρὶς γεγονὸς, θυμωθῆναί τε τὸν ἀδελφὸν, καὶ ἧττω τῆς τοῦ θυμοῦ ῥύμης γενόμενον, ὡς εἶχεν εὐθὺς εἰς γῆν κατενεγκεῖν τὸ ποτήριον, καὶ τοῦτο συντρῖψαι· καὶ οὕτω πολλῷ μείζονα τῷ ἐχθρῷ πάντως καὶ θερμότερον ὀφλῆσαι τὸν γέλωτα.

B LI. Ad majorem vero dictorum fidem, etiam eis proferebat quorumdam senum Ægyptiorum historiam [9]. Aiebat ergo: Fuit nonnullus frater in Ægypto (62), in quodam cœnobio residens; qui ad iram continue raptus, exasperabatur et turbabatur, et acerbitate ac indignatione os ejus implebatur. Cum eum autem quædam subiisset pœnitentia, quod propter hanc iram et perturbationis facilitatem secum bellum gereret, et si quid boni jam ante acquisiisset, id quoque perderet; persuadet ei, ut recederet a cœnobio, solusque per se viveret quietus; utpote quod solitudo multum posset ei conducere ad tranquillitatem et perturbationis vacuitatem. Existimabat enim quod, si nullus subesset cui irasceretur, et in quem uteretur indignatione, omnino sensim exstingueretur vehemens ille et citissime flagrans ignis iracundiæ; futurusque esset deinceps ipse mitis, omnique tranquillitate et quiete plenus. Hæc ille reputans, discessit deinceps a cœnobio, et solitariam vitam est amplexus: et cum aliquando, propter usum quemdam aqua implesset poculum (63), idque voluisset humi aliquantisper deponere, nonnulla maligni arte id eversum est. Quod quidem ubi non semel tantum, sed etiam bis et ter deinceps accidisset, tum iratus est frater, tum ab iræ impetu devictus, statim ita ut habebat, humi projecit poculum, illudque confregit: atque sic omnino ludibrium multo majus acriusque debuit inimico.

NB'. Πρὸς ταῦτα γελᾷ μὲν ὁ Κλήματιος, διαθερμανθεὶς τὴν ψυχὴν τῷ ἀστείῳ τοῦ διηγήματος· προσχὼν δὲ ὁ θεῖος Εὐθύμιος, Ἦπου, φησὶν, ὑπό τινος, ἀδελφὲ, πονηροῦ καὶ σὺ κεκίνησαι, δαίμονος, ὅτι καὶ γελᾷς οὕτως ἀναισχύντως καὶ ἰταμῶς; δέον ὀδύρεσθαι καὶ θρηνεῖν, τὴν ἐκεῖθεν παράκλησιν, ἐκδεχόμενον, εἴπερ ἀληθής ἐστιν ὁ τότε δικάσων ἡμῖν, μακαρίους μὲν τοὺς νῦν πενθοῦντας ἀποκαλῶν (Ὅτι [4], φησὶ, παρακληθήσονται), ἀθλίους δὲ

D LII. Ad hæc ridet quidem Clematius, per urbanitatem narrationis incalefactus animo. Divinus vero Euthymius re animadversa: Nunquid, ait, tu quoque, frater, motus es a malo aliquo dæmone, quod adeo inverecunde et impudenter rides? cum oportere flere et lamentari, suasionem inde sumptam admittendo, si verax est, qui tunc noster erit judex, dum beatos quidem appellat eos qui nunc lugent; quia, inquit, consolationem accipient [10];

[9] Vitæ Patr. III, 98; V, VII, 33. [10] Matth. V. 5; Luc. VI, 25.

VARIÆ LECTIONES.

[1] al. ἀδικίαν. [2] al. βίους. [3] al. ἡρεμίας. [4] al. inser. αὐτοί.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(62) Narrant id in Vitis Patrum Rufinus aut quisquis ejus libri auctor est, lib. 3, n. 98 et Pelagius lib. 5, libel. 15, n. 225.

(63) Pelagius *suriculam*, Rufinus *vas*.

miseros autem eos qui rident, sibique non attendunt. Cæteroquin aperta inscitia est et disciplinæ violatio, monachum ultra mediocritatem loqui, aut ad quodlibet moveri, vel etiam fiduciam sumere, Patres enim fiduciam appellant [11], omnium plane vitiorum matrem.

LIII. His quidem verbis ille cum increpasset Clematium, ingressus est in cellam interiorem. Eum vero e vestigio persecuta est ultio; pronusque in terram cadens, agitabatur tremore et horrore tenebatur. Itaque Domitianus sic jacentem videns Clematium, et simul quidem Euthymii mansuetudinem et austeritatem admiratus, quo modo optime in eo essent contemperat, et simul etiam fratrem ob calamitatem miseratus, congregat aliquos ex Patribus, pro illo intercessuros, eosque una cum Marone introducit ad Euthymium. Ille autem, cum suopte ingenio placabilis, tum illorum intercessionem minime despiciens, cum eis accedit ad jacentem Clematium, eique horrorem exstinguit signo crucis, et statim sistit tremorem, atque perfectam præbet a morbo liberationem: dicens: Attende tibi ipsi de cætero, et noli contemnere Patrum doctrinas et admonitiones. Sed efficere totus oculus, sicut de Cherubinis accepimus [12], teipsum omni ex parte circumspiciens, ut qui semper transeas in medio laqueorum. Hæc ubi suasisset atque suggessisset Clematio, ejusque exemplo alios fecisset cautiores, virum dimittit in pace. Sed hoc quidem est ejusmodi. Non minus vero est, id quod sequitur, si non sit multo majus et præclarius.

LIV. Cum magna et œcumenica synodus Ephesi tunc primum congregaretur, Synodius (64), qui cum Acacio fuerat magister hujus magni Euthymii adhuc pueri, in Palæstinam ad adoranda loca venerabilia profectus, accedit etiam ad lauram, quinquagesimo et quarto anno ætatis magni Euthymii; partim ut illum ipsum Euthymium viseret, partim ut salutaret consobrinos suos, Stephanum, Andream, et Gaianum. Videns igitur Euthymium, ei narravit de impiissima hæresi Nestorii, qui nefarie (o justitia, et sacerdotum pudor!) brevi tempore præsedit (65) Constantinopoli, profanisque suis et corruptis dogmatibus totum fere orbem terræ conturbavit. Exposuit etiam ei de Cyrillo (66 Alexandrino et Acacio (67) Melitenensi, quemadmodum ardentem zelum exhiberent pro fide orthodoxa, et quod œcume-

τοὺς γελῶντας καὶ ἑαυτοῖς μὴ προσέχοντας· ἄλλως τε δὲ καὶ ἀπαιδευσία σαφὴς, τὸ τὸν μοναχὸν πέρα τοῦ μετρίου λαλεῖν, ἢ πρὸς ὁτιοῦν κινεῖσθαι, ἤ τε μὴν καὶ παῤῥησιάζεσθαι. Μητέρα γὰρ οἱ Πατέρες τὴν παῤῥησίαν πάντων ἀτεχνῶς τῶν παθῶν ὀνομάζουσι.

ΝΓ'. Ταῦτα ὁ μὲν ἐπιτιμήσας τῷ Κληματίῳ, εἰς τὸ ἐνδότερον εἰσῆλθε κελλίον. Τὸν δὲ ἡ δίκη παραπόδας μετῆει, καὶ πρηνὴς ἐπὶ γῆς πεσὼν, κλόνῳ τε ἐδονεῖτο, καὶ φρίκῃ συνείχετο. Δομετιανὸς οὖν κείμενον οὕτως ἰδὼν τὸν Κλημάτιον, καὶ ἅμα μὲν τὸ πρᾶον, ἅμα δὲ καὶ τὸ αὐστηρὸν Εὐθυμίου θαυμάσας, ὅπως ἄριστα κεκραμένα παρ' αὐτῷ ἦν, ἅμα δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν τοῦ πάθους οἰκτείρας, συνάγει τινὰς τῶν Πατέρων ὑπὲρ αὐτοῦ πρεσβείαν ποιησομένους, καὶ τούτους εἰσάγει σὺν τῷ Μάρωνι πρὸς Εὐθύμιον. Ὁ δὲ καὶ οἴκοθεν εὐίλατες ὢν, καὶ τὴν ἐκείνων πρεσβείαν οὐκ ἀτιμάζων, ἐφίσταται σὺν αὐτοῖς κειμένῳ τῷ Κληματίῳ, καὶ τήν τε φρίκην σβέννυσιν αὐτῷ, τοῦ σταυροῦ τῷ σημείῳ, καὶ τὸν κλόνον εὐθὺς ἵστησι, καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ πάθους ἐντελῆ παρέχει· Πρόσεχε σεαυτῷ λοιπὸν, ἐπειπὼν, καὶ μὴ περιφρόνει Πατέρων διδασκαλίας μηδὲ ὑποθήκας· ἀλλὰ γενοῦ ὀφθαλμὸς ὅλος, οἷα περὶ τῶν Χερουβὶμ ἠκούσαμεν· πάντοθεν περισκοπῶν ἑαυτὸν, ὡς ἐν μέσῳ παγίδων ἀεὶ διαβαίνοντα, τοιαῦτα τῷ Κληματίῳ παραινέσας καὶ ὑποθεὶς, καὶ τῷ κατ' αὐτὸν ὑποδείγματι τοὺς ἄλλους ἀσφαλισάμενος, ἐν εἰρήνῃ ἀπολύει τὸν ἄνδρα. Ἠλὴν ἀλλὰ τοῦτο μὲν τοιοῦτον. Οὐχ ἧττον δὲ καὶ τὸ ἑφεξῆς, εἰ μὴ καὶ πολὺ μεῖζον καὶ χαριέστερον.

ΝΔ'. Ἄρτι τῆς μεγάλης ἐν Ἐφέσῳ καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου πρῶτον συγκροτουμένης, Συνόδιος ὁ σὺν Ἀκακίῳ διδάσκαλος τοῦ μεγάλου τούτου Εὐθυμίου ἔτι παιδὸς ὄντος γεγενημένος, κατὰ προσκύνησιν τῶν σεβασμίων δὴ τόπων εἰς Παλαιστίνην ἐλθὼν, καὶ εἰς τὴν λαύραν τετάρτῳ τῆς Εὐθυμίου τοῦ μεγάλου ἡλικίας ἔτει καὶ πεντηκοστῷ παραγίνεται· τοῦτο μὲν αὐτὸν ἐκεῖνον ἱστορήσων Εὐθύμιον, τοῦτο δὲ καὶ τοὺς οἰκείους ἀνεψιοὺς, Στέφανον, Ἀνδρέαν, καὶ Γαϊανὸν ἀσπασόμενος. Ἰδὼν οὖν τὸν Εὐθύμιον, διηγεῖτο μὲν αὐτῷ τὰ κατὰ τὴν ἀσεβεστάτην αἵρεσιν Νεστορίου, τοῦ ἀνοσίως (ὦ δίκη καὶ ἱερέων αἰδώς!) ὀλίγον δήπουθεν χρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως προκαθίσαντος, καὶ τοῖς βεβήλοις αὐτοῦ δόγμασι καὶ διεφθαρμένοις τὴν οἰκουμένην πᾶσαν σχεδὸν συνταράξαντος. Ἐξηγεῖτο δὲ

[11] T. I, p. 373, A. B. [12] Ezech. x, 12.

JOAN. BOLLANDI NOTÆ.

(61) Habita synodus Ephesina a 22 Junii an. 431.

(65) Consecratus est, testibus Marcellino in Chronico, Socrate lib. 7, c. 29 aliisque, Felice et Tauro coss., an. Ch. 428, IV Id. April.

(66) De S. Cyrillo agemus 28 Januar. ubi plura de Nestoriana hæresi.

(67) Sanctus hic appellatur a Baronio in Annalib. In nullis tamen Martyrologiis ejus nomen huc usque reperimus. Ejus zelus in synodo egregie eluxit, maxime concione spiritu plena coram Patribus habita, in qua brevi affore pacem vaticinatus, omnes reviviscere, sumere animos, erigereque languentes vires, est hortatus. Consule Acta Ephesina a Peliano nostro edita tom. VI, cap. 11.

καὶ περὶ Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ A :λιτηνῆς Ἀκακίου, ὅτως τε θερμὸν ὑπὲρ τῆς ἰας ¹ εἰσφέροιεν ζῆλον· καὶ ὅτι μέλλοι ὐδέπω καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἐν Ἐφέσῳ οῦ δυσσεβοῦς ἐκείνου συγκροτηθῆναι. Τούτων :ω παρὰ τοῦ Συνοδίου λεχθέντων, ἥσθη τὴν ὁ Εὐθύμιος, τοιαῦτα περὶ Ἀκακίου μαθὼν, παῖς ὢν ἐφοίτα, καὶ ὑφ' ᾧ τὴν τῶν γραμ-άσκησιν ἐπαιδεύετο. Ἔπειτα μέντοι συντα-αὐτῷ καὶ Συνόδιος, ἀπαίρει τῆς λαύρας ιν παραλαβὼν τὸν ἀνεψιὸν, εἰς τὴν ἁγίαν τε πόλιν, καὶ πείθει τὸν τὴν ἀρχὴν τῆς κατ' ἐκκλησίας πεπιστευμένον, συναριθμῆσαι καὶ Στέφανον τοῖς ὑπ' αὐτῷ διακόνοις. Ὁ δὲ σὺν αὐτῷ μᾶν τὸν Καππαδόκην χειροτονεῖ, καὶ τῷ χορῷ ἀμφοτέρους τῶν διακόνων ἐγκαταλεγει.

A nica synodus esset mox Ephesi congreganda adversus illum impium. His ergo sic dictis a Synodio, animo lætatus est Euthymius, talia dicens de Acacio, ad quem puer ventitabat, et a quo fuerat institutus in exercitio litterarum. Deinde vero cum ei valedixisset Synodius, discedit e laura, assumens Stephanum consobrinum, et abit in sanctam civitatem, atque persuadet ei (68) cui commissa erat Ecclesiæ illius gubernatio, ut Stephanum cooptaret in numerum suorum diaconorum. Ille autem una cum eo ordinat quoque Cosmam Cappadocem, et utrumque refert in diaconorum chorum.

XXII. Sepultus igitur fuit generosus Christi athleta primum in littore sub arena. Mox anus, illa, femina valde religiosa et vidua, quam supra diximus, perlustrabat littora, inquirens signa illa, quæ in somnis ei patefacta fuerant: cumque invenisset quod quærebat, et martyris reliquias in ædem illis dignam tulisset, eas sancte ac religiose condidit. Itaque sumptuosis exsequiis adhibitis, sacræ illæ reliquiæ Deo ipsi dicatæ sunt in illius templi ara, quod sancti martyris Vincentii appellatum fuit. Hæc est sanctissima martyris confessio, hæc illius certamina qui martyrium suum complevit in gloriam Christi Dei nostri, nunc et in sæcula. Amen.

B ΚΒ'. Ἐταφη γοῦν πρῶτον ὁ γενναῖος ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ αἰγιαλῷ εἰς αὐτὰς τὰς συναλλαγὰς τοῦ ἐδάφους καὶ τῶν ὑδάτων· διδάγματα οὐ μικρὰ καταλείψας ἡμῖν διὰ τοῦ τῆς ταφῆς αὐτοῦ θαύματος τῆς εἰς Θεὸν αὐτοῦ ἀκλινοῦς καὶ στερεμνίας πίστεως, καὶ ὅπως δόκιμος κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν ἀναδειχθῇ. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἡ προλεχθεῖσα πρεσβῦτις καὶ Χριστιανικωτάτη χήρα περιήρχετο περὶ τοὺς αἰγιαλοὺς, τὰ ἀποκαλυφθέντα αὐτῇ ζητοῦσα σημεῖα, εἶτα εὑροῦσα τὸ ζητούμενον, καὶ εἰς οἶκον ἐπάξιον ἀποτεθεῖσα τὸ σεβάσμιον τοῦ μάρτυρος λείψανον, κατέθετο ὁσίως. Ἐντεῦθεν γὰρ εἰς οἶκον ἐπάξιον ἀνακομίσθη τὸ πολυμακάρεστον καὶ πανσεβάσμιον λείψανον τοῦ πανενδόξου μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Βικεντίου, καὶ δὴ λοιπὸν σὺν πολυτελεστέρᾳ ταφῇ ἀνετέθη καὶ καθιερώθη τῷ Θεῷ τὸ λείψανον ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ ναοῦ, τὴν ἐπωνυμίαν λαχόντος ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ ἁγίου μάρτυρος Βικεντίου, τοῦ οἴκου δηλαδὴ σὺν τῷ προσιόντι αὐτῷ τόπῳ εἰς ἐκκλησίαν καθιερωθέντος, τῶν θείων καὶ ἀχράντων μυστηρίων τῷ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν αὐτῷ ἐπιτελεσθέντων, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν λαχόντος ἐπὶ τὸν ἅγιον Βικέντιον· καθ' ὃν γὰρ τρόπον ἐτίμησε καὶ ἐτιμήθη ὁ ἅγιος, τὸν οἶκον καὶ τὸν τόπον προσκυνητὸν ἀπεργάσατο, καὶ ὅσῳ ἐν πλείστοις τόποις ἀνεδείχθη τὸ τίμιον καὶ ἱερώτατον αὐτοῦ σῶμα, τοσούτῳ καὶ πλείονες εὐκτήριοι οἶκοι κατεστάθησαν, τῷ ἐκ πλειόνων αὐτῷ τόπον τὰς τιμὰς ἀναφέρεσθαι, καὶ πλεῖστα καθιερώσας, σέσωρευμένως καὶ μεγαλοφυῶς καθιερώθη αὐτῇ ἡ ὁμολογία τοῦ μάρτυρος, καὶ οὗτοι οἱ ἀγῶνες αὐτοῦ, τῷ μέχρις ἐσχάτης ἀναπνοῆς ἀμετάθετον διατηρῆσαι τὰν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστιν. Καὶ οὕτως ἐτελειώθη ὁ πανένδοξος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Βικέντιος, μηνὶ Νοεμβρίῳ ἑνδεκάτῃ, βασιλεύοντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν.

DE S. TIMOTHEO APOSTOLO

EPISCOPO EPHESINO, MARTYRE.

(Anno Christi 97, die 22 Januarii apud Græcos, apud Latinos die 24 ; Bolland. ad hanc diem.)

§ I. *S. Timothei natalis.*

1 Latini plerique (non tamen, quod existimavit Baronius, omnes, ut mox dicemus) S. Timothei natalem XXIV Januarii celebrant. Operæ pretium est ex aliquot Martyrologiis, quæ de eo prædicantur, depromere, quibus reliqua de eo dicenda illustrentur. Vetus ergo Romanum Martyrologium ita habet : « Ephesi Timothei apostoli. » Eadem in variis mss. leguntur, quorum quædam Bedæ præferunt nomen, et in nonnullis sub nomine Usuardi editis; in Bellino quoque, Rabano, Adone: aut hic in libello de festivitatibus Apostolorum : « Natalis S. Timothei discipuli B. Pauli apostoli, qui apud Ephesum a beato Apostolo episcopus ordinatus, post multos pro Christo agones dormivit. Cujus corpus cum reliquiis B. Andreæ et Lucæ, vicesimo Constantii anno Constantinopolim translatum est. » Eadem habet Beda vulgatus, Notkerus, et mss. plurima. Martyrologium Romanum : « Natalis S. Timothei discipuli B. Pauli apostoli, qui ab eodem Ephesi ordinatus episcopus, post multos pro Christo agones, cum Dianæ immolantes argueret, lapidibus obrutus, paulo post obdormivit in Domino. »

2. Græci vero XXII Januarii, quo interemptus est, de eo agunt. Quo die Menæa : « Sancti apostolli Timothei, discipuli S. Pauli apostoli. »

Amore divinarum Timotheus coronarum,
Fustibus cæsus tinxit terram sanguine.

Ortus hic fuit ex Lystra urbe, patre gentili, matre Judæa, cui Eunice nomen. Discipulus B. apostolo Paulo factus, conscriptor divini Evangelii et præco exstitit : Joanni quoque præ cæteris a Christo dilecto convixit : atque ab ipso apostolo Paulo Ephesi episcopus ordinatus est. Postquam enim (ut Irenæus Lugdunensis episcopus tradidit, et passim sermone celebratur) Joannes e mari ejectus, Ephesoque redditus est ; ac deinde sub Domitiano principe in Patmum insulam exsul deportatus ; Beatus hic Timotheus Ephesinæ Ecclesiæ præfuit. Cum vero idololatriæ diem quemdam festum, quod Κατεγώγιον, id est, deductionem, appellabant, Ehesi patrio ritu agitarent ; idola quidem manu gestantes, et larvis quibusdam aut personis induti, et in his decantantes, atque in viros ac feminas latronum more irruentes, omniaque cædibus miscentes ; B. Timotheus tam dirum et atrox facinus intueri non sustinens, stultum eorum error arguebat, et ut a tam fœdis factis desisterent hortabatur. Quem impii fustibus contusum e medio sustulerunt. Postmodum autem sacræ ejus reliquiæ Constantinopolim translatæ sunt, et in templo Sanctorum Apostolorum collocatæ, ubi solemnis ejus agitur memoria.

3. Eadem habet Anthologium Græcorum a Clemente VIII approbatum, et Maximus Cytheræus. At quod conscripsisse Evangelium dicitur, id quidem alibi haud legimus. Citatur apocryphum Nicodemi Evangelium : aliis quoque ascripta olim, quæ ab otiosis composita hominibus erant, de quibus fuse Baronius tom. I ad an. 44; at nihil isthic de Timotheo. Fortassis Evangelii conscriptor, sive συγγραφεύς, dicitur, quod cum Joanne familiariter versatus Ephesi, trium evangelistarum aliorumque sanctorum virorum de Christi rebus gestis commentarios, collegerit, quos dein recognovisse ac digessisse Joannes dicitur.

4. Eodem XXII die Januarii eum Usuardus, Maurolycus, Galesinius, Canisius, aliique Latinorum referunt; quidam utroque die. Usuardus ista habet: « Natalis S. Timothei discipuli B. Pauli. Hic ab eodem Apostolo episcopus Epheso ordinatus, est. » Galesinius breviter omnem ejus vitam complexus est : « Ephesi S. Timothei, B. Pauli apostoli discipuli. Is Lystris in Lycaonia natus, a pueritia in sacris litteris et pietate eruditus ; quo tempore apostolus Paulus eo venit, religionem Christianam coluit ; utpote cum matrem Eunicem haberet, mulierem Jesu Christi fidei studio flagrantem. Pervulgata ejus adolescentis virtutum fama, illum sibi comitem peregrinationis et socium laborum Apostolus adjunxit : sicque adjutorem operis in Evangelio Christi eumdem ubique adhibuit. Siquidem hic una cum illo, propagandæ fidei causa, modo Ephesum, modo Corinthum profectus, Macedoniam etiam, Italiam atque universam terram, prædicando peragravit. Fuit autem admirabili indoli adolescens : pudice et caste perpetuo vixit : prudentia sapientiaque ita præstitit, ut omne ministerium ei Apostolus concrederet; in Macedoniaque curam illorum traderet, qui Evangelium susceperant. Demum Ephesiorum factus episcopus, dum ab Dianæ cultu populum avocare conatur, Domitiano imperatore, lapidibus a multitudine pœne obrutus, Christianorum ope eo periculo liberatus, ad finitimum montem, qui Pion dicitur, venit, ubi animam Deo

reddidit. Ejus corpus Constantinopolim post Constantino Augasto procurante, translatum est. »

5. Alii aliis diebus ejus memoriam consecrant. Wandelbertus XVI Maii :

Septima Timothei cum dena nomine lucet,
Veridica Paulus docuit quem voce beatus.

XXII Augusti ista habet pervetustum Rhinawien. ms. « Romæ Timothei discipuli S. Pauli. » Sed postremæ tres voces videntur a librario adjectæ: colitur alioquin eo die S. Timotheus Romanus Martyr. Denique XXVII Septembris ms. Martyrologium S. Hieronymi : « In Epheso Timothei. » Hujusne ? Ita sensit veteris scriptor Martyrologii, quod in monasteriis Lætiensi et S. Martini Tornaci asservatur, in quo ista leguntur eo die : « Et S. Timothei discipuli Pauli apostoli, quem idem vas electionis assumens, omnem ecclesiasticam disciplinam docuit, et per manus impositionem, accommodabilem Ecclesiis fecit. Hic pudicus et virgo permanens, apud Ephesum in monte qui vocatur Pion, cum magno honore sepultus quiescit. » Cur vero « accommodabilis Ecclesiis factus » dicitur? an quia episcopus consecratus principio est, nulli certæ sedi astrictus, sed ut munus apostolicum perfectius ubivis exseqni posset ?

§ II. *Acta S. Timothei, tempus mortis.*

6 « Polycrates Ephesiorum episcopus... floruit temporibus Severi principis, » ut testatur S. Hieronymus lib. *De scriptoribus ecclesiasticis* cap. 45, ubi nonnulla recitat ex Synodica ejus epistola pro ritu in ista Ecclesia a S. Joannis Evangelistæ temporibus observato, celebrandi una XIV Paschatis. De eo Sigebertus cap. 3. « Polycrates passionem S. Timothei apostoli scripsit, et alia multa; » at Baronius in Notis ad Martyrologium, de ea ita pronuntiat : « Passionem Timothei a Polycrate scriptam fuisse auctor est Sigebertus *De viris illust.* c. 3, sed ignotum id prorsus Eusebio atque Hieronymo, qui agunt de Polycrate. » Verum et alia ab iis prætermissa aliorum auctorum scripta. Photius tamen, cum legisse se passionem hanc scribit, auctorem nullum nominat. Aubertus Miræus in *Bibliotheca Ecclesiastica*, « Fit in ea Passione, inquit, mentio Irenæi Lugdunensis episcopi : ex quo colligi datur, non posse eam attribui Polycrati, qui Timotheo post Onesimum successit. » At nusquam dicitur immediate successisse Onesimo, qui sub Trajano passus traditur, ut 16 Febr. dicemus. Ipse Miræus Irenæum anno 10 Severi (qui erat Christi 202, aut. 203, viginti jam diebus inchoatus) coronatum asserit : S. Hieronymus Polycratem « floruisse temporibus Severi principis: » ut facile potuerit Irenæi, æqualis sui, commentarium aliquem, imo omnes legisse.

Ipse se Polycratem auctor vocat (*a*) ; qui sane impostor habendus esset, si alieni nominis honorem sibi falso arrogaret, at scriptum grave est quod ad rem attinet, licet stylo humile asserat Photius), estque consentaneum iis quæ cæteri qnoque de Timotheo tradiderunt. Vincentius Bellovacensis lib. x, cap. 38, ex Polycrate Acta quædam Timothei recitat ; « quæ stylo suo » inquit, Petrus Hallois noster in Notat. ad cap. 7 Vitæ S. Polycarpi, « satis clamant se e Græcis esse translata ; » atque omnino Polycrati ipse illa tribuit. Ea ex vetustis codicibus monasteriorum S. Maximi, et S. Mariæ de Ripatorio descripsimus, contulimusque cum excusis agonibus martyrum, ms. Nicolai Belfortii, et Græca ms. historia martyrum, ms. Nicolai Belfortii, et Græca ms. historia martyrii S. Timothei, quæ ipsa fortassis est Polycratis, sed a quopiam post translatas Constantinopolim reliquias recognita, omisso exordio, quo nomen suum Polycrates profitetur; et merito, cum recentior ille scriptor periodum interjecerit de translatis reliquiis, cui proinde præfigere Polycratis nomen non poterat; at suum ipso reticuit, vel ætas librariorum ve negligentia oblitteravit : vixisse ante Justiniani tempora inde conjectamus, qui templi ab eo conditi non meminit. Metaphrastes martyrium, translationem, templi vel ædificationem vel restaurationem, complexus est.

(*a*) S. Timothei Vitam auctore Polycrate dedimus in *Patrologiæ* nostræ tomo V, col. 1302 Nunc ejusdem acta a Symeone Metaphraste scripta exhibemus. EDIT. PATR.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΑΠΩΣΤΟΛΟΝ ΤΙΜΟΘΕΟΝ.

—

COMMEMORATIO

S. THIMOTHEI APOSTOLI

(Latine apud Bolland. ad 24 Jan. ; Græca descripsimus ex cod. Reg. Paris. n. 1457, sæculi XI. EDIT. PATR.)

—

CAPUT I.

Timotheus S. Pauli discipulus et comes.

Α'. Τιμόθεον τὸν μέγαν ἤνεγκε μὲν ἡ Λυκαόνων, Α ἐθρέψατο δὲ καὶ ἤσκησεν ἡ πάλαι περιφανὴς ἐν πόλεσι Λύστρα, οὐχ οὕτω καρπῶν εὐφορίᾳ καὶ ἀφθονίᾳ τῶν ἀναγκαίων, ὅσῳ ἐπὶ τῷ ἡδίστῳ φυτῷ τῷδε σεμνυνομένη, καὶ τοῖς ἐπανθοῦσιν αὐτῷ τῆς ἀρετῆς κάλλεσι καὶ κοσμήμασι, καίτοιγε μηδὲ ταῖς τοῦ γένους ῥίζαις κεχρημένῳ καθαραῖς τε καὶ ἀκιβδήλοις, ἀλλὰ καὶ πολὺ τὸ ἐκ τῶν ἀκανθῶν τῆς ἀπιστίας ἐχούσαις ἐπίμικτον. Προμήτωρ μὲν γὰρ αὐτῷ Λοΐς, γυνὴ θεοφιλὴς καὶ ἀρετῆς ἀτεχνῶς ἐπιμελουμένης μήτηρ Εὐνίκη ἐξ Ἰουδαίων ἐκκεντρισθεῖσα πάλαι εἰς τὴν εὐσέβειαν, καὶ ὄντως ἐν ἀκηράτοις ἀρετῶν ἀνθήσασα κήποις· πατὴρ δὲ Ἕλλην, καὶ τὰ Ἑλλήνων ἐπισημότατος, οἱονεί τι ζιζάνιον ἐν σίτῳ, τῷ καλῷ Τιμοθέου γένει, καὶ ῥόδοις ἄκανθα παραφὺς, καὶ τοσοῦτῳ διαφανὴς τὴν κακίαν γενόμενος, ὅσον ὁ παῖς Β περιφανὴς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὴν ἀρετὴν ἀπαράμιλλος.

Β'. Ὃς ἔτι νήπιος ὢν, καὶ ὑπὸ τῇ μητρὶ Εὐνίκῃ παιδαγωγούμενος τὴν Ἑλλήνων ἅμα καὶ Ἰουδαίων ἐπίσης ἀπάτην ἐξέκλινε, καὶ Παύλῳ τηνικαῦτα τῇ τῆς Ἐκκλησίας λαμπρᾷ σάλπιγγι πρόσεισι, σὺν ἅμα Βαρνάβᾳ τῷ τοῦ Χριστοῦ μαθητῇ καὶ ἀποστόλῳ, καθ' ὃ φησιν ὁ θεῖος Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσιν, ἐπιδεδημηκότι τῇ Λυκαόνων, ἥτις ὅμορος μέν ἐστιν Ἰκονίῳ καὶ Γέρβῃ, μεγίστου δὲ θαύματος τότε τῆς τοῦ Παύλου ἐπιδημίας ἀπολελαύκει, καὶ χωλὴν ἐξ αὐτῆς εἶδε τῆς εἰς φῶς προόδου (ὦ θείας ἐπισκοπῆς! ὦ παραδόξου θαύματος!) υγιᾶ τῇ ἐκείνου παρουσίᾳ γεγενημένον, καὶ ποσὶν οἰκείοις ἀλύπως ἅμα καὶ ἀσφαλῶς χρώμενον. Ὃς τοσοῦτον ἐξέπληξε τοὺς C κατὰ πόλιν, ὡς εἶναι καὶ πέρα πίστεως αὐτοῖς τὸ γεγενημένον, καὶ θεοὺς οἴεσθαι τοὺς ἑτέρους ἀνθρώπῳ τὴν θέαν ὁμοιωθέντας τὴν πόλιν περιπολεῖν, ὧν ἔργον καὶ τὴν τοῦ χωλοῦ θεραπείαν λογίζε-

I. Magnum Timotheum tulit quidem Lycaonia, aluit autem et instituit, quæ olim inter civitates fuit inclyta, Lystra: non tantum sibi placens de ubertate et abundantia rerum necessariarum, quantum de hac planta longe suavissima, et de iis quæ in eo efflorent, virtutis ornamentis. etsi ne puras quidem et sinceras generis habuerit radices; sed ex spinis quoque infidelitatis plurimum habuerit admistum. Nam erat quidem ei avia Lois, mulier pia, et quæ revera curam gerebat virtutis; mater Eunica, quæ et Judæis quidem olim fuerat insita in pietatem, et in integris virtutum hortis revera floruerat. Pater autem gentilis, et in gentilium rebus maxime insignis, veluti quoddam in frumento lolium, nempe honesto et præclaro Timothei genere, et rosis spina adnatus, et vitio tantum insignis, quantum fuit illius filius pietate clarus et virtute incomparabilis.

Cum esset autem adhuc infans Timotheus, et a matre Eunica (1) institueretur, gentilium et Judæorum errorem simul ex æquo declinavit: et tunc accedit ad Paulum, præclaram Ecclesiæ tubam, simul cum Barnaba Christi discipulo et apostolo, sicut divinus Lucas dicit in Actis [1]; cum is venisset in Lycaoniam, quæ est finitima quidem Iconio et Derbæ, ex Pauli vero adventu magnum erat consecuta miraculum, et claudum ab ipso ortu (O divinam visitationem! o admirabile spectaculum!) sanum effectum illius præsentia, et pedibus suis absque molestia, et secure utentem. Qui quidem eos, qui erant in civitate, in tantam adduxit admirationem, ut esset eis id quod factum fuerat, supra fidem, et suos deos existimarent forma hominibus assimilatos obire civitatem, et eorum esse opus claudi curationem. Postquam autem, quisnam esset,

[1] Act. XIV.

(1) Miramur duas has sanctas feminas Loidem et Eunicen, nec in Græcorum, nec in Latinorum Fastis reperiri.

cognoverunt, et quod Dei vivi esset potius apostolus, et horum, qui falso dicuntur, deorum adversarius, ad hoc ipsum missus, ut ab eorum errore liberarentur homines, et quod prædicat Deum, qui non solum potest corrigere tales corporum mutilationes, sed etiam suscitare mortuos; multi ab errore deficientes accesserunt ad pietatem. Opus illius miraculi, fuerunt etiam hujus admirabilis discipuli et apostoli parentes, qui magno studio et liberalitate Paulum domi suæ acceperunt: et pietatis quidem lucem ab eo habuerunt, pium autem et Dei amantem Timotheum, veluti vicissim reddiderunt, qui erat adhuc juvenis et tener, et aptus ad suscipienda semina pietatis, quod quidem licet apertius discere ex libro Actuum apostolorum [2]. Nam cum Paulus, inquit, obiret Lystram et Derben, erat illic discipulus quidam, nomine Timotheus, filius mulieris Judææ fidelis, patris autem gentilis, testimonium bonum reddebant, qui in Lystris erant et Iconio fratres.

III. Cum sic ergo Paulo traditus fuisset [3] Timotheus, Patri spiritali filius magis proprius, quam ejus qui erat pater secundum carnem, et ex civitate una esset excessurus, ab eo circumciditur propter quosdam Judæos, quibus plena erat civitas, et omnia circumcirca: quoniam omnes sciebant illum esse natum patre gentili. Atque civitates quidem obibat Paulus seminans prædicationem, veritatemque annuntians, et omnes spiritu regenerans. Eum autem consequebatur sicut stella solem Timotheus: deductus quidem a parentibus, eorum autem cor non obscure saucians propter separationem. Quidni enim, cum essent parentes talis filii, et qui scatebat tam suavi flore virtutis? Ipse vero ex eorum sejunctione nihil visus est affici, sed quodammodo Pauli desiderio contegere suam in parentes affectionem, et ostendere id naturali necessitate longe esse valentius. Hinc in litterarum disciplina ab illo instituitur, fitque ei contubernalis, et omnino simul cum eo vivebat. Deinde ejus quoque diaconus constituitur, et ad apostolatum confirmatur, periculorum atque laborum effectus socius et nihil omnino impeditus ab ætatis teneritudine, qui minus resisteret laboribus: sed generosam inducens voluntatem, quæ ætate plus poterat; adeo ut boni ejus animi et piorum operum testem ipsum habuerit magistrum, sic dicentem: Videte, ne quis ipsum contemnat [4]. Opus enim Domini operatur, sicut ego.

IV. Cum autem ad tantam pervenisset virtutem et tantum eis testem adhibuisset, non hic solum sed etiam in multis aliis locis. Nam «Modo quidem, inquit scribens ad Corinthios Paulus [5], misi ad vos Timotheum fratrem meum, qui est filius meus dilectus et fidelis in Domino, qui vobis in memo-

σθαι. Ἐπεὶ δὲ ἔγνωσαν ὅστις ἦν, καὶ ὅτι Θεοῦ μᾶλλον ἀληθῶς ἀπόστολος, καὶ τῶν ψευδωνύμων τούτων θεῶν ἀντίθετος, πρὸς αὐτὸ δὴ τοῦτο ἀπεσταλμένος, ὥστε τῆς αὐτῶν πλάνης ῥύεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ὡς κηρύττει Θεὸν, οὐ τοιαύτας μόνον πληρώσεις ἀνορθοῦν σωμάτων, ἀλλὰ καὶ νεκροὺς ἀνιστᾷν δυνάμενον, πολλοὶ τῆς ἀπάτης ἀποστάντες τῇ εὐσεβείᾳ προσέθεντο. Ἐκείνου τοῦ θαύματος ἔργον καὶ αἱ τοῦ θαυμασίου τοῦδε μαθητοῦ καὶ ἀποστόλου πρόγονοι, τῇ οἰκίᾳ θερμῶς τε καὶ φιλοτίμως τὸν Παῦλον ὑποδεξάμενοι, καὶ φέγγος μὲν εὐσεβείας παρ' αὐτοῦ λαβοῦσαι, οἱονεὶ δὲ τὸν θεοφιλῆ Τιμόθεον ἀντιδοῦσαι, νεαρὸν ἔτι ὄντα καὶ ἁπαλὸν, καὶ σπέρματα θεοσεβείας ἐπιτηδειον παραδέξασθαι, ὅπερ οὖν καὶ ἀπ' αὐτῆς ποῦ εὐσαφέστερόν ἔστι μαθεῖν τῆς τῶν Πράξεων βίβλου. Τοῦ Παύλου γὰρ, φησὶ, τὴν Λύστραν καὶ Δέρβην περιιόντος, ἦν ἐκεῖ μαθητὴς ὀνόματι Τιμόθεος, υἱὸς γυναικὸς Ἰουδαΐας πιστῆς, πατρὸς δὲ Ἕλληνος. Ὃς ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστρᾳ καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν.

Γ'. Οὕτω τοιγαροῦν ἐγχειρισθεὶς τῷ Παύλῳ Τιμόθεος, πατρὶ πνευματικῷ παῖς πολὺ τοῦ κατὰ σάρκα πατρὸς οἰκειότερος, καὶ συναπάραι μᾶλλον αὐτῷ τῆς πόλεως, περιτέμνεται ὑπ' αὐτοῦ διὰ τοὺς Ἰουδαίους, ὧν ἡ πόλις τότε καὶ τὰ περὶ αὐτὴν πάντα πεπλήρωτο, ἐπεὶ καὶ πάντες ἐκεῖνοι ἤδεσαν ὡς ἄρα Ἕλληνος εἴη πατρός. Περιῄει μὲν οὖν τὰς πόλεις ὁ Παῦλος τὸ κήρυγμα κατασπείρων, καὶ τὴν ἀλήθειαν καταγγέλλων, καὶ ἀναγεννῶν πάντας τῷ Πνεύματι. Συνείπετο δὲ αὐτῷ καθάπερ ἀστὴρ ἡλίῳ Τιμόθεος, προπεμπόμενος μὲν ὑπὸ των τεκόντων πλήττων δὲ αὐτῶν οὐκ ἀδήλως τὴν καρδίαν ἐπὶ τῷ χωρισμῷ. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον πατέρες ὄντες παῖδας τοιαύτου, καὶ οὕτως ἡδίστῳ τῆς ἀρετῆς ἄνθει βρύοντος; Αὐτὸς δὲ πρὸς τὴν ἐκείνων διάστασιν οὐδὲν ἰσιαὼς πάσχειν, ἀλλ' ὥσπερ τοῖς τοῦ Παύλου ἱμέροις τὴν πρὸς τοὺς τέκοντας ἀποκρύπτων στοργὴν, καὶ δεικνύων αὐτοὺς πολλῷ φυσικῆς ἀνάγκης ἰσχυροτέρους. Ἐντεῦθεν πρὸς μάθησιν γραμμάτων ὑπ' ἐκείνῳ παιδαγωγεῖται, καὶ γίνεται σύσκηνος αὐτῷ καὶ τὸ πᾶν ὁμοδίαιτος. Εἶτα καὶ διάκονος τούτου καθίσταται, καὶ πρὸς τὴν ἀποστολὴν ἐπιῤῥώννυται, κοινωνῶν αὐτῷ καὶ κινδύνων καὶ καμάτων, καὶ πόνων· καὶ μηδὲν ὅλως ἐμποδιζόμενος ὑπὸ τοῦ ἀπαγοῦ τῆς νεότητος πρὸς τὴν τῶν πόνων ἀντιτυπίαν, ἀλλ' εὐγένειαν προαιρέσεως ἀντεισάγων ἡλικίας πλείονα δυναμένην, ὥστε καὶ μάρτυρα τῆς ἀγαθῆς ταύτης γνώμης· καὶ τῶν ἔργων τῶν εὐσεβῶν αὐτὸν κτήσασθαι τὸν διδάσκαλον οὕτω λέγοντα· Βλέπετέ μή τις αὐτὸν ἐξουδενώσῃ· τὸ γὰρ ἔργον τοῦ Κυρίου ἐργάζεται ὡς κἀγώ.

Δ'. Εἰς τουτο δὲ ἀρετῆς ἐλάσας, καὶ τηλικοῦτον μάρτυρα ταύτης πεποιημένος, οὐκ ἐντεῦθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλλαχοῦ πολλαχοῦ· « Νῦν μὲν γὰρ, φησὶ Κορινθίοις γράφων ὁ Παῦλος, ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον τὸν ἀδελφόν μου, ὅς ἐστι τέκνον μου ἀγαπητὸν καὶ πιστὸν ἐν Κυρίῳ, ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς

[2] Act. xvi, 1. [3] Ibid., ii, 3. [4] I Cor. xvi. [5] I Cor. iv, 17.

δδοὺς μου τὰς ἐν Χριστῷ. » Καὶ πάλιν· « Ἐὰν ἔλθῃ Τιμόθεος, βλέπετε ἵνα ἀφόβως γένηται πρὸς ὑμᾶς. » Νῦν δὲ καὶ Φιλιππησίοις ἐπιστέλλων, κοινωνὸν αὐτὸν ποιεῖται ἐπιγραφῆς· « Παῦλος καὶ Τιμόθεος δοῦλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Καὶ ἐξῆς τῆς ἐπιστολῆς· « Ἐλπίζω δὲ ἐν Κυρίῳ Τιμόθεον ταχέως πέμψαι ὑμῖν, ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν. Οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον, ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει. » Συνῳδὰ δὲ τούτοις καὶ Θεσσαλονικεῦσι· « Παῦλος καὶ Τιμόθεος δοῦλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ, » τῇ τῆς ἐπιγραφῆς καὶ ἐντεῦθεν κοινωνίᾳ τιμήσας· « Ἔπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ διάκονον Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ εἰς τὸ στηρίξαι καὶ παρακαλέσαι περὶ τῆς πίστεως ἡμῶν, τοῦ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκετε, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον· » μάρτυρας κἀκείνους οἱονεὶ τῆς ἀρετῆς τοῦ Τιμοθέου παραλαμβάνων. Ἔπειτα δὲ καὶ πρὸς Κολασσαεῖς· « Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός. »

A riam rediget vias meas in Christo.» Et rursus[6]: «Si venerit Timotheus, videte ut sine metu sit apud vos.» Modo autem ad Philippenses[7] quoque scribens, asciscit socium inscriptionis: «Paulus et Timotheus servi Jesu Christi.» Et deinceps consequenter in Epistola: «Spero autem in Domino me Timotheum cito ad vos missurum, ut et ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincere pro vobis sit sollicitus.» His vero congruentia scribit etiam ad Thessalonicenses[8]: « Paulus et Timotheus servi Jesu Christi,» eum hic quoque honorans societate inscriptionis: « Misi ad vos Timotheum fratrem nostrum et ministrum Dei, et cooperatorem in Evan- B gelio Jesu Christi, ad confirmandos vos et exhortandos pro fide nostra, et nemo moveatur in istis afflictionibus[8*].» Et alibi[9]: «Probationem autem ejus cognoscitis, quod sicut filius patri mecum serviit in Evangelio: » illos quoque assumens veluti testes virtutis Timothei. Deinde vero etiam ad Colossenses[10]: «Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Timotheus frater. »

CAPUT II.

S. Timothei zelus, martyrium. S. Joannis exsilium.

Ε'. Οὕτω τοιγαροῦν ὑπὸ τοῦ διδασκάλου μαρτυρούμενος, καὶ τοῦτο μὲν τέκνον ἐν Κυρίῳ πιστὸν καὶ ἀγαπητόν, τοῦτο δὲ καὶ ἀδελφὸς αὐτοῦ καὶ συνεργὸς τοῦ Εὐαγγελίου καλεῖσθαι ἠξιωμένος, καὶ τοσούτων ἔνω καὶ τόσω παρ' αὐτῷ καὶ οὕτω μεγάλων ἀπολαύων τῶν ἐγκωμίων, ὅμως οὐδὲ οὕτως εἶχε θαρρεῖν ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ μὴ δεδιέναι· ἀλλὰ μετὰ τοσαύτης ἔζη τῆς ἀκριβείας, καὶ οὕτως ἐναγώνιος καὶ φιλοπόνως καὶ τηλικαύτην εἰσφέρων τὴν κακοπάθειαν, ὡς καὶ παρακελήσεις αὐτῷ τὸν διδάσκαλον προσάγειν, μηκέτι ὑδροποτεῖν τῷ μαθητῇ παραινοῦντα, ἀλλ' οἴνῳ ὀλίγῳ χρῆσθαι « Διὰ τὸν στόμαχόν σου, φησί, καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας. »

V. Porro autem cum a præceptore tantum ferret testimonium, et modo quidem filius in Domino fidelis et dilectus: modo autem ejus frater et Evangelii cooperator vocari dignus haberetur; et susque deque tot et tam magna consequeretur encomia; tamen ne sic quidem sibi ipsi confidere et non timere poterat: sed tam accurate vivebat, et tam diligenter se exercebat, et tam acriter se affligebat, ut cum etiam exhortaretur præceptor, suadens discipulo[11], ne aquam amplius biberet, sed vino modico uteretur: « Propter stomachum tuum, inquit, et frequentes tuas infirmitates. »

ς'. Ἀλλὰ καὶ οὕτως αὐτοῦ κάμνοντος ὑπὸ τῆς συνεχοῦς ἀῤῥωστίας τὸ σῶμα, καὶ τὴν του στομάχου δύναμιν περιβεβλημένου, τὸ γενναῖον ἀπέλαμπε τῆς ψυχῆς. Οὐ γὰρ ἀσθένεια σώματος τηλικαύτην ψυχῆς εὐγένειαν ἱκανὴ γέγονεν ἐλέγξαι, ἀλλ' ἦν πανταχοῦ κούφῳ τῷ τοῦ ζήλου πτερῷ διιπτάμενος, καὶ νῦν μὲν Ἔφεσον, νῦν δὲ Κόρινθον αἱ τῆς ἐκείνου γλώττης σειρῆνες ἔθελγον· καὶ Μακεδονίαν δὲ πολλάκις, καὶ Ἰταλίαν, καὶ γῆν πᾶσαν καὶ θάλασσαν μετὰ τοῦ διδασκάλου νῷ κηρύγματι περιέλαβον. Τί δ' ἂν εἴποις ὁπόσους ἐπιθυμίας ἀλογωτάτους καὶ ἀτόπους δουλεύοντας τῆς χαλεπῆς ταύτης ἀπήλλαξε λειτουργίας; Οἶδεν ἀκριβῶς ὃ λέγω, ὃς ἄρα μηδὲ τοῦ ἐν Κορίνθῳ πεπορνευκότος ἠγνόησε τὸ ἀνόμημα. Καὶ γὰρ ἦν ὁ θεῖος Τιμόθεος οὐχὶ νοῆσαι μόνον ὀξύτατος, ἀλλὰ καὶ εἰπεῖν προχειροτατος, καὶ περιττῶς τῇ εὐρημοσύνῃ χρήσασθαι δεξιώτατος, τά τε θεῖα εἰσηγήσασθαι χαριέστατος, καὶ εἰς εὐκοσμίαν Ἐκ-

VI. Sed quamvis sic laboraret ejus corpus continua infirmitate, et haberet dejectam stomachi facultatem[12], generosus resplendebat animus. Non poterat enim corporis infirmitas deprimere tam generosum animum: sed celeris zeli penna omnem in partem pervolabat, et modo quidem Ephesum, D modo vero Corinthum illius linguæ Sirenes demulcebat. Macedoniam quoque sæpe et Italiam et universam terram cum præceptore complectebatur prædicatione. Quid autem dixeris, quam multos cupiditatibus a ratione maxime alienis et absurdis servientes, ab hoc gravi liberavit ministerio? Recte novit, quod dico, is qui ejus qui Corinthi est fornicatus non ignoravit delictum. Erat enim divinus Timotheus non ad intelligendum solum acutissimus, sed ad dicendum etiam promptissimus, et ad facundia egregie utendum dexterrimus, et in divinis exponendis jucundissimus, et ad Ecclesiam compo-

6 I Cor. xvi, 10. 7 Phil. I, 1; et II, 19. 8 I et II Thess. I. 8* I Thess, III, 2. 9 Philip. II, 22. 10 Coloss. I, 1. 11 I Tim. v, 23. 12 I Tim. v, 23.

nendam et custodiendam vel maxime idoneus. Nam et copiosiorem consecutus est gratiam, et doctrinæ fontibus usus est duplicibus; non Pauli solummodo admirabili lyra Spiritus se oblectans, sed etiam versans cum Joanne eximie dilecto discipulo, et ab eo præfectus administrationi sedis Ephesiorum, cum ab eo audisset et didicisset, quæ ille rursus a bono Spiritu.

VII. Nam cum Nero, qui male ad imperium, male (o justitia et Dei tolerantia!) accesserat, fini martyrii principes apostolorum, Petrum, inquam, et Paulum, subjecisset, et alii qui cum ipsis erant discipuli se alio convertissent; accidit ut hic magnus evangelista et Theologus Ephesi constiteret, a tempestate et naufragio ejectus, ut et referunt quæ ab Irenæo Lugdunensi scripta sunt (2), et fama tradit. Ex discipulis autem ii, qui secuti sunt alios evangelistas et apostolos, ea quæ ab illis diversa lingua composita fuerant, (nondum enim unius vocis sermone usi fuerant) cum ad Ephesiorum civitatem detulissent, ei tradunt. Illum vero, ut etiam videtur Eusebio Pamphili hæc tractant, aiunt ea quidem, quæ scripta fuerant, admisisse, de eorum veritate ferendo testimonium: animadvertisse autem in eis solam restare narrationem de iis quæ in primis et in principio prædicationis a Christo facta fuerant. Et vera quidem est oratio. Invenies enim, si diligenter consideraveris, tres evangelistas ea solum conscripsisse, quæ uno anno a Servatore gesta sunt, postquam Joannes Baptista fuit conjectus in carcerem, idque eos recte significare in principio suæ historiæ. Nam post jejunium Christi quadraginta dierum, et eam quæ in ipso fuit tentationem, Matthæus quidem significavit tempus suæ scriptionis, dicens [13]: «Cum autem audivisset, quod Joannes erat traditus, a Judæa recessit in Galilæam.» Lucas quoque priusquam inciperet narrare facta Jesu, similiter ostendit, dicens [14], quod adjiciens Herodes iis quæ fecerat, inclusit Joannem in custodia. Propterea ergo dicunt, Joannem apostolum rogatum, tempus quod fuit silentio præteritum a prioribus evangelistis, et quæ in eo facta fuerant a Servatore, ea autem sunt quæ facta sunt antequam Baptista in carcerem conjiceretur, in suo tradidisse Evangelio, etsi prius non scripta usus esset prædicatione, et hoc ipsum significasse, partim quidem dicendo [15]: «Hoc principium fecit signorum Jesus,» partim autem faciendo mentionem Baptistæ inter actiones Jesu, ut qui tunc adhuc baptizaret in Ænon prope Salim. Præterea vero hoc ostendit apertius, dicens: Nondum enim erat Joannes conjectus in carcerem.» Ex his ergo aperte ostendit, Theologum ea in suo Evangelio tradere, quæ a Christo facta sunt, Joanne nondum conjecto in carcerem: reliquos autem tres evangelistas

κλησίας καὶ κατάστασιν ἀγαγεῖν ἱκανώτατος. Ἐκεῖ καὶ δαψιλεστέρας ἀπέλαυσε χάριτος, καὶ διπλαῖς ἐχρήσατο ταῖς τῆς διδασκαλίας πηγαῖς· οὐ Παύλου κατατρυφήσας μόνον, οὐ τῆς θυμαστῆς λύρας τοῦ Πνεύματος· ἀλλὰ καὶ Ἰωάννῃ τῷ διαφερόντως ἠγαπημένῳ συγγενόμενος μαθητῇ, καὶ ὑπ' αὐτοῦ τὸν τῆς Ἐφεσίων θρόνον ἐγχειρισθείς, καὶ ἀκούσας παρ' αὐτοῦ καὶ μαθὼν ἃ πάλιν ἐκεῖνος ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος·

Ζ'. Νέρωνος γὰρ τοῦ κακῶς εἰς τὴν βασιλείαν, κἀκῶς (ὦ δίκη καὶ ἀνοχὴ Θεοῦ) παρελθόντος, μαρτυρικῷ τέλει τοὺς ἱεροὺς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου ὑποβαλόντος, τῶν τε σὺν αὐτοῖς μαθητῶν ἄλλων ἀλλαχῇ τὸν βίον καταστρεψάντων, ἐπιστῆναί ποτε συνέδη τὸν μέγαν τοῦτον εὐαγγελιστήν τε καὶ Θεολόγον τοῖς ἐν Ἐφέσῳ, ὑπὸ χειμῶνος ἁρπασθέντα καὶ ναυαγίου, ὡς αὐτά τε τὰ ὑπὸ Εἰρηναίου τοῦ Λουγδούνων ἐπισκόπου συγγεγραμμένα ἱστορεῖ, καὶ ὁ λόγος ἔχει. Τῶν μέντοι μαθητῶν οἱ τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς καὶ ἀποστόλοις ἀκολουθήσαντες τὰ ὑπ' ἐκείνων διαφόρῳ γλώττῃ συντεταγμένα (οὔπω γὰρ ἦσαν ὁμοφώνῳ χρώμενοι διαλέκτῳ), εἰς τὴν Ἐφεσίων πόλιν κομίσαντες, αὐτῷ ἐγχειρίζουσιν. Τὸν δὲ, καθὰ καὶ Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου δόκει διαλαμβάνοντι οὕτως, ἀποδέξασθαι μὲν τὰ γεγραμμένα, φασὶν, ἀληθειαν αὐτοῖς ἐπιμαρτυρήσαντα, συνιδεῖν δὲ μόνην ἐν αὐτοῖς λειπομένην τὴν περὶ τῶν ἐν πρώτοις καὶ κατ' ἀρχὴν τοῦ κηρύγματος ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πεπραγμένων διήγησιν. Καὶ ἀληθής γε ὁ λόγος· εὑρήσεις γὰρ, ἥνπερ ἀκριβὴς σκοπήσῃς, τοὺς τρεῖς εὐαγγελιστὰς, μόνα τὰ μετὰ τὴν ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ κάθειρξιν ἐφ' ἕνα ἑνιαυτὸν πεπραγμένα τῷ Σωτῆρι συγγραφότας, καὶ αὐτὸ τοῦτο καλῶς ἐπισημαινομένους κατ' ἀρχὰς τῆς αὐτῶν ἱστορίας. Μετὰ γοῦν τὴν τεσσαρακονθήμερον τοῦ Χριστοῦ νηστείαν, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ πειρασμὸν, ὁ μὲν Ματθαῖος τὸν χρόνον τῆς ἰδίας γραφῆς δηλοῖ λέγων· «Ἀκούσας δὲ ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν·» καὶ ὁ Λουκᾶς δὲ, πρὶν ἄρξασθαι τῶν τοῦ Ἰησοῦ πράξεων, παραπλησίως ὑποφαίνει φάσκων ὡς ἄρα προσθεὶς ὁ Ἡρῴδης οἷς διεπράξατο κατέκλεισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ. Διὰ ταῦτα γοῦν τὸν ἀπόστολόν φασιν Ἰωάννην παρακληθέντα, τὸν ὑπὸ τῶν πρωτέρων εὐαγγελιστῶν παρασιωπηθέντα χρόνον, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν πεπραγμένα τῷ Σωτῆρι, ταῦτα δὲ πρὸ τῆς τοῦ Βαπτιστοῦ καθείρξεως τῷ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίῳ παραδοῦναι, κεῖται πρότερον ἀγράφῳ κεχρημένον κηρύγματι, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐπισημήνασθαι, τοτὲ μὲν φήσαντα· «Ταύτην τὴν ἀρχὴν ἐποίησε τῶν παραδόξων ὁ Ἰησοῦς·» τοτὲ δὲ μνημονεύσαντα τοῦ Βαπτιστοῦ μεταξὺ τῶν Ἰησοῦ πράξεων, ὡς ἔτι τότε βαπτίζοντος ἐν Αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλήμ. Ἔτι δὲ σαφέστερον τοῦτο δείκνυσι λέγων· «Οὔπω γὰρ ἦν ὁ Ἰωάννης βεβλημένος εἰς φυλακήν.» Δέδεικται οὖν φανερῶς ἐκ τούτων ὁ

[13] Matth. IV, 12. [14] Luc. III, 20. [15] Joan. II, 11.

(2) *Contra hæres.* lib. III, capp. 1, 11.

Θεολόγος. Ἐν τῇ τοῦ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίου γραφῇ, τὰ μηδέπω τοῦ Βαπτιστοῦ βεβλημένου εἰς φυλακὴν ὑπὸ Χριστοῦ πραχθέντα παραδιδοὺς, οἱ δὲ λοιποὶ τρεῖς εὐαγγελισταὶ τὰ μετὰ τὴν εἰς τὸ δεσμωτήριον κάθειρξιν τοῦ Βαπτιστοῦ μνημονεύοντες. Οἷς καὶ ἐπιστήσαντι οὐκέτι ἂν δόξαιεν διαφωνεῖν ἀλλήλοις τὰ Εὐαγγέλια, τῷ τὸ μὲν κατὰ Ἰωάννην τὰ πρότερον ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πραχθέντα διηγεῖσθαι, τὰ δὲ λοιπὰ τὴν ἐπὶ τέλει τοῦ Χριστοῦ αὐτῷ γενομένην ἱστορίαν. Εἰκότως οὖν τὴν μὲν τῆς σαρκὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενεαλογίαν, ἅτε Ματθαίῳ καὶ Λουκᾷ προγραφεῖσαν ἀποσιωπῆσαι τὸν Ἰωάννην, τῆς δὲ θεολογίας ἀρξασθαι, ὡς ἂν αὐτῷ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος οἷα κρείττονι παραπεφυλαγμένης· καὶ οὕτω μὲν Εὐσέβιος περὶ Ἰωάννου καὶ τῶν ἄλλων ἕξεισιν εὐαγγελιστῶν.

A meminisse eorum, quæ facta sunt, postquam Joannes fuisset conjectus in vincula. Quæ qui attenderit, non amplius ei videbuntur discrepare Evangelia; quod id quidem quod est secundum Joannem primas Christi continet actiones, reliqua autem, historiam quæ facta est in ipso fine Christi. Merito ergo carnis quidem Servatoris nostri genealogiam, ut quæ a Matthæo et Luca prius scripta fuisset, Joannes silentio præteriit : a theologia autem incipit, ut quæ ei, utpote præstantiori, fuisset a bono Spiritu conservata. Et sic quidem Eusebius de Joanne et aliis narrat evangelistis.

Η'. Οὐκ ἦν δὲ ἄρα τῆς αὐτοαληθείας Χριστοῦ τοὺς λόγους διαπεσεῖν, « Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε, » πρὸς τοὺς ἀποστόλους τοὺς αὐτοῦ εἰρηκότος· οὐκοῦν οὐδὲ διέπεσον, ἀλλὰ πολλοῖς ἕκαστος ὑπεβλήθη τοῖς λυπηροῖς. Δομετιανοῦ γὰρ κατὰ πολλὴν τότε τῆς κακίας ἰσχὺν εἰσφθαρέντος τῇ βασιλείᾳ, μίαν τῶν Κυκλάδων καὶ οὗτος οἰκεῖν κατακρίνεται, Δομετιανοῦ τοῦ μετὰ Νέρωνα μὲν καὶ τοὺς μεταξὺ πολλοὺς ἑτέροις χρόνοις τὴν ἀρχὴν πιστευθέντος, μηδὲν δὲ τῆς ἐκείνου μοχθηρίας ἀπολειφθέντος, ἀλλ' ἀεὶ πρὸς αὐτὸν ὁρῶντος, ἢ καὶ ὑπερβαλόντος τοῖς ἀτοπήμασιν, οὕτω τε ταῖς καθ' ἑτέρων διαβολαῖς τὰς ἀκοὰς ἡδέως ὑπέχοντος, ὡς οὐδὲ ταῖς εἰς αὐτὸν εὐφημίαις, εἴθε δὴ κολακείαις τοσοῦτον ἴσχυεν, ὡς καὶ Δομετιανῷ ἐπαίνου τι μεταδοῦναι καὶ εὐφημίας· τοῦτο γοῦν τὸ πρὸς διαβολὰς ἐκείνου τῶν ἀκοῶν εὔκολον ὑπερορίαν τὴν εἰς Πάτμον κατακρίνει τοῦ Ἰωάννου. Οὕτω γὰρ ἡ τῆς ὑπερορίας ὠνόμαστο νῆσος. Ἔνθα δὴ καὶ ἀτίμως ὑπερορίου τοῦ τιμίου δηλαδὴ γενομένου, Τιμόθεος τῆς ἐπισκοπῆς Ἐφεσίων ἀντεποιεῖτο, κἂν οὐδὲ αὐτὸν ἐπιδιῶναι τῷ θρόνῳ χρόνον ἱκανὸν ὁ ἐχθρὸς εἴασεν.

VIII. Fieri ergo non poterat, ut ipsius veritatis, B Christi inquam, verba exciderent, qui discipulis suis dixit : « In mundo afflictionem habebitis [16]. » Neque ergo exciderunt, sed uterque multas subiit molestias. Cum enim Domitianus per magnam vim sceleris tunc invasisset imperium, condemnatur hic quoque habitare unam ex Cycladibus. Domitianus, inquam, cui post Neronem et eos qui intercedunt mandatum fuit imperium; ei autem improbitate nihilo fuit inferior, sed semper ad ipsum respiciebat, aut etiam sceleribus et flagitiis superabat, et structis in alios calumniis tam lubenter aures accommodabat, quam suis ipsius laudibus : siquidem tantum valuit assentatio, ut etiam Domitianum laude aliqua impertiret et celebraret. Illius ergo ad facile audiendas calumnias propensio, Joannem condemnat, ut relegetur in C Patmon. Sic enim nominata est insula, in quam fuit relegatus. Quem quidem in locum cum per ignominiam relegatus fuisset venerandus Joannes, Timotheus ejus loco suscepit episcopatum Ephesiorum : quanquam nec ipsum quoque in sede longo tempore vivere permisit inimicus.

Θ'. Ἦν γὰρ τις παρ' Ἐφεσίοις ἑορτὴ, Καταγώγιον ὑπ' αὐτῶν καλουμένη· κατὰ γοῦν ταύτην ῥόπαλά τε ἀναιρούμενοι, καὶ εἴδωλα διὰ χειρὸς ἔχοντες, καί τινα περιτιθέντες ἑαυτοῖς προσωπεῖα τῆς τε πόλεως ἀναίδην τὰ ἐπισημότερα μέρη περιιοντες καὶ τινα τούτοις ἐπᾴδοντες, ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶ ληστριῶς ἐπιοντες, πολὺν αὐτῶν εἰργάζοντο φόνον, ταύτῃ τὸν οἰκεῖον ἡγούμενοι δαίμονα τιμᾶν οἱ κατάκτυστοι, ἵνα φαίνωνται τοιούτους ἀνθρωποι τιμῶντες, ὧν ἡ μεγίστη θεραπεία τῶν τιμώντων D ὁ θάνατος. Τιμοθεος τοίνυν ὁ θεῖος δεινῶς ἐπὶ τούτῳ ἀλύων, καὶ ζήλου πυρὶ τὰ σπλάγχνα καιόμενος, καὶ τοῦτο μὲν συμβουλαῖς πολλάκις καὶ ὑποθήκαις, τοῦτο δὲ παραινέσεσι καὶ διδασκαλίαις χρησάμενος, καὶ μὴ πεῖσαι δυνηθεὶς αὐτοὺς ἀποσχέσθαι τῆς τοιαύτης μανίας, προσεισιν αὐτοῖς ἐπὶ μεσης ἀμφοδου ἀρτι

IX. Erat enim quidem dies festus apud Ephesios, qui ab eis vocabatur *Catagogium* : in eo ergo et clavas tollentes, et simulacra in manibus tenentes, et sibi quasdam imponentes personas, et insigniores partes civitatis impudenter obeuntes, et iis quædam carmina decantantes, virosque et mulieres more prædonum invadentes, magnam cædem eorum faciebant : ea ratione putantes exsecrandi, se suum honorare dæmonem, ut eos viderentur homines honorare, quorum maximus cultus est mors eorum qui honorant. Divinus ergo Thimotheus hoc ægre ferens, et igne zeli visceribus inflammatus, et partim quidem consiliis usus et admonitionibus, cum minime potuisset eis persuadere, ut a tali desisterent insania, accedit ad eos in media compita, cum jam festum ageretur, rursus admonens incre-

[16] Joan. XVI, 33.

(1) **Non successit Joanni Timotheus ; hic enim fuit primus Ephesiorum episcopus, sed quandiu sederat Joannes, apostolus Christi et evangelista,** is, licet non uni sedi astrictus, primaria tamen valebat auctoritate.

pans, docens, quid non faciens ex iis quæ possent dimovere hominem a tali insania.

X. Illi autem ejus dicendi libertatem ægræ ferentes, quæcunque habebant in manibus, iis adversus eum usi sunt, eum ferientes et per terram trahentes cum quam maxima dici potest crudelitate et humanitate, et tandem humi jacentem, cum omnis virtus vitalis et operatio eum deficeret, quidam Christiani eum tollentes, parum adhuc et ægre spirantem, et jam morti vicinum, ultra civitatis portum deposuerunt: ubi cum Deo commendatum emisisset spiritum, corpus rursus pie et sancte in quodam loco condunt, qui apud eos Pion, id est, pinguis, dicitur.

A τῆς ἑορτῆς ἀγομένης, παρακαλῶν αὖθις, ἐπιτιμῶν, διδάσκων, τί μὴ ποιῶν τῶν ἀποστήσαι τοιαύτης ἀνοίας ἄνθρωπον δυναμένων.

Ι'. Οἱ δὲ βαρέως ἐνεγκόντες τὴν παῤῥησίαν, κατ' αὐτοῦ πᾶσιν οἷς ἐν χερσὶν εἶχον ἐκέχρηντο, παίοντες αὐτὸν καὶ κατὰ γῆς ἕλκοντες μεθ' ὅσης ἂν εἴποις τῆς ὠμότητος καὶ τῆς μισανθρωπίας, καὶ τέλος ἐπὶ γῆς κείμενον, καὶ πάσης αὐτὸν δυνάμεως ζωτικῆς καὶ ἐνεργείας ἐπιλιπούσης, Χριστιανοί τινες ἀφελόμενοι ὀλίγον ἔτι καὶ ἀδρανῶς καὶ αὐτοῦ θανάτου παραψαῦον ἐκπνέοντα, πέραν τοῦ τῆς πόλεως λιμένος κατέθεσαν· ὅπου Θεῷ τὸ πνεῦμα παραθεμένου τὸ σῶμα πάλιν εὐλαβῶς καὶ ὁσίως εἴς τινα κρύπτουσι τόπον, Πίονα παρ' Ἐφεσίοις καλούμενον.

CAPUT III.

S. Timothei reliquiarum translatio.

XI. Longo autem tempore postea, Constantii in eum amores, qui filius fuit Constantini Magni, inquam, illius et primi imperatoris Christianorum, illinc exportant reliquias, desiderii administro utentes Artemio: cui cum egregiæ illius Timothei in dicendo libertatis fuisset imitator, ei quoque postea fuit conformis mortis similitudine, et fuit martyrii ornamento propter Christum decoratus. Reponitur autem in sacra ara ejus, quod cognominatur templum Apostolorum (fuit vero id Constantii manus opus et fidei), sub ipsa mensa mystica, suppeditator miraculorum, dispensator gratiarum, thesaurus qui non potest exinaniri, divitiæ quæ non consumuntur, et cum Luca et Andrea connumeratur: Deo fortasse hoc benigne providente, ut sicut eis omnia fuere communia, mores, disciplina, prædicatio; commune quoque esset sepulcrum, quoniam eis quoque est illic quies communis.

B ΙΑ'. Χρόνῳ μέντοι πολλῷ ὕστερον ἔρωτες θεῖοι τοῦ Κωνσταντίου, ὃς υἱὸς ἦν Κωνσταντίνου, φημί, τοῦ Μεγάλου, καὶ πρώτου Χριστιανῶν βασιλέως, τὸ λείψανον ἐκεῖθεν ἀνακομίζουσιν ὑπουργῷ τοῦ πόθου Ἀρτεμίῳ χρησάμενοι· ὃς καὶ ζηλωτὴς Τιμοθέῳ τῆς καλῆς ἐκείνης παῤῥησίας γενόμενος, σύμμορφος αὐτῷ μετὰ ταῦτα κατέστη καὶ τοῦ θανάτου τῷ ὁμοιώματι, καὶ τῷ διὰ Χριστὸν μαρτυρίῳ κατακοσμήθη. Ἐναποτίθεται δὲ τῷ ἱερῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ περιωνύμου τῶν Ἀποστόλων ναοῦ (χειρὸς ἦν οὗτος τῆς Κωνσταντίου καὶ πίστεως ἔργον), ὑπ' αὐτῇ τῇ μυστικῇ τραπέζῃ, χορηγὸς θαυμάτων, χαρίτων τε μία, θησαυρὸς ἀκένωτος, πλοῦτος μὴ δαπανώμενος, καὶ Λουκᾷ καὶ Ἀνδρέᾳ συναριθμεῖται· Θεοῦ τάχα φιλανθρώπως οἰκονομήσαντος, ἵν' ὥσπερ αὐτῶν κοινὰ γέγονε πάντα, ὁ τρόπος, ἡ μαθητεία, τὸ κήρυγμα, κοινὸς γένηται καὶ ὁ τάφος, ἐπεὶ κοινὴ τούτοις καὶ ἡ ἐκεῖθεν κατάπαυσις.

XII. Templum autem Justinianus, cum manu postea magnificentiori quoque arte adhibita, splendide ædificat et transformat, et ei pulchritudinem et magnitudinem, quæ nunc est et cernitur, exhibet, præterquam mysticam et divinam mensam. Ab ea enim sola abstinuit, hoc pulchre sancte faciens propter depositionem sacrarum reliquiarum. Quocirca posita est in medio templo usque in hodiernum diem, cum mensam ex purissimo argento construxisset, et cum magna sui in Christum amoris significatione, Christi sanctorum apostolorum sancta corpora recondidisset.

ΙΒ'. Τὸν μέντοι ναὸν Ἰουστινιανὸς φιλοτιμοτέραν μετὰ τῆς χειρὸς ὕστερον καὶ τέχνην εἰσενεγκάμενος ἀνοικοδομεῖ λαμπρῶς καὶ μετασκευάζει, καὶ κάλλος αὐτῷ καὶ μέγεθος τό γε περιὸν νῦν καὶ ὁρώμενον ἀποδίδωσι, πλὴν τῆς μυστικῆς καὶ θείας τραπέζης· ταύτης γὰρ ἀπέσχετο μόνης, καλῶς ἐκεῖ καὶ θείως ποιῶν διὰ τὴν τῶν ἱερῶν λειψάνων κατάθεσιν. Διὸ καὶ κατὰ μέσον εἰς δεῦρο ναὸν ἵδρυται ἐξ ἀργύρου τὴν τράπεζαν τοῦ καθαρωτάτου κατασκευάσας, ἐν αὐτῇ τε φιλυχρίστως τὰ τῶν ἀποστόλων Χριστοῦ ἐναποθησαυρίσας ἅγια σώματα.

XIII. Cum autem impius Domitianus sceleratissime quidem imperasset, miserrime autem vitam finiisset, Nerva suscipiens imperium, et statim post ipsum Trajanus quoque, cum se et quam fieri posset clementissimos et æquissimos vellent ostendere, cum multis aliis evangelistæ quoque et Theologo dissolvunt exsilium. Ille autem cum Ephesum (o cum quanto dixerit quis gaudio et honore!) rediisset, et divinum jam Timotheum ad Jesum, quem desiderabat, excessisse didicisset, et fine martyrii cursum Evangelii obsignasse, et esse

D ΙΓ'. Δομετιανοῦ δὲ τοῦ δυσσεβοῦς ἀνομώτατα μὲν βασιλεύσαντος, ἐλεεινότατα δὲ τὴν ζωὴν καταλύσαντος, παρελθὼν εἰς τὴν ἀρχὴν ὁ Νερούας, αὐθὶς ἅ μετ' αὐτὸν καὶ Τραϊανός, καὶ φιλανθρωποτέρους ὡς οἷόν τε καὶ εὐνομωτέρους ἑαυτοὺς παρέχειν βουλόμενοι, λύουσι μετὰ πολλῶν ἄλλων τῷ εὐαγγελιστῇ τε καὶ Θεολόγῳ ἐξορίαν. Ὁ δὲ τῇ Ἐφεσίων (ὦ πῶς ἂν εἴποις ἡδέως καὶ μετὰ τιμᾶς ὁπόσης!) ἀποδοθεὶς, καὶ Τιμόθεον ἤδη τὸν θεῖον πρὸς τὸν ποθούμενον Ἰησοῦν ἐκδεδημηκότα μαθὼν, καὶ τέλει μαρτυρίου τοῦ Εὐαγγελίου δρόμον ἐπισφραγίσαντα, ἔρημόν τε

οὖσαν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ προεστῶτος εὑρὼν, ἀντι- A
ποιεῖται καὶ πάλιν αὐτῆς, ὡς εἶναι τὸν αὐτὸν καὶ πάρ-
οχον Τιμοθέῳ τοῦ θρόνου καὶ πάλιν διάδοχον. Ἅπερ
ἀμφότερα τοῦ κατὰ Θεὸν ζήλου καὶ τῆς πολλῆς περὶ
τὴν εὐσέβειαν ἐκείνου σπουδῆς καὶ θερμότητος. Ὃς
καὶ διετέλεσεν οὕτω μακροῦ χρόνου τῆς Ἐκκλησίας
ἐπιμελόμενος, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας κήρυγμα κατ-
αγγέλλων, εἰς ἐπίδοσιν τῆς εὐσεβείας, εἰς σωτηρίαν
ψυχῶν, εἰς δόξαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,
μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, κράτος,
τιμὴ, καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς
αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ecclesiam præsule defectam invenisset, eam rursus suscipit: adeo ut idem et sedem Timotheo præbuerit, et ei successerit. Quæ quidem utraque sunt ejus zeli in Deum, magnique illius studii et ardoris in pietatem. Qui quidem longo postea tempore perpetuo curam gessit Ecclesiæ, et veritatis annuntiavit prædicationem, ad augmentum pietatis, ad salutem animarum, ad gloriam Domini nostri Jesu: cum quo Patri una cum sancto Spiritu est omnis honor nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΠΕΡΣΟΥ

MARTYRIUM SANCTI ET MAGNI MARTYRIS ANASTASII PERSÆ

(Anno 610, Januarii 22.)

[Græce nunc primum prodit ex cod. Reg. Paris. n. 1457 notato, sæc. XI. Latine apud Surium. EDIT. PATR.]

Α'. Τῆς μεγάλης πόλεως Ἱεροσολύμων, ὑπὸ τοῦ B
Περσῶν βασιλέως ἁλούσης, καὶ τῶν ἱερῶν τόπων
ἐκείνων, οἳ καὶ διατριβὰς εἶδον τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ,
καὶ σταύρωσιν, καὶ ταφὴν, καὶ ἀνάστασιν, Μηδικῷ
δόρατι καὶ πυρὶ, τρόποις οἷς αὐτὸς οἶδε παραδοθέν-
των, ἄλλα τε πολλὰ τῇ πόλει κατακατελήφθη, καὶ δὴ
καὶ τὸ τῆς σωτηρίας ἡμῶν τρόπαιον, ἡ τοῦ θανά-
του λύσις, ἡ τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσις· τὸ τοῦ ζωο-
ποιοῦ, φημὶ, σταυροῦ ξύλον ἐκεῖθεν εἰς Περσίδα μετ-
εκομίσθη· ὃ καὶ χάριτος ἔμοιγε δοκεῖ θειοτέρας, καὶ
μόνης τῆς τοῦ ἐσταυρωμένου οἰκονομίας· ἢ πλέκειν
οἶδε καὶ διὰ τῶν ἐναντίων πολλάκις τὰ βελτιώτερα
καὶ χρηστότερα. Ἐπεὶ γὰρ ὁ σωτήριος τοῦ Κυρίου
σταυρὸς χερσὶ πολεμίαις ἑάλω καὶ εἰς τὴν Περσῶν,
ὥσπερ ἔφημεν, ἀπηνέχθη, τοιαύτην αἰχμαλωτισθεὶς
ὑπὸ Βαρβάρων αἰχμαλωσίαν, μιμεῖται τὸν ἐν αὐτῷ C
παγέντα Χριστόν. Καὶ μᾶλλον αὐτὸς τὴν Περσικὴν
ἀνατρέπει καὶ σκυλεύει θρησκείαν, καὶ ψυχὰς τὰς
αὐτοῦ ἀξίας αἰχμαλωτίζει τὴν ἐπαινετὴν ὄντως καὶ
κάλλιστην αἰχμαλωσίαν, ἢ, τόγε οἰκειότερον εἰπεῖν,
τῆς αἰχμαλωσίας ἀνακαλεῖται, καὶ τὴν πρώτην αὐτοῖς
ἀποδίδωσι πάλιν ἐλευθερίαν. Ὁμοῦ τε γὰρ τῆς Περ-
σῶν ἐπιβαίνει, καὶ πᾶσαν αὐτὴν εὐθέως ταῖς τῆς οἰ-
κείας χάριτος ἀκτῖσι περιαυγάσας, πλήττει μὲν τὰς
τῶν ἀπίστων ψυχὰς καθάπερ ὀφθαλμὸν νοσοῦντα
προσβλὼν ἥλιος· τοὺς δὲ πιστοὺς, ὥσπερ ἀστραπή

I. Cum magna civitas Hierosolymorum capta fuisset (1) a rege Persarum, et sacra illa loca, quæ mei Christi videre conversationem, et cruci affixionem et resurrectionem, Medorum lanceæ et igni iis, quos ipse novit, modis essent tradita, et multa alia capta sunt cum civitate, et salutis quoque nostræ tropæum, mortis solutio, peccati internecio: lignum, inquam, vivificæ crucis, illinc translatum est in Persidem: quod quidem mihi videtur divinioris esse gratiæ, et ejus, qui est crucifixus, solius dispensationis, quæ sæpe novit etiam per adversarios ea contexere, quæ sunt meliora et utiliora. Postquam enim salutaris crux Domini hostilibus capta fuit manibus, et in Perside, ut diximus, in ea captivitate captiva abducta est a Barbaris, imitatur eum, qui in ea fuit affixus, Christum: vel potius ipsa Persicam evertit et spoliat falsam religionem, et quæ se dignæ erant, captivas abducit animas, vere laudabili et longe pulcherrima captivitate aut ut magis proprie dicam, a captivitate revocat, et eis rursum primam restituit libertatem. Simul ac enim ingreditur Persidem, eam statim totam illustrans radiis suæ gratiæ, ferit quidem animas infidelium, non secus ac sol, qui laborantem oculum ingreditur: fideles autem non secus ac fulgur quoddam apparens in tenebris, revocat. Ex quibus fuit

(1) An. 614 capta est Hierosolyma a Chosroe Persarum rege, et crux sancta in Persidem translata.

unus is, qui nobis nunc est propositus Anastasius, etsi nondum quidem cultu, sed jam moribus et instituto : qui processit quidem e vico, qui vocabatur Rasnuni : est vero regionis Razech, quæ sita est in Perside. Erat autem nomen ejus moribus conveniens, et ex re ipsa magis cognitum. Is enim vocabatur Magundat. Erat enim illius Bau filius, qui erat in re magica præstantissimus et eruditissimus. Qui cum præesset communi ludo litterario, et multos haberet adolescentes ad eum ventitantes, captos amore præstigiarum, et cum in hoc solum omne suum studium poneret, nempe in rei magicæ exercitatione, in filio maxime arte utitur, et rem magicam eum tam diligenter docet, ut in ejus cognitione patri nihil esset reliquum quod non notum quoque esset filio.

II. Cum adolescentiæ autem ætatem jam attingeret, et rex Chosroe (2) novum exercitum in Perside colligeret. Ipse quoque cum aliis refertur in numerum tironum. Quoniam vero veneranda crux Domini totum agitabat et perturbabat Persidem, infidelibus quidem horrorem et terrorem incutiens, fidelibus autem suaviter admodum et placide illucescens : de ea quidem fama quædam per omnes persuadebat, fama, inquam, quæ paulo crassius et indoctius prædicabat, Christianorum Deum adesse Persis. Ad quam hic adolescens repente fuit accensus animo. Jam enim occulte eum tangebat ille ignis quem Christus venit jacere super terram [1] : qui quidem non sinebat quiescere pulchram illius adolescentiam, sed statim omnes obibat partes, de eo sciscitans quam vehementissime poterat et diligentissime. Cum audiret autem ab omnibus, eam esse crucem, in qua Christus Dei Filius, qui a Christianis adoratur, fuit crucifixus, veluti ignem igni adjecit, et quæstioni conjunxit quæstionem, et ex responsione accepit occasionem alterius interrogationis, et multo magis sitiebat discere, quemadmodum ex cœlo quidem descenderit, cum sit Deus : et quemadmodum etiam factus sit homo, et cur etiam sit ad crucem condemnatus, et a quibus, et an sit ad cœlum reversus unde descenderat. Cum autem ei a piis annuntiaretur carnis susceptæ divini consilii mysterium, aures quidem pietatis semina lubenter suscipiebant : anima vero producebat sensim spicam fidei, et ei desiderium paulatim innascebatur, subibatque æmulatio ejus perpessionum : quæ cum in ejus anima aucta et amplificata essent, eum informant et instituunt ad optimum vitæ genus, clarumque et insignem testem, martyrem, inquam, efficiunt, ut jam procedens declarabit oratio. Erat enim ei quidam frater genere et commilito : ambo autem relati in numerum exercitus Sain, veneruntque usque ad inclytam Chalcedonem. Cum autem divinus Heraclius irruptione facta

A τις ἐν σκότῳ φανεῖσα μεταπαλεῖται. Ὧν εἷς ἦν καὶ ὁ νῦν ἡμῖν προτεθεὶς Ἀναστάσιος · εἰ καὶ μὴ τὸ σέβας, ἀλλὰ τὸν τρόπον ἤδη καὶ τὴν προσφασιν. Ὃς κώμης μὲν προῆλθε, Ῥασνουνὴ καλουμένης · χώρας δὲ, Ῥαζὴχ ὑπὸ τῇ Περσίδι κειμένης · ὄνομα δὲ αὐτῷ τοῖς τρόποις συμβαῖνον, καὶ μᾶλλον ἐκ τοῦ πράγματος ἔχον τὸ γνώριμον. Καὶ γὰρ οὕτω Μαγουνδὰτ ἐκαλεῖτο. Βαῦ γάρ τινος ἦν ἐκείνου υἱὸς σοφοῦ κομιδῇ καὶ ἀρίστου τὰ μαγικά · ὃς διδασκαλείου κοινοῦ προκαθήμενος, καὶ πολλοὺς ἔχων τῶν νέων κατ' ἔρωτα γοητείας φοιτῶντας · καὶ τοῦτο, φεῦ! ἐπιτήδευμα μόνον τὴν τῶν μαγικῶν ποιούμενος ἄσκησιν, ἐπὶ τῷ υἱῷ μάλιστα χρῆται τῇ τέχνῃ · καὶ τὰ τῶν μάγων οὕτω φιλοπόνως αὐτὸν ἐκπαιδεύει, ὥστε μηδὲν ὑπολειφθῆναι τῷ πατρὶ πρὸς γνῶσιν ὃ μὴ τῷ υἱῷ γνώ-

B ριμον ἦν.

Β'. Ἀπτομένου δὲ ἤδη τοῦ παιδὸς ἀκμῆς τε καὶ ἡλικίας, καὶ Χοσρόου τοῦ βασιλέως νεωτέραν στρατιὰν ἐν Περσίδι συλλέγοντος, εἰς τύρωνα μεθ' ἑτέρων καὶ αὐτὸς ἀπολέγεται. Ἐπεὶ δὲ ὁ τίμιος τοῦ Κυρίου σταυρὸς τὴν Περσῶν ἐκλόνει καὶ συνετάραττε πᾶσι · τοῖς μὲν ἀπίστοις φρικῶδές τε καὶ φοβερὸν ἐπισείων, τοῖς δὲ πιστοῖς ἄγαν ἡδὺ προλάμπων καὶ προσηνές · φήμη τις περὶ αὐτοῦ διὰ πάντων ἐχώρει· καὶ ἡ φήμη, παχύτερόν πως εἶχε καὶ ἀμαθέστερον, τὸν τῶν Χριστιανῶν Θεὸν, Πέρσαις παρεῖναι κηρύττουσα. Πρὸς ἣν ὁ νέος ἅφνω τὴν ψυχὴν ἀνεφλέχθη. Ἤδη γὰρ αὐτῆς ἥπτετο κρυφίως ἐκεῖνο τὸ πῦρ, ὃ Χριστὸς ἦλθε βαλεῖν ἐπὶ γῆς. Ὅπερ οὖν καὶ ἤρεμεῖν οὐκ εἴα τὴν καλὴν ἐκείνου νεότητα, ἀλλ' εὐθὺς ἅπαν-

C ταχοῦ περιῄει πυθανόμενος περὶ τούτου, μεθ' ὅσης ἂν εἴποις τῆς θερμότητος τε καὶ τῆς σπουδῆς. Ἀκούων δὲ παρὰ πάντων, ὡς ἄρα οὗτός ἐστιν ὁ σταυρὸς ἐν ᾧ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ὁ καὶ Χριστιανοῖς προσκυνούμενος ἐσταυρώθη, πῦρ ὥσπερ πυρὶ προσετίθει, καὶ ζητήσει συνῆπτε ζήτησιν, καὶ τὰς ἀποκρίσεις μᾶλλον ἑτέρας ἐρωτήσεως ἀφορμὰς ἐποίει · καὶ πολλῷ πλέον ἐδίψα μαθεῖν · ὅπως μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατέλθοι Θεὸς ὤν · ὅπως δὲ καὶ ἄνθρωπος γένοιτο. Διατί δὲ καὶ σταυρὸν κατακριθείη, καὶ παρὰ τίνων, καὶ εἰ πρὸς οὐρανοὺς ἐπανέλθοι πάλιν, ὅθεν ἐλήλυθεν. Ὡς δὲ ἀπηγγέλλετο παρὰ τῶν εὐσεβῶν αὐτῷ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, ἡ μὲν ἀκοὴ τὰ σπέρματα τῆς εὐσεβείας ἡδέως ἐδέχετο · ἡ ψυχὴ δὲ ἤρεμα τῆς πίστεως τὸν στάχυν ἐκαρποφόρει, καὶ πόθος αὐτῇ

D Χριστοῦ κατὰ μικρὸν ἐνεφύετο, καὶ ζῆλος αὐτοῦ τῶν παθημάτων εἰσῄει · ἃ καὶ συναχμάσαντα δή που τῇ τοῦ νέου ψυχῇ καὶ συναυξηθέντα, πρὸς ἀρίστην τε αὐτὸν στοίχειοτ πολιτείαν, καὶ μάρτυρα περιφανῆ μετὰ ταῦτα ἐργάζεται, ὡς ὁδῷ προϊὼν ἤδη ὁ λόγος δηλώσει. Ἦν γαρ τις ἀδελφὸς κατὰ γένος αὐτῷ, καὶ συστρατιώτης · ἀμφότεροι δὲ τῇ τοῦ Σάϊν ἐξεταζόμενοι στρατιᾷ μέχρι Χαλκηδόνος τῆς περιφανοῦς ἦλθον. Ἐκεῖ δὲ ὁ θεῖος Ἡράκλειος εἰς τὴν Περσίδα παραβαλὼν ἀντιπερισπάσοιτο τὸν Σάϊν · καὶ ἀποστροφῆς

[1] Luc. XII, 49.

(2) Fuit hic Chosroes junior, Hormisdæ regis filius, ut notat Baronius in Martyrologio.

αὖθις ὁ Πέρσης ἥπτετο, καὶ σφοδρῶς ἐπανῆει πρὸς τὴν οἰκείαν. Ἀπολείπει μὲν τὴν Περσικὴν στρατείαν ὁ Ἀναστάσιος καὶ πρὸς ἑτέραν πολλῷ κρείττονα καὶ θειοτέραν στρατολογεῖται. Ἀπολείπει δὲ τὸν οἰκεῖον ἀδελφὸν καὶ συστρατιώτην, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσοι, καὶ αὐτῷ διὰ παντὸς ἀκολουθεῖν ἔχοι μόνῳ, καὶ μόνοις τοῖς αὐτοῦ πολεμίοις συμπλέκεσθαι.

Γ'. Καὶ πρῶτα μὲν εἰς Ἱεράπολιν ἐλθὼν, παρά τινι Χριστιανῷ Πέρσῃ κατάγεται, τὴν τέχνην ἀργυροκόπῳ· χρόνον δὲ συχνὸν ὑπ' αὐτῷ διατρίψας, καὶ τὴν ἀργυροκοπικὴν ἐκπονήσας, τὰς μὲν χεῖρας εἶχε τῷ ἔργῳ προσκειμένας· ἡ ψυχὴ δὲ ἀεὶ καὶ οἱ λογισμοὶ τὸν πρὸς Θεὸν ἔστρεφόν τε καὶ ἔτρεφον ἔρωτα, καὶ τοῦτον ἔτι μᾶλλον ἑαυτοῖς ὑπανῆπτον, καὶ ὑπ' αὐτοῦ πάλιν θερμότερον ἀνεφλέγοντο. Ὅθεν ἐδεῖτο τοῦ ἀνδρὸς ὁ μακάριος, ἀξιωθῆναι τοῦ θείου βαπτίσματος, καὶ ὅλως τοῦ προτέρου ῥύπου καὶ τῆς γοητικῆς ἐκείνης ἐκκαθαρθῆναι σαπρίας· ἵν' ἢ μὴ προαίρεσιν μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα κεκαθαρμένος, καὶ γένηται τῆς ποθουμένης Χριστοῦ μερίδος, σημειωθεὶς τῷ ἐκείνου σφραγίσματι. Τοῦ δὲ τὸν ἐκ τῶν Περσῶν κίνδυνον δεδιότος, καὶ τὸ πρᾶγμα διὰ τοῦτο ταῖς εἰς τὸ μέλλον ἀναβολαῖς παρατείνοντος· τέως μὲν ταῖς παρὰ τοὺς θείους ναοὺς προόδοις τὸ πολὺ τῆς ἐπιθυμίας παρεμυθεῖτο, καὶ ἀπιόντι πρὸς αὐτοὺς τῷ ἀργυροκόπῳ καὶ αὐτὸς συναπῆει, καὶ εὐχομένῳ συνηύχετο, καὶ τὰ τῶν ἁγίων θαύματα καὶ τοὺς ἄθλους ἐπὶ τῶν τοίχων γεγραμμένα ὁρῶν, ἄγαν ἐπιμελῶς περὶ αὐτῶν ἀνηρώτα. Ἐπεὶ δὲ ἤκουεν οἷος ἐκείνοις ὁ βίος, ὁ τρόπος, ἡ ἀρετὴ, οἵ τε διὰ Χριστὸν ἀγῶνες ὁποῖοι, καὶ οἵας παρ' αὐτῷ πάλιν ἐπιτυχεῖν αὐτοῖς γένοιτο καὶ τῆς παῤῥησίας· οὐκέτι κατέχειν τὴν ὠδῖνα τῆς καρδίας οἷός τε ἦν, ἀλλ' ἔγνω πορείας τῆς ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα μᾶλλον ἄψασθαι, κἀκεῖσε τυχεῖν τοῦ βαπτίσματος. Καταλαβὼν οὖν τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ παρελθὼν εἴς τινος οἰκίαν τὴν ἀργυροπικὴν καὶ αὐτοῦ μετιόντος, τὴν αἰτίαν αὐτῷ τῆς ἐπιδημίας ἀνεκαλύπτει· ὅτι βούλοιτο, φησὶ, πρὸς θεοσέβειαν μεταθέσθαι, καὶ Χριστῷ προσαχθῆναι διὰ βαπτίσματος. Καὶ ὃς αὐτὸν Ἠλίᾳ τῷ τῆς Ἁγίας Ἀναστάσεως ὁσιωτάτῳ πρεσβυτέρῳ προσάγει· κἀκεῖνος ὑπτίαις, ὃ δὴ λέγεται, χερσὶ τὸν νέον δεξάμενος, Μοδέστῳ τηνικαῦτα τοῦ ἀποστολικοῦ προεστῶτι θρόνου τὰ κατ' αὐτὸν ἀναφέρει, καὶ οὕτω τυγχάνει τοῦ θείου βαπτίσματος· καὶ καρπὸς ὄντως ὡραῖος, τοῦ σεβάσμιου σταυροῦ δείκνυται, καὶ Ἀναστάσιος ἐπωνύμως τῆς ἀνακλήσεως καὶ τῆς ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβολῆς ἀπὸ τῆς προτέρας ἀπιστίας καὶ γοητείας μετονομάζεται. Σὺν αὐτῷ δὲ βαπτίζεταί τις καὶ ἕτερος τῆς αὐτῆς καὶ πατρίδος καὶ θρησκείας Ἀναστασίῳ· ὃς καὶ τῆς ἴσης ἐκοινώνησεν ὕστερον ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίας, καὶ τῶν αὐτῶν ἐν Ἐδέσῃ κατηξιώθη στεφάνων.

Δ'. Μείναντος μέντοι παρὰ τῷ τοῦ πρεσβυτέρου οἰκίᾳ ὀγδόην ἡμέραν Ἀναστασίου, καθ' ἣν καὶ νόμος ἀπροΐτους ἔχει τοὺς ἄρτι πεφωτισμένους, ἐπυν-

A in Persidem, contra Sain [*Al.* Saes] retraxisset, rursum Persa reditum aggressus est, et in suam regionem vehementi studio est reversus. Exercitum autem Persicum relinquit Anastasius (3), et refertur in alium multo meliorem et diviniorem. Relinquit vero suum fratrem et commilitonem, ut ei placeret qui exercitum collegerat, et eum solum posset semper sequi, et conserere manus cum solis ejus hostibus.

III. Et primum quidem cum venisset Hierapolim, divertit ad quemdam Persam Christianum, arte argenti conflatorem: et cum artem conflandi argenti exercuisset, manus quidem habebat intentas operi, animus autem semper et cogitatio in Dei amore versabatur et alebatur: eumque sibi adhuc magis accendebat, et ab ipso rursus inflammabatur B vehementius. Quamobrem eum rogabat ille beatus, ut divinum baptismum consequeretur, et omnino a prioribus sordibus expurgaretur, et ab illa labe præstigiarum: ut non solum voluntate et electione sed anima quoque et corpore esset purgatus, et fieret Christi partis, quam desiderabat, illius signatus signaculo. Cum ille autem ex Persis timeret periculum, et ideo morando rem differret in futurum, interim quidem ad divina templa aditione magnum suum solabatur desiderium, et cum argenti conflatore, ad ipsa adeunte, ipse quoque simul adibat, et cum orante simul orabat, et cum sanctorum miracula et certamina videret descripta in parietibus, de iis admodum diligenter rogabat. Cum vero audivisset, qualis eis vita, mores, virtus, et qualia propter Christum certamina, et qualem apud C ipsum rursus fiduciam eis liceret consequi, non poterat amplius continere. id, quod ejus parturiebat animus, sed statuit proficisci Hierosolyma, et baptismum illic consequi. Cum ergo in sanctam pervenisset civitatem, et accessisset in domum cujusdam, qui ipse quoque argenti conflandi exercebat artem, ei aperit causam sui adventus, nempe quod vellet traduci ad pietatem et verum Dei cultum, et ad Christum adduci per baptismum. Ille autem eum adducit ad Eliam, Sanctæ Resurrectionis sanctissimum presbyterum: qui cum supinis, ut dicitur, manibus juvenem accepisset, de eo refert ad Modestum, qui sedi præerat apostolicæ: et sic divinum baptismum assequitur, et venerandæ crucis vere pulcher fructus ostenditur, et Anastasius nomine transmutato appellatur, sumpta denominatione a revocatione et ad meliora mutatione a priori infidelitate et præstigiis. Una autem cum eo baptizatur quoque quidam alius, qui erat ejusdem etiam patriæ et regionis, cujus Anastasius: qui fuit ejus quoque socius in ferendo pro Christo martyrio, et easdem est Edessæ coronas consecutus.

IV. Cum autem mansisset Anastasius octoginta dies apud presbyterum, quibus non licet egredi eos, qui modo fuere illuminati, rogavit eum divinus Elias,

(3) Anastasius ad Christianos transfugit anno 621, Baronio teste t. VIII *Annal.*

quidnam de se deinceps velit. Ille autem rogavit, ut habitum consequeretur monasticum. Cum vero ad hoc quoque annuisset presbyter (jam enim veluti ex quadam pellucida veste, et ex decoro habitu et statu ostendebatur nobilitas animæ, et quali virtute futurus esset Anastasius : et ideo ipse facile cessit ejus precibus), venit cum eo post divini mysterii celebrationem ad monasterium Sancti Anastasii, ut ejus quoque fieret mansionis particeps, cujus futurus erat virtutis socius, sicut etiam nominis. Atque monasterium quidem ad quartum lapidem erat remotum a sancta civitate : ei autem præerat Justinus, vir et alioqui clarus, et boni Spiritus variis donis ornatus. Quem cum simul cum multis quoque aliis rogasset presbyter, in monasterium admissus est Anastasius, anno decimo (4) imperii Heraclii illius egregii et fidelis. Tradit vero Justinus Anastasium uni ex suis discipulis, viro valde prudenti et virtutis amanti. Qui cum eum et Græcas docuisset litteras et psalterium, ejusque institutionem animadvertisset, jam recte se habere ad vitam monasticam, tonsis statim ejus capillis, et in eo factis omnibus quæ lex postulat, eum habitu induit monastico, et ex habitu hoc facit Anastasium, quod prius re erat et moribus : vel potius moribus convenientem et cognatum tradit habitum, et in eum deinceps erat affectus, ut in filium e suis genitum visceribus. Adeo pulchra res est virtus, ut quæ cum aliis et virtutis studiosos in amore conjungere, et tantam possit ingenerare benevolentiam, quantam nulla omnino alia cognatio.

τῶν ἄλλων, καὶ συνάπτειν εἰς πόθον τοὺς φιλαρέτους, καὶ τοσαυτην ἐμποιεῖν εὔνοιαν, ὅσην οὐκ ἄλλη τις συγγένεια τὸ παραπαν δυνάμενον.

V. Ex illo tempore apud monasterium vitam cum conventu egit Anastasius. Porro autem ei quoque fuerunt diversa credita ministeria : nec erat solum in eis utilissimus, sed etiam in actione virtutis diligentissimus. Nam cum et culinæ et horti ministerio suam daret operam, et recte se gereret in labore manuum, a fratrum synaxi nunquam aberat, et ante alios sacrorum mysteriorum celebrationi intererat. In divinarum autem Scripturarum lectione, et maxime Vitæ sanctorum Patrum, totus erat affixus, et aures, ut dicitur, arrigebat ad audiendum, eratque mente vigilans et omnia memoria colligebat : ut etiamsi quid diceretur, quod ingenii ejus captum superaret, non negligeret, neque lucrum per socordiam amitteret : sed potius accederet ad fratres, qui eum doctrina superabant, et qui possent talia explanare, et lubenter cum eo inquirere, et sic meditando venerari, quidquid eum latebat. Cum autem apud se legeret victorias insignium martyrum, tropæa et certamina, libros aspergebat lacrymis, significans suum in patiendo consensum, seque cum eis molestia affici et zeli esse socium : et beatos quidem sanctos pronuntiabat propter finem : mirabatur vero eorum tolerantiam. Deinde id, quod erat

Θάνετο αὐτοῦ ὁ θεῖος Ἠλίας, ὅ τί ποτε περὶ ἑαυτοῦ τὸ λοιπὸν ἄρα βούλοιτο. Ὁ δὲ ἠξίου καὶ τοῦ τῶν μοναχῶν τυχεῖν σχήματός. Ἐπινεύσαντος δὲ καὶ πρὸς τοῦτο τοῦ πρεσβυτέρου (παρεδείκνυτο γὰρ ἤδη καθάπερ ἔκ τινος διαφανοῦς ἐσθῆτος τοῦ εὐπρεποῦς σχήματός τε καὶ κατασταλματος ἡ εὐγένεια τῆς ψυχῆς, καὶ ὁποῖος τὴν ἀρετὴν γένοιτο Ἀναστάσιος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐνδοτικῶς ἴσχε πρὸς τὴν αἴτησιν), ἀφικνεῖται σὺν αὐτῷ μετὰ τὴν θείαν μυσταγωγίαν εἰς τὴν μονὴν τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀναστασίου· ἵν' οὕτω καὶ μονῆς γένοιτο κοινωνὸς, οὗ κοινωνὸς ἔμελλε γενέσθαι καὶ ἀρετῆς ὥσπερ ἤδη καὶ κλήσεως. Ἡ μὲν οὖν μονὴ τέσσαρσι τῆς ἁγίας πόλεως σημείοις ἀπεῖχε· προειστήκει δὲ αὐτῆς Ἰουστῖνος, ἀνὴρ τά τε ἄλλα ἐπιφανὴς, καὶ χαρίσμασι τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος ποικίλοις κεκοσμημένος. Οὗ μετὰ πολλῶν καὶ ἄλλων δεηθέντος τοῦ πρεσβυτέρου, εἰσδέχεται τῇ μονῇ ὁ ἱερὸς Ἀναστάσιος, ἔτει δεκάτῳ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου τοῦ γενναίου δηλαδὴ καὶ πιστοῦ· παραδίδωσι δὲ τὸν Ἀναστάσιον Ἰουστῖνος ἑνὶ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν, ἀνδρὶ συνετῷ μάλα καὶ φιλαρέτῳ· ὃς καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων γράμματα καὶ τὸ Ψαλτήριον ἐκδιδάξας αὐτὸν, ἀγωγήν τε αὐτοῦ πολιτείαν εὖ ἔχουσαν ἤδη πρὸς τὸν τῶν μοναχῶν βίον κατανοήσας, εἴρας εὐθὺς καὶ τρίχας, καὶ ὅσα νόμος ἐπ' αὐτῷ τελέσας, τὸ τῶν μοναχῶν περιβάλλει σχῆμα· καὶ τοῦτο ποιεῖ τὸν Ἀναστάσιον ἐκ τοῦ σχήματος, ὃ πρώην ἀπὸ τοῦ τρόπου καὶ τοῦ πράγματος ἦν· μᾶλλον δὲ τρόπῳ τοιούτῳ, καὶ σχῆμα συγγενὲς ἀποδίδωσι· καὶ τὸ λοιπὸν αὐτῷ καθάπερ υἱῷ τῶν ἑαυτοῦ φύντι σπλάγχνων προσέκειτο. Οὕτω κάλλιστόν τι χρῆμα ἡ ἀρετὴ μετὰ

Ε'. Ἐξ ἐκείνου τοίνυν διῆγε παρὰ τῇ μονῇ μετὰ τῆς συνοδίας ὁ Ἀναστάσιος· καὶ μέντοι καὶ διαφόρους ἐπιστεύθη διακονίας· καὶ ἦν οὐ μόνον περὶ αὐτὰς εὐχρηστότατος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς ἀρετῆς ἐμμελέστατος· τῇ τε γὰρ τοῦ μαγειρείου καὶ τῇ τοῦ κήπου διακονίᾳ προσέχων, καὶ τῷ τῶν χειρῶν ἔργῳ κατευθυνόμενος, οὐδὲ τῆς τῶν ἀδελφῶν συνάξεως ἀπολέλειπτο, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τῆς κατὰ τὴν ἱεράν, λέγω, μυσταγωγίαν. Ἔν γε μὲν τῇ τῶν θείων Γραφῶν ἀναγνώσει, καὶ μάλιστα τοῖς τῶν ὁσίων ἀνδρῶν βίοις, καὶ προσετήκει, καὶ τὰ ὦτα, τὸ τοῦ λόγου, ἵστη πρὸς τὴν ἀκρόασιν, καὶ τὸν νοῦν ἔξυπνος ἦν, καὶ εἰς τὴν μνήμην ἅπαντα συνελέγετο· ὡς εἴ τι καὶ ὑπὲρ τὴν αὐτοῦ λεχθείη διάνοιαν, μὴ ἀμελεῖν, μηδὲ ῥᾳθυμίᾳ τὸ κέρδος ποιεῖσθαι, ἀλλὰ προσιέναι μᾶλλον τοῖς διαφορωτέροις τὴν παίδευσιν ἀδελφοῖς, καὶ τοῖς γε τὰ τοιαῦτα διασαφεῖν δυναμένοις, καὶ συζητεῖν ἡδέως, καὶ διερωτᾷν φιλοπόνως· καὶ οὕτως ἅπαν τὸ διαφεῦγον αὐτὸν μελέτῃ θηρᾷν· Ἀναγινώσκων δὲ καὶ καθ' ἑαυτὸν τὰ τῶν καλλινίκων μαρτύρων τρόπαια καὶ τοὺς ἄθλους, δάκρυσι τῶν βιβλίων κατέῤῥει, τὸ συμπάσχειν καὶ συνοδοιπορεῖσθαι τούτοις καὶ κοινωνεῖν τοῦ ζήλου διασημαίνων· καὶ τοῦ μὲν τέλους, ἐμακάριζε τοὺς ἁγίους, τῆς δὲ

(4) *Duodecimo* corrigit Baron., qui fuit annus 621.

ὑπομονῆς, ἐξεπλήττετο. Εἶτα καὶ τὸν σύντροφον ἀπ' ἀρχῆς αὐτῷ πόθον καὶ ζῆλον τοῦ μαρτυρίου θερμότερον ἔτι μᾶλλον ἐποίει, τῇ ὁμιλίᾳ τῶν προλαβόντων ὑποκαιόμενον· καὶ τῶν ἴσων ἀξιωθῆναι παθημάτων ὑπὲρ Χριστοῦ καὶ αὐτὸς ηὔχετο. Διόπερ οὐδὲ σχολάζειν ἑτέραις τισὶν, ὅτι μὴ τῇ τούτων ἀναγνώσει μόνῃ προῃρητο. Ἕβδομον οὖν ἐν τῇ μονῇ χρόνον Ἀναστασίου διηνυκότος, ὁρᾷν οὕτως ἐπιδιδόντα πρὸς ἀρετὴν ὁ τοῦ φθόνου πατὴρ ἐκεῖνον οὐκ ἀνεχόμενος, ἀλλ' ὁρμὴν τοσαύτην καὶ οὕτω σύντονον καὶ θερμὴν ἀνακόψαι μηχανῇ πάσῃ βουλόμενος, εἰς ὑπόμνησιν τῆς τε πατρικῆς αὐτὸν διδασκαλίας καὶ τῶν σαπρῶν ἐκείνων τῆς γοητείας ἐνήγε ῥημάτων, καὶ τοιαύταις προσβολαῖς κατασείσαι τὸν πύργον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἐπειρᾶτο. Καὶ ὃς τὴν ἐπιβουλὴν ἐκείνου μὴ ἀγνοήσας, τὴν ἄνωθεν ἐπικαλεῖται κατ' αὐτοῦ συμμαχίαν, πύργον ἰσχύος, τὸ τοῦ θείου φάναι Δαβίδ, ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ· εἶτα καὶ προσαγγέλλει μετὰ θερμῶν δακρύων τῷ διδασκάλῳ τοῦ πονηροῦ τὴν ἐπήρειαν. Ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ παθεῖν ἀσφαλὲς ἔχων καὶ τὸ διδάσκειν, τὰ κάλλιστα ὑποθέμενος, ἔπειτα αἱ εὐχὴν ὑπὸ πάσῃ τῇ τῶν ἀδελφῶν συνάξει ποιήσας, καὶ ὑπὲρ τοῦ μαθητοῦ δεηθεὶς, τῆς χαλεπῆς αὐτὸν ἀνῆκεν ἐπαγωγῆς.

ς'. Γίνεται δέ τι καὶ ἄλλο μνήμης καὶ γραφῆς ἄξιον· Ἕωθινῷ νυκτὸς Ἀναστασίῳ ὄναρ ἐφίσταται τι τοιοῦτον· ἐδόκει ὄρους ὑψήλοῦ τινος ἐπιβεβηκέναι, προσελθόντα δέ τινα ποτήριον οἴνου χρυσῷ καὶ λίθοις κεκοσμημένον τιμίοις ὀρίγοντα, φάναι· Λάβε, πίε, ὃ καὶ δεξάμενος εὐθέως πιεῖν· καὶ τὸ πόμα, γλυκύτητα ἀρρήτου ἐνέσταξε τῇ ἐκείνου ψυχῇ, οἵαν συνιέντες Ἀναστασίου καὶ κατ' αὐτοὺς ἔτι τοὺς ὄνους, ὅτι τὸ ποθούμενον αὐτῷ μηνύει τοῦ μαρτυρίου τέλος ὁ ὄνειρος. Διυπνισθεὶς οὖν παραχρῆμα χαρίεις τε καὶ φαιδρὸς τὴν ἐκκλησίαν καταλαμβάνει, καθάπερ ἐν χερσὶν ἔχων τὰ ἐλπιζόμενα· ἤδη γὰρ ὁ κῆρυξ ἐκάλει τῶν νυκτερινῶν ὕμνων τὴν σύναξιν, καὶ τὴν σεβάσμιον τῆς Χριστοῦ Ἀναστάσεως ἑορτήν. Κυριακὴ γὰρ ἦν ἡ πρώτη πασῶν καὶ μεγίστη. Οὕτω τοιγαροῦν εἰς τὴν σύναξιν ἀπαντήσας, καὶ τὸν οἰκεῖον διδάσκαλον ἀπολαβὼν, καὶ μόνος σὺν αὐτῷ πρὸς τὸ καλούμενον διακονικὸν εἰσελθὼν, πίπτει πρὸς τοὺς αὐτοῦ πόδας, πλουσίοις αὐτοὺς τοῖς δάκρυσι βρέχων· καὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐν συντριβῇ καρδίας δεόμενος εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς τὸν κοινὸν ἁπάντων Δεσπότην· οἷα μέλλοντος πρὸς ἐκεῖνον οὐκ εἰς μακρὰν ἐκδημῆσαι. Εἶτα καὶ τὰ ἐξιτήρια φθέγγεται καὶ ὅσα τῆς ἐκδημίας· Οἶδα, Πάτερ ἅγιε, λέγων, ὅσους ἐπ' ἐμοὶ κόπους ὑπέστης τῷ ταλαιπώρῳ, καὶ ὅτι πολλὰ παρελύπησα καὶ πολλάκις τὰ πατρικὰ περὶ ἐμὲ καὶ φιλόστοργα σπλάγχνα σου, καὶ ὅτι διὰ σοῦ φῶς εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου, φῶς ἀληθινὸν, φῶς ἐπιγνώσεως, καὶ σκότους ἀπηλλάγην χαλεπωτάτου· διὸ μηδὲ διαλίποις τοῦ φιλανθρώπου Δεσπότου περὶ ἐμοῦ ὁ πιστὸς οἰκέτης διὰ παντὸς δεόμενος.

ζ'. Πρὸς ταῦτα ἐκεῖνος ὑπολαβὼν, Τί δὲ τοῦτό ἐστιν, ἔφη, καὶ πόθεν ἂν γένοιτο δῆλον, ὅτι μέλλεις

ei ab initio congenitum, desiderium martyrii et zelum ardentiorem afficiebat, ut qui accenderetur sua cum prioribus conversatione, et orabat ut ipse quoque tales pro Christo subiret perpessiones. Quocirca nulli rei alteri sibi vacandum esse censebat, nisi soli eorum lectioni. Cum ergo septem annos in monasterio transegisset Anastasius, videre ejus in virtute augmentum non ferens pater invidiæ, sed tantum et tam constantem ardentemque ejus impetum et studium volens omni ratione retardare, ei paternam doctrinam vocavit in memoriam, et fœtida illa verba præstigiarum, et ejusmodi insultibus ejus animæ turrim conabatur labefactare. Is autem illius non ignorans insidias, adversus eum supernum invocat auxilium, turrem fortitudinis, ut dicam cum divino David, a facie inimici [2]. Deinde etiam cum calidis lacrymis magistro significat maligni injuriam et petulantiam. Ille vero cum ex eo, quod esset passus, posset etiam tuto docere, ubi pulcherrima ei dedisset monita, et deinde etiam fudisset preces, in toto conventu fratrum, et rogasset pro discipulo, liberavit eum a gravi illa impulsione.

VI. Fit autem aliud quoque dignum quod mandetur memoriæ et scriptioni. Noctu dormienti Anastasio in somnis ei tale quid apparet. Videbatur montem quemdam excelsum ascendisse, ad eum autem accessisse quispiam porrigens vini poculum, auro ornatum et gemmis, et dixisse: Accipe, bibe. Cumque id accepisset, statim bibisse. Potus autem ejus animæ latenter instillavit dulcedinem, adeo ut vel in somnis intelligeret Anastasius, somnum significare desideratum a se finem martyrii. E somno itaque protinus excitatus, alacris et lætus venit ad ecclesiam, ut qui ea, quæ sperabantur, haberet in manibus. Jam enim vocabat tempus congregationem pro dicendis hymnis nocturnis, et celebrando venerabili festo Christi Resurrectionis. Erat enim dies Dominicus, primus omnium et maximus. Cum sic ergo venisset ad congregationem, et suum accepisset magistrum, et solus cum ipso esset ingressus in id, quod dicitur Diaconicum, procidit ad ejus pedes, profusis eos lacrymis irrigans, et eum rogans in contritione cordis, ut pro ipso communem omnium rogaret Dominum, ut qui esset propediem ad illum recessurus. Deinde etiam ea loquitur, quæ dici solent ab exeuntibus et iis qui peregre proficiscuntur: Scio, dicens, sancte Pater, quod pro me misero labores sustinuisti, et quod sæpe et in multis molestia affeci tua in me paterna et amantia viscera, et quod per te lucem mei viderunt oculi, lucem veram, lucem agnitionis, et a gravissimis liberatus sum tenebris. Quocirca ne cesses, qui es fidelis servus, clementem ac benignum perpetuo pro me orare Dominum.

VII. Ad hæc ille respondens: Quid hoc autem est, inquit, et undenam hoc evaserit manifestum,

[2] Psal. LX, 4.

quod sis in præsentia postremum a nobis discessum susceperus? Ille vero refert et somnium cum quam maxima potest affectione, et affirmat se omnino haud ita multo post moriturum, sive hac communi et omnibus æquali morte, sive aliqua alia, et alio modo, moriturum autem omnino. Nesciebat enim, quonam modo aperiret arcanum, quod scilicet martyrii desiderium ejus animo inhæsisset, ad quod ille referebat somnia. Verebatur enim, ne forte ad eo corriperetur, et sic refrigesceret ardor ejus animi, et a tantis opibus et thesauro excideret. Tunc ergo Anastasius, cum eum præceptor ejus multis et piis monitis esset consolatus, matutinas psalmodias Deo reddit cum fratribus. Deinde etiam cum sacrum celebraretur mysterium, divinis communicat sacramentis : et cum una cum fratribus communis mensæ fuisset particeps, somnumque parum vidisset et surrexisset, quoniam nesciebat quemadmodum posset exstinguere egregium illum amorem decertandi propter Christum, sed ab eo cor ejus vehementer accenderetur, clam egreditur monasterio, nihil secum ferens præter ea quibus necessario opus habebat ad tegumentum corporis.

VIII. Et primum quidem cum venisset Diospolim, et deinde etiam in montem, qui dicitur Charizim, orationis gratia et adorationis, et deinde etiam ad cætera, quæ illic sunt, loca veneranda accessisset et pervenisset usque ad Cæsaream Palæstinæ, in templo Deiparæ virginis duobus diebus moratur : et exinde eum rursus excipit templum omni ex parte laudandæ Euphemiæ, veluti quodam viæ duce utentem clanculum, qui plane ejus dirigebat gressus ad martyrium. Nam cum accederet, ut diximus, ad templum illius semper laudandæ Euphemiæ, videt quosdam Persarum magos occupatos in quibusdam præstigiis : zeloque protinus concitatur ejus animus. Sciebat enim, quam ea res esset impia et scelerata, eo quod ipse quoque in ea improba arte esset versatus. Quænam, inquit, tanta caligo vestris offusa est oculis, ut ne ea quidem aspiciatis, quæ ante vestros pedes sita sunt, quemadmodum in universum scilicet est deceptio quæ vestram levitatem ludificatur et facilitatem, et eorum, quos vos rursus ad eumdem vobiscum corripitis interitum? Hanc illi admirati in dicendo libertatem et audaciam, rogarunt quisnam esset, et quid eum impulisset, ut hæc diceret. Ille autem : Fui ego quoque, inquit, aliquando vobis similis, et eodem falsus errore, et eisdem dedi operam præstigiis. Hæc audacter dixit, cum nihil eum puderet suæ, quam ab ineunte ætate acceperat, impietatis et sordium vitæ prioris : sed potius gloriaretur quod in fidem esset translatus et sacro esset baptismo ablutus. Deinde prolixa cœpit uti oratione, rem esse exsecrandam arguens e quam esset insigniter absurda, aperiens, et sic paulatim seipsum eis exemplum adducens, et similiter eos invitans ad meliorem mutationem. Illi autem non solum ad hæc fuere

τό γε νῦν ἔχον τὴν τελευταίαν ἐκδημήσειν ἀφ' ἡμῶν ἐκδημίαν ; Ὁ δὲ, τὸν ὄνειρον αὐτῷ μεθ' ὅσης ἐν εἴποις διηγεῖται περιπαθείας, καὶ ὅτιπερ ἀποθνήσκει πάντως οὐ μετὰ πολὺ διϊσχύεται, εἴτε τὸν κοινὸν δή, τοῦτον καὶ ἴσον τοῖς πολλοῖς θάνατον, εἴτε τινὰ ἄλλον καὶ τρόπον ἕτερον, ἀποθνήσκειν δ' οὖν ὅμως· οὐ γὰρ εἶχεν ὅπως ἀπογυμνώσει φανερῶς τὸ ἀπόῤῥητον, ὅπερ ἀπ' ἀρχῆς ἔρως αὐτῷ μαρτυρίου ἐντέτηκε τῇ ψυχῇ, πρὸς ὃν ἐκεῖνος ἀνέφερε τοὺς ὀνείρους. Ἐδεδίει γὰρ μὴ καὶ τυχὸν ἐπιτιμηθῇ παρ' αὐτοῦ, καὶ τὴν θέρμην οὕτω τῆς ψυχῆς διαψυχρανθείη, καὶ πλούτου τοσούτου διέπεσοι καὶ θησαυροῦ. Τότε μὲν οὖν παρακληθεὶς Ἀναστάσιος τὴν καρδίαν πολλαῖς τοῦ διδασκάλου καὶ φιλοθέοις ταῖς παραινέσεσι, τὰς ἑωθινὰς ψαλμῳδίας θεῷ μετὰ τῶν ἀδελφῶν ἀποδίδωσιν. Εἶτα καὶ τῆς ἱερᾶς ἐπιστάσης μυσταγωγίας, τῶν θείων κοινωνεῖ μυστηρίων, καὶ κοινῆς τοῖς ἀδελφοῖς τραπέζης μεταλαχὼν, βραχύ τε γευσάμενος ὕπνου, καὶ διανιστὰς, ἐπεὶ οὐκ εἶχεν ὅπως τοὺς καλοὺς ἐκείνους καταβάσει τῆς διὰ Χριστὸν ἀθλήσεως ἔρωτας, ἀλλὰ σφοδρῶς ὑπ' αὐτῶν ἐκπίπτει τὴν καρδίαν, ὑπέξεισιν ἀφανῶς τοῦ μοναστηρίου, μηδὲν ἐπαγόμενος πλέον εἰ μὴ ὧν ἀναγκαίως διὰ τὴν τοῦ σώματος περιβεβλητο σκέπην.

Η'. Καὶ πρῶτα μὲν εἰς Διόσπολιν ἐλθὼν, ἔπειτα δὲ καὶ εἰς τὸ Γαριζὶν οὕτω λεγόμενον ὄρος εὐχῆς χάριν καὶ προσκυνήσεως, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπὶ σεβασμίοις τόποις παραβαλὼν, καὶ μέχρι Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης καταλαβὼν, τῷ τῆς Παρθένου καὶ Θεοτόκου ναῷ δυσὶν ἡμέραις ἐνδιατρίβει. Κἀκεῖθεν ὁ ναὸς τῆς πανευφήμου δέχεται πάλιν αὐτὸν Εὐφημίας, καθάπερ τινὶ κρυφίως ὁδηγῷ χρώμενον, ἐδεσποσύνῃ λίαν ὁμαλῶς αὐτῷ τὰ πρὸς τὸ μαρτύριον διαβήματι. Πρωϊὼν γὰρ πρὸς τὸν τῆς πανευφήμου ναὸν, ὅπερ ἔφημεν, ὁρᾷ τινας τῶν Περσῶν μάγους περί τινας γοητείας ἠσχολημένους, καὶ ζήλου τὴν ψυχὴν εὐθὺς ὑποπλησθεὶς (ᾔδει γὰρ τὴν ἀνοσιότητα καὶ μυρίαν τοῦ πράγματος, ἀπὸ τοῦ καὶ αὐτός ποτε τοιαύτας ἐντριβῆναι κακοτεχνίαις), Τίς ἡ τοσαύτη, φησὶν, ἀχλὺς ἡ τῶν ὑμετέρων ὀφθαλμῶν κατακέχυται, ὡς μηδὲ πρὸς αὐτὰ δυνηθῆναί ποτε τὰ ἐν ποσὶ διαβλέψαι, ὅπως ἀπάτη τὸ ὅλον ἐστὶ τῆς ὑμετέρας εὐχερείας καὶ κουφότητος καταπαίζουσα, καὶ ὧν πάλιν ὑμᾶς πρὸς τὴν αὐτὴν ἀπώλειαν συναρπάζετε ; Ταύτην ἐκεῖνοι τὴν παῤῥησίαν καταπλαγέντες, τίς τε εἴη, καὶ ὁποταπὴ πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν προαχθείη διεπυνθάνοντο. Ὁ δὲ, Ἦν ποτε κἀγὼ καθ' ὑμᾶς, ἔφη, καὶ τὴν αὐτὴν ἡπατώμην ἀπάτην, καὶ γοητείαις ταῖς αὐταῖς προσειλήμην. Ταῦτα θαῤῥούντως ἔφη· μηδὲν τῇ ἐκ τῶν ἀσεβείᾳ καὶ τοῖς τοῦ προτέρου βίου μολυσμοῖς αἰσχυνόμενος, ἀλλὰ τῇ μεταθέσει μᾶλλον τῆς πίστεως καὶ τῇ ἐκπλύσει τοῦ ἱεροῦ βαπτίσματος σεμνυνόμενος. Εἶτα καὶ μακροὺς κατατείνειν ἤρξατο λόγους, τὸ μυσαρὸν τοῦ πράγματος διασύρων καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀτοπίας ἐκδήλον καθιστὰς, καὶ οὕτως ἡρέμα παρατιθεὶς ἑαυτὸν ἐκείνοις ὑπόδειγμα, καὶ πρὸς τὴν ἴσην αὐτοὺς ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβολὴν ἐκκαλούμενος. Οἱ δὲ οὐ μόνον πρὸς ταῦτα κωφοὶ ἐώκεισαν, ἀλλὰ καὶ ἠξίουν τὸν ἄνδρα μᾶλλα θερμῶς

μὴ οὕτως ἀναίδην τὰ σεμνὰ φυλάξειν Περσῶν καὶ εἰς χλεύην τοῖς πολλοῖς τίθεσθαι. Ἐντεῦθεν ὁ καλὸς τῷ ὄντι καὶ ποθεινὸς Ἀναστάσιος πρὸς τὸ τερπνὸν ἠπείγετο τοῦ μαρτυρίου κατάλυμα.

Θ'. Οὐ πολὺ δὲ αὐτῶν διεστῶτα ἰδόντες τινὲς τὸν ἄνδρα τῶν συνήθως παρὰ Πέρσαις λεγομένων καβαλλαρίων πρὸ τοῦ Δέρβας καθήμενοι, ὥσπερ γοῦν καὶ εἰώθασι (τοῦτο δέ ἐστι πραιτώριον τοῦ καλουμένου παρ' αὐτοῖς σελλαρίου), Ἥπου δηλάτωρ οὗτός ἐστιν, ἔφησαν πρὸς ἑαυτοὺς τῇ Περσῶν διαλέκτῳ, Ὁ δὲ τοῦ ῥήματος ὑπαισθόμενος καὶ τὴν γλῶτταν οὐκ ἀγνοήσας, οἷα Πέρσης καὶ αὐτὸς ὢν, καὶ φωνὴν τὴν αὐτὴν ἐκείνοις πεφαιδευμένος, δριμύ τι λίαν αὐτοῖς καὶ πικρὸν ἐμβλέψας, Οὐ δηλάτωρ ἔγωγε, εἶπε· γῆρος τοῦτο καὶ φλυαρία· δοῦλος δὲ μᾶλλον Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ πολλῷ γε βελτίων ὑμῶν, εἰ καί ποτε καθ' ὑμᾶς ἐγεγόνειν καὶ ταξει τῇ τῶν καβαλλαρίων ἐξησκημένην. Τούτων ἐκεῖνοι ἀκούσαντες, καὶ τῆς καθέδρας εὐθὺς ἐξαλάμενοι κατέσχον αὐτὸν, ἔπειτα καὶ τῷ σελλαρίῳ εἰσαγγελθὲν, ἔξεισι κἀκεῖνος τοῦ πραιτωρίου, καὶ ἀνακοίνας αὐτὸν ὅστις εἴη, καὶ ὅθεν ἥκοι, καὶ πάντα τὸν ἀκριβείᾳ τὰ κατ' αὐτὸν ἐξετάσας δίδωσι τηρεῖσθαι τὸν Ἀναστάσιον ὑπὸ φρουρᾷ τῇ ἀσφαλεστάτῃ· ἐν ᾗ καὶ εἰς τρίτην ἡμέραν, ἐξῆς κατακεκλεισμένος [ἦν], οὔτε βρωτὸν οὔτε ποτὸν οὐδ' ὁτιοῦν παρ' οὐτῶν ὅλως προσέσθαι ἠνέσχετο· ἀλλ' ἄγευστος οὕτω παντάπασιν ἐν τῇ φυλακῇ καθειρκτο, προσδοκίᾳ μόνῃ τῶν μελλόντων ὑπὲρ Χριστοῦ κινδύνων τρεφόμενος. Ὡδὴ δὲ τοῦ Μαρζαβανᾶ τῆς ἐκδημίας ἐκπεπελθόντος (οὐδὲ γὰρ ἦν ἐπιδημῶν τηνικαῦτα τῇ Καισαρέων), καὶ τοῦ σελλαρίου τὰ κατὰ τὸν Ἀναστάσιον ἀπαγγείλαντος, δεσμώτης εὐθὺς ὁ μάρτυς εἰς τὸ πραιτώριον ἄγεται. Ἐν ᾧ δέ τισιν ἑτέραις ὁ Μαρζαβανῆς ἀπησχολεῖτο φροντίσιν ἀναγνωρίζει τῶν εὐσεβῶν τις τὸν Ἀναστάσιον· ὃς ἐτύγχανεν αὐτὸν ἐν τῷ σεβασμιωτάτῳ τῆς Θεοτόκου τεμένει τεθεαμένος. Ἀναγνωρισας τοιγαροῦν οὗτος αὐτὸν ἐν τῷ πραιτωρίῳ καὶ παρ' αὐτοῦ πυθόμενος ὅτου χάριν ἐκεῖσε παρείη, μακαρίσας τε αὐτὸν τοῦ σκοποῦ, ῥώννυσιν ἔτι μᾶλλον αὐτοῦ τὴν περὶ τὰ δεινὰ προθυμίαν, ὡς μήτε δεσμὰ δεῖσαι διὰ Χριστὸν, μὴ βασάνους, μὴ θάνατον· ἀλλὰ γενναίως τῷ Μαρζαβανᾷ καὶ νεανικῶς ἀποκρίνασθαι. Ἀμέλει καὶ πρὸς τὸν τύραννον εἰσαχθεὶς, οὐδὲ γόνυ κλίνει, ὥσπερ νόμος ὲι Πέρσαις, προσκύνησιν ἀποδιδόναι τοῖς μείζοσιν, ἀλλὰ τὸ τῆς ψυψῆς εὐγενὲς καὶ ἀδούλωτον διὰ τῶν ἐκτὸς ὑπεσήμαινεν.

Ι'. Ἐφ' ἱκανὸν αὐτῷ τοίνυν ὁ Μαρξαβανᾶς ἀτενίσας, τοῦτο μὲν, ἵνα καὶ δειλίαν ἐμποιήσῃ τῳ ἐπιμόνῳ τοῦ βλέμματος, τοῦτο δὲ ἵνα καὶ περιεργότεραν ἀνασκόπήσοι τὸν ἄνδρα, τίς τε εἴη καὶ ὅθεν ἥρετο. Ὁ δὲ, Χριστιανός εἰμι ἀληθὴς, ἀπεκρίνατο. Εἰ δὲ βούλει καὶ ὅθεν προῆγμαι μαθεῖν, Πέρσης μὲν τὸ γένος ἐκ χώρας Ῥαζῆχ, κώμης δὲ Ῥασμουνὴ, βαβαλλάριος δέ ποτε καὶ αὐτὸς γεγονὼς καὶ τὰ μαγικὰ μετιὼν· καὶ σκότους οὕτω λειτουργὸς ὤν, ἴσχυσα πρὸς τὸ φῶς, ὡς ὁρᾷς, μεταβῆναι καὶ μετα-

surdis similes, sed eum etiam vehementer rogarunt. ne tam impudenter, quæ sunt apud Persas præclara, contemneret, et in vulgus irridenda proponeret. Exinde ille vere egregius et desiderabilis Anastasius festinabat ad delectabile et jucundum martyrii hospitium.

IX. Cum non longe autem a se remotum eum quidam vidissent ex iis, qui dicuntur a Persis caballarii, sedentes apud Derbos, sicut etiam consueverunt (hoc autem est prætorium ejus, cui apud ipsos dicitar sellarius); Certe hic est delator, dixerunt inter se sermone Persico. Ille vero cum verbum sensisset, et linguam non ignorasset, ut qui ipse quoque esset Persa, et in eadem voce, qua illi, eruditus, eos torve et acriter intuens: Non sum delator, inquit; sunt hæc, inquit, nugæ et ineptiæ: sed potius servus Jesu Christi, et vobis quidem melior: siquidem quoque fui aliquando sicut vos, et in caballariorum numerum fui relatus. Hæc eum illi audissent, et e cathedra statim exsiliissent, cum detinuerunt. Deinde cum sellario quoque fuisset annuntiatum, egreditur etiam ille ex prætorio: et cum; quisnam is esset, interrogasset, et undenam veniret, et quæ ad ipsum pertinebant, diligenter examinasset, dat servandum Anastasium in custodio tutissima. In qua jam tres dies inclusus, neque cibum, neque potum, neque aliquid aliud ab eis omnino accipere sustinuit: sed sic omnino jejunus detentus est in custodia, ut qui futurorum pro Christo periculorum aleretur sola exspectatione. Cum autem jam rediisset Marzabanas ex peregrinatione (neque enim tum erat Cæsareæ), et de Anastasio significasset sellarius, vinctus statim adducitur martyr in prætorium. Interim vero dum Marzabanas erat in aliquibus aliis curis occupatus, agnoscit aliquis ex piis Anastasium, qui eum in venerando templo Deiparæ aspexerat. Cum ergo sic eum agnovisset in prætorio, et eum interrogasset, quanam de causa illic adesset, ejus scopum et institutum laudens, et eum eo nomine beatum pronuntians, ejus promptum et alacrem animum magis confirmat in rebus gravibus et asperis, ut neque propter Christum timeret vincula, nec tormenta, nec mortem: sed Marzabanæ responderet strenue et juveniliter. Certe etiam cum fuit ad tyrannum introductus, nec genu quidem flexit, ut semper mos est Persis adorationem reddere majoribus: sed generosum, et qui in servitutem redigi non poterat, animum per externa significabat.

X. Cum ergo fixis oculis eum satis esset intuitus Marzabanas, partim quidem, ut constanti aspectu ei terrorem inculeret, partim autem, ut eum consideraret diligentius, rogavit eum quisnam esset et cujas. Ille vero: Verus sum Christianus, respondit, Quod si velis etiam scire, cujas sim, sum quidem Persa genere, ex regione Racech, vico autem Rasnuni: qui ipse quoque fui aliquando caballarius, et in rebus magicis exercitatus: cumque sic essem minister tenebrarum, potui, ut vides, transire ad

lucem e tenebris, et discere veritatem. Marzabanas autem cum nondum fecisset periculum, quam esset generosus athleta, sed putaret rem esse facilem et expeditam, eum a sua traducere sententia, cœpit illius mentem non secus ac parvi alicujus pueri parvis tentare promissionibus : ille vere parvi et abjecti animi : Desiste, dicens, ab hoc errore ad patriam religionem. Si enim sic feceris, dabo tibi equos et nummos, et multa alia bona. Martyr autem cœlum intuens: Absit, inquit, rex Christe, ut beatam tuam fallam confessionem. Propter quæ eum tanquam volens pudore afficere Marzabanas: Quid autem? placetne tibi, inquit, hoc habitu indui, quo nunc es indutus? Ille vero: Non minoris, respondit, eum facio, quam tu hanc tuam dignitatem. Quamobrem ille ira commotus: Certe tu, inquit, uteris cohabitante dæmone, neque aliud per te ipsum loqueris, quam quod ipse tibi suggesserit. Ad ea martyr: Quando eram, inquit, in errore, male honorans impietatem, aut potius ab illa affectus ignominia, tunc gravis dæmon mecum cohabitabat. Nunc habeo ipsum Christum cohabitantem, qui tuos expellit dæmones. Cum autem adjecisset Marzabanas : Quid ergo? non times; inquit, ne hæc ad regem referantur, ille vero te acerbe cruci affigat? Quomodo, inquit, hominem timuerim, qui est patibilis, et in quem cadit interitus? Nam etsi corpus superavit, capi tamen non potest anima, et ei non possunt omnino parari insidiæ.

XI. Hæc ergo non ferens Marzabanas, jubet ferreis collaribus collum et alterum ex pedibus subjectum vinciri, et ductum ad ergastulum, illic lapides cogi ferre gravissimos. Quod quidem cum ejus jussu factum esset, et ad ferendos lapides semper sanctus manus afferret, manus sanctas, manus quæ multum poterant apud Deum, corporeis laboribus plura erant, quæ extrinsecus ei afferebantur. Multi enim ex Persis ad eum accedentes, et maxime ex iis qui orti erant ex eodem vico, ex quo Anastasius, veluti proprium reputantes dedecus, quæ in illum fiebant, exprobrationem adversus proximum, ut cum divino David dicam [3], sumebant: Cur hoc fecisti? dicentes, Cur antiquam nobilitatem generis affecisti contumelia, effectus Christianus, et tantam nobis inusisti ignominiam, propterea in vincula conjectus, et maleficorum damnatus supplicio? quod quidem nostri ferre non possunt oculi. Cum his autem gravibus linguæ verberibus, manuum quoque beato verbera infligebant, vehementer verberantes, atque barbam vellentes, et ejus vestimenta lacerantes, et lapides, quos quatuor simul conjuncti ferebant, eos soli Anastasio ferendos imponebant : adeo ut ipse rursus loqui visus sit cum Davide [3*]: Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam. Idque eum ne ferre quidem per se posset ferrum, quod erat collo et pedi ejus impositum : sed sub

μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν. Καὶ ὁ Μαρζαβανᾶς οὔπω πεῖραν εἰληφὼς τῆς τοῦ ἀθλητοῦ γενναιότητος, ἀλλ' εὐχερές τι πρᾶγμα καὶ ῥᾴδιον εἶναι τὸ μεταπείσειν αὐτὸν οἰόμενος, μικρᾶς ἤρξατο ταῖς ἐπαγγελίαις ὁ μικρὸς τὴν γνώμην ἐκεῖνος ὡς ἑνὸς τῶν παίδων ἀποπειρᾶσθαι, Ἀπόστηθι, λέγων, τῆς πλάνης ταύτης καὶ πρὸς τὴν πάτριον αὖθις ἐπάνελθε θρησκείαν. Οὕτω γὰρ πάντως καὶ ἀλόγων, καὶ μιλιαρισίων, καὶ οὐκ ὀλίγων ἄλλων ἀγαθῶν μεταδώσω σοι. Καὶ ὁ μάρτυς ἄνω πρὸς οὐρανὸν ἀποβλέψας, Μὴ μοι γένοιτο. Ἔγωγε, φεύσασθαί σου τὴν μακαρίαν ὁμολογίαν, Χριστὲ βασιλεῦ. Ἐφ' οἷς ὥσπερ αὐτὸν ὁ Μαρζαβανᾶς αἰσχῦναι βουλόμενος· Τί δαί; ἀρέσκει σοι τοῦτο περικεῖσθαι τὸ σχῆμα ὃ γε νῦν περιβέβλησαι; Ὁ δὲ, Οὕτως ἐμαυτῷ σεμνύνομαι, ἀπεκρίνατο, ὡς οὐδὲ σύ γε τῷδε τῷ ἀξιώματι. Πρὸς ὅπερ ἐκεῖνος ἀγανακτήσας, Ἧπου συνοίκῳ, φησὶ, κέκτησαι δαίμονι, καὶ οὐ μᾶλλον φθέγγῃ διὰ σαυτοῦ, ἢ ἅπερ ἂν αὐτός σοι ὑποβάλῃ. Πρὸς ταῦτα ὁ μάρτυς, Ὅτε ἦν ἐν τῇ πλάνῃ, φησὶ, τιμῶν κακῶς τὴν ἀσέβειαν, ἢ καὶ ὑπ' ἐκείνης ἀτιμαζόμενος, τότε μοι συνῴκει δαίμων συνῳκει. Νῦν δὲ Χριστὸν αὐτὸν ἔχω σύνοικον, τὸν τοὺς σοὺς ἐλαύνοντα δαίμονας. Προσθεὶς τοίνυν Μαρζαβανᾶς, Τί γοῦν; οὐ φοβῇ, ἔφη, μὴ ἀνετεχθείη περὶ σοῦ ταῦτα τῷ βασιλεῖ, ὁ δὲ σταυρῷ πικρῶς ἀναρτήσει σε; Πῶς ἄν, εἶπεν, ἄνθρωπον φοβηθείην φθορᾷ καὶ πάθεσιν ὑποκείμενον; Εἰ γὰρ καὶ τοῦ σώματος περιέσται, ἀλλ' ἡ ψυχὴ πάντως ἄληπτος αὐτῷ καὶ παντελῶς ἀνεπίβουλος.

ΙΑ'. Οὐκ ἐνεγκὼν τοίνυν ἐπὶ τούτοις Μαρζαβανᾶς, κελεύει κλοιοῖς σιδηροῖς τράχηλόν τε καὶ πόδα τὸν ἕτερον ὑποβληθέντα, παρὰ τὸ φρούριόν τε ἐχθέντα, λίθους ἐκεῖσε πρὸς βίαν βαρυτάτους κομίζειν. Ὃ δὴ καὶ κατὰ τὴν ἐκείνου πρόσταξιν γεγονότος, καὶ χεῖρας ἀεὶ τοῦ ἁγίου τῇ μετακομιδῇ τῶν λίθων εἰσφέροντος, χεῖρας ὁσίας χεῖρας μεγάλα πρὸς Θεὸν δυναμένας, πλείω τῶν σωματικῶν κόπων τὰ ἔξωθεν αὐτῷ ἐπαγόμενα ἦν. Προσιόντες γὰρ πολλοὶ τῶν Περσῶν, καὶ μάλιστα τῶν ἐκ τῆς αὐτῆς Ἀναστασίῳ κώμης ὡρμημένων, καὶ οἰκείαν ὥσπερ αἰσχύνην ἡγούμενοι τὰ εἰς ἐκεῖνον γινόμενα, ἐνειδισμὸν εἰς τὸν ἔγγιστα, τὸ τοῦ θείου φάναι Δαβίδ, ἐλάμβανον, Τί τοῦτο ἔδρασας λέγοντες· τί τὴν παλαιὰν τοῦ γένους εὐγένειαν ὕβρισας, Χριστιανὸς γεγονώς, καὶ τηλικοῦτον μῦσος ἡμῖν ἐπιτρίψας, καὶ διὰ τοῦτο καὶ δεσμώτης γενόμενος, καὶ τὴν τῶν κακούργων κατακριθεὶς τιμωρίαν, πρᾶγμα μηδὲ ὀφθαλμοῖς ἀνεκτὸν ἡμετέροις; Μετὰ δὲ τῶν χαλεπῶν τούτων ἀπὸ τῆς γλώττης πληγῶν, ἔτι καὶ τὰς ἐκ τῶν χειρῶν ἐπῆγον τῷ μακαρίῳ, τύπτοντές τε σφοδρῶς καὶ πώγωνα τίλλοντες, καὶ ἱμάτια τούτου περιῤῥηγνύντες, καὶ λίθους οὓς αὐτοὶ συνάμα τέσσαρες ἔφερον, τούτους Ἀναστασίῳ μόνῳ φέρειν ἐπιτιθέντες· ὡς ἰσοκλεῖ πάλιν αὐτὸν συμφθέγγεσθαι τῷ Δαβίδ· Ἐπὶ τοῦ νώτου μου ἐτέκτηναν, ἐμάκρυναν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν· καὶ ταῦτα μηδὲ τὸν ἐπὶ τοῦ τραχήλου καὶ τοῦ ποδὸς σίδηρον οὕτω καθ' ἑαυτὸν διαφέρειν ἔχοντι, ἀλλ' ὑπὸ

[3] Psal. xiv, 3. [3*] Psal. cxxviii, 3.

τῷ αὐτῷ σιδήρῳ καὶ ἄλλου σὺν τῷ μάρτυρι τὸν πόδα πεπεδημένου, ἃ καὶ πολλαπλοῦν ἔπλεκε πάντως αὐτῷ τοῦ μαρτυρίου τὸν στέφανον. Ἔχεις, εἰ βούλει, καὶ ἄλλας ὀδύνας, καὶ ἄλλων ἀφορμὰς στεφάνων· αὐτὸ δὴ τοῦτό φημι, τὸ ἐν μέσῳ γνωρίμων ὀφθαλμῶν τὰ τοιαῦτα πάσχειν, καὶ τὰ πολλὰ παρ' αὐτῶν ὀνείδη, ἃ δὴ καὶ προλαβὼν ὁ λόγος ἐδήλωσεν. Ὑφ' ὧν οὕτω διέμεινεν ἀπαθὴς, ὡς ἐγκώμια ταῦτα μᾶλλον ἡγεῖσθαι διὰ Χριστὸν, ἢ τι τὴν καρδίαν ὑπ' αὐτῶν βάπτεσθαι.

ΙΒ'. Ὁ τοίνυν Μαρζαβανᾶς (ἀνακλητέον γὰρ αὖθις πρὸς τὴν ἀκολουθίαν τὸν λόγον) ὀπανεῖναί τι τὸν μάρτυρα τῆς πολλῆς ἐκείνης ἐστάσεως τῇ μεταξὺ κακοπαθείᾳ νομίσας, καὶ τοῦτον πάλιν πρὸς ἑαυτὸν ἀγαγὼν, Εἰ ἀληθῶς, φησὶ, μάγου πατρὸς ἔγνς (τοῦτο γὰρ αὐτὸς ἐπεσημήνω περὶ σαυτοῦ), καὶ τὴν γλῶτταν ἱκανῶς ταῖς ἐκείνων ἤσκησαι βίβλοις, φθέγξαι τι τῶν μαγικῶν καὶ ἡμῖν, ὅπως σοι καὶ αὐτοὶ μάρτυρες ὦμεν τῆς ἐπιστήμης. Ὁ δὲ καὶ στόματος καὶ χειλέων ῥύπον, καὶ κοῦ κηλίδα, καὶ μολυσμὸν τὸ καὶ μνησθῆναί τινος τούτων ἡγούμενος, Σῶτερ ὁ ἐμὸς, ἔφη, Δεσπότης καὶ κοινὸς ἁπάντων δημιουργὸς, μή, μοι δῴης τοιοῦτον μηδὲν ἀκοῦσαι ὅλως ἢ φθέγξασθαι. Πρὸς ἅπαρ ὁ σκολιὸς ἐκεῖνος ἀπαγορεύσας, καὶ οἴκοθεν αὐτὸς οὐκ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειεν, ἐπισείει καὶ αὖθις τῷ μάρτυρι καθάπερ τι μορμολυκεῖον τὸν βασιλέα, καὶ, Τί, φησὶν, ὦ οὗτος, τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένεις; Ἐπίστρεψον εἰς τὴν προτέραν θρησκείαν· ἐπεὶ καὶ αὐτῷ βασιλεῖ τὰ περὶ σοῦ, εὖ ἴσθι, ἀνενεχθήσεται. Ὁ δὲ τὸ διάφορον οὐδὲν εἰδως, εἴτε παρ' αὐτοῦ, εἴτε δὴ καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως τιμωροθείη, ἐπεὶ καὶ ἀμφοῖν ἡ μισανθρωπία μία καὶ ἀγριότης, Ποίει, φησὶν ὃ βούλει· τάχα γὰρ καὶ ἤδη γράψας ἀντίγραφα ἐκομίσω. Καὶ ὃς ἐκφοβεῖν ἐκ τούτου δῆθεν τὸν ἄνδρα οἰόμενος, Ἐγὼ μὲν οὐδὲν οὐδέπω περὶ σοῦ γέγραφα, ἔφη· ἀλλ' ἤδη καὶ γράφειν, ὡς ὁρᾷς, ὥρμημαι. Τοῦτο οὐκ ἔδωκέ τινα σκέψιν ἢ μέριμναν ὅλως τῷ μάρτυρι· πῶς γὰρ τῷ χαίροντι μᾶλλον ἐν τῷ πάσχειν ὑπὲρ Χριστοῦ, καὶ τὰς μὲν πληγὰς ἀμοιβὰς, ζημίαν δὲ τὰς ἀνέσεις καὶ τὸν τῶν κολαζόντων οἶκτον ὑπολαμβάνοτι; Τί δὲ καὶ τοιούτου βασιλέως ἔδει φροντίζειν, τὸν πρὸς Χριστὸν βλέποντα μόνον καὶ τοῦτον ἀληθῆ βασιλέα καὶ Θεὸν εἶναι πεπιστευκότας; Οὐδὲν οὖν, ὥσπερ ἔφην, ἐπιδοιάσας, Χρῆσαι, φησὶν, ὁποίος ἂν ἐθέλοις καὶ ὅπως τοῖς κατ' ἐμοῦ γράμμασι· Χριστιανὸς γὰρ ἐγω, καὶ πάλιν ὁμολογῶ, Χριστιανός εἰμι.

ΙΓ'. Ἐφ' οἷς τῶν ἄλλων, ὅσα δηλαδὴ πρὸς πειθὼ φέρει, πάντων ὁ ἡγεμὼν ἀπογνοὺς, ἐπὶ τὴν βίαν καὶ αὖθις ἐχώρει καὶ προστάττει ταθέντα κατὰ γῆς τὸν μάρτυρα τύπτεσθαι μέχρις ὅτου, φησὶ, ποιεῖν ὁμολογήσει τὸ κελευόμενον. Ὁ δὲ τὸ μὲν ἐπίταγμα καὶ πράως λίαν κρὶ ἀσμένως ἐδέξατο· κατασχεθῆναι δὲ μόνον χερσὶ δημίων ὥστε καὶ καὶ ὑπ' ἐκείνων διαταθῆναι πρὸς γῆν οὐκ ἠνέσχετο, Ἐάσατέ με, εἰπών· οὐδενὸς γὰρ ἔπ' ἐμοὶ τοῦ καθέζοντος χρεία, ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ πάσχειν διὰ Χριστὸν οὐκ ἀβούλητον ἔμοιγε, ἀλλὰ καὶ λίαν ὡς ἐν θέρει ὕδωρ διχώμενον,

A eodem ferro alius quoque cum martyre pedem haberet vinctum. Quæ quidem ei nectebant omnino multiplicem coronam martyrii. Habes, si vis, alios quoque dolores, et occasiones aliarum coronarum : hoc ipsum, inquam, quod in conspectu eorum, qui ipsum noverant, hæc et multa alia probra ab eis pateretur, quæ jam prius dicta sunt : a quibus adeo mansit nihil affectus, ut ea putaret potius encomia propter Christum, quam cor ejus ab eis morderetur aliquid.

XII. Marzabanas ergo (redeundum est enim ad orationis consequentiam), ratus fore ut martyr aliquid remitteret de magna illa constantia propter eam, quæ intercesserat, afflictionem, cum eum rursus ad se produxisset : Si vere es, inquit, mago B patre natus (hoc enim ipse de teipso significasti), et linguam illorum libris satis exercuisti, nobis quoque tempore aliquid ex magicis, ut nos quoque de tua scientia feramus testimonium. Ille autem et os et labra et mentem maculari et pollui existimans, si horum alicujus meminisset : O Servator, inquit, qui es meus Dominus, et communis omnium opifex, ne mihi des omnino, ut tale quid aut loquar, aut audiam. Quæ cum perversus ille ægre tulisset, et plane desperans, ex se nihil haberet quod faceret, martyri rursus veluti quamdam larvam regem intentat. Et cur tu, inquit, in eisdem persistis ? Ad priorem convertere religionem. Scias enim fore, ut de te ad regem referatur. Ille autem sciens nihil referre, an ab ipso, an a rege puniretur, C quandoquidem ambobus inhumanitas una est et sævitia : Fac, inquit, quod vis. Forte enim jam scripsisti, et responsum accepisti. Is vero existimans se ipsum ita esse perterriturum : Ego quidem, inquit, nihil de eo adhuc scripsi, sed jam, ut vides, scribere aggredior. Hoc martyri nullam omnino attulit curam, aut sollicitudinem. Quomodo enim, cum potius gauderet se pati propter Christum, et plagas quidem remunerationes, damnum autem putaret remissionem, et eorum, qui castigabant ipsum misericordiam ? Quid autem oportebat eum talem regem curare, qui ad Christum solum aspiciebat, et eum verum esse regem et Deum crediderat ? Ille ergo, sicut dixi, nihil ambigens. Qualescunque, inquit, volueris, et quomodocun- D que de me scribe litteras. Christianus enim ego : et rursus fateor, sum Christianus.

XIII. Quamobrem cum dux spem abjecisset omnium, quæ possent illum persuadere, ad vim rursus revertitur, jubetque humi extensum martyrem tandiu verberari, donec profiteretur facere, quod juberetur. Ille autem, quod jubebatur quidem, æquo animo et lubenti suscepit ; solummodo lictorum manibus, ut ab illis extenderetur, teneri non sustinuit : Sinite me, dicens : non opus habeo ullo, qui me teneat. Nam hoc ipsum, pati scilicet propter Christum, nequaquam est involuntarium, sed quod ego non minus, quam aquam æstate, sitio, et quod

magis, quam ullas voluptates et delicias amplector. Cum ergo pronus humi cecidisset, et ipse seipsum sensim extendisset, tam crebris et tam continentibus verberabatur clavæ ictibus, quam imber deorsim cadit : cum ab inimicis solam petiisset gratiam, ut exueret venerandum monachorum amictum, et nudis verberaretur carnibus. Ne is, inquit, una cum meis membris probro afficiatur. Sic ille non solam vitæ ex Deo institutionem, sed etiam ejus signa omni honore afficiebat. Sed ille quidem diu tam crudeliter torquebatur, cum nec ab ullo omnino teneretur, nec premeretur, et non se transferre aut omnino movere prohiberetur : sed ipse seipsum valide teneret, et immobiliter, non vi manuum, sed animi, et naturæ necessitatem vincens necessitate liberi arbitrii, et acres corporis dolores acri vincens Dei desiderio, et præsentes molestias consolans spe futurorum.

XIV. Cum adversus hæc stultus ille dux nihil sapientius posset excogitare, quod tantæ fortitudini opponeret et tolerantiæ, ei rursus quoque regem intentabat et rogabat, ut persuaderetur athleta. Nam de te, inquit, ipsi regi significabo: perinde ac si uni puero utre terrorem afferret, ut dicitur. Ille autem eadem, quæ prius, respondit, et quod ejus animo placeret, jussit facere. Quocirca ille quoque rursus rogabat similiter. Deinde dicens : Non times regem? Quam ob rem, inquit martyr, et quid ejusmodi sum ab eo passurus? Annon, inquit, ipse quoque homo est, in quem idem interitus cadit et mors eadem? Quemnam ergo me oportet magis timere, eumne qui æquæ atque ego interit, an eum, qui semper est, et qui cœlum et terram, et quæcunque sub aspectum cadunt et percipiuntur intelligentia, ad hoc ut essent, produxit? Cum ergo vidisset dux rursus inutilem fuisse suum conatum, cum in constantia pro pietate nulli cederet Anastasius, rursus athletam transmittit in custodiam. Quomodo autem solet quis, quod vult, facile exspectare, post aliquot dies rursus sanctum educit e carcere, adhuc aliqua ei spe blandiente : Et acceptis, inquit, magicis sacrifica, ne te stulte hac luce prives. Martyr autem : Quibus, inquit, me jubes diis sacrificare? Ille vero : Igni, inquit, et soli, et lunæ. Ergo etiam montibus, inquit martyr, et collibus, et pecoribus, et omni servituti hominum, quibus imperare jussi sumus ab Opifice, non autem eis potius parere, ut vos vultis, non tanquam propter nos factis utentes, sed perinde ac si nos propter ea producti essemus, ita ea honorantes, et deos turpiter nominantes. Cum his verbis martyr ducem obstupefecisset, rursus abductus est in carcerem hoc prætextu, quasi deesset quod responderet, damnatus ad carcerem. Abductus est ergo, et decore confessionis glorians, et vinculis propter Christum.

XV. Cum autem de eo rescivissetis, cui in mona-

A καὶ ἀντ' ἄλλης τινὸς ἡδονῆς ἢ τρυφῆς ἀσπαζόμενον. Πρηνὴς τοίνυν ἐπὶ τοῦ ἐδάφους πεσὼν, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἠρέμα διανείνας, ἴσα καὶ ὑετοῦ φορᾷ, καὶ μετὰ τῆς οὐτῆς συνεχείας, τοῖς ῥοπάλοις ἐτύπτετο· μόνην ἐκείνην πορ' ἐχθρῶν χάριν αἰτήσας, ὥστε τὸ σεβάσμιον τῶν μοναχῶν ἐκδύσασθαι περιβόλαιον, καὶ οὕτως ἐπὶ γυμνῶν τύπτεσθαι τῶν σαρκῶν· Ἵνα μὴ καὶ αὐτὸ, φησὶ, τοῖς ἐμοῖς συγκαθυβρίζηται μέλεσι. Οὕτως οὐ μόνην ἐκεῖνος τὴν κατὰ Θεὸν πολιτείαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ ταύτης τὰ σάμβολα διὰ τιμῆς ἀπάσης ἐτίθει. Ἀλλ' ὁ μὲν οὕτως ἀνηλεῶς ἐπὶ πολὺν τὸν χρόνον ᾐκίζετο, οὐ κατεχόμενος ὑπό του τὸ παράπαν, οὐ πιεζόμενος, οὐ μεταφέρειν ἑαυτὸν ἢ παρακινεῖν ὅλως εἰργόμενος, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτὸς ἀσφαλῶς κατέχων καὶ ἀμετακινήτως, οὐ βίᾳ χειρῶν, ἀλλὰ γνώ-
B μης καὶ φύσεως ἀνάγκας ἀνάγκῃ νικῶν προαιρέσεως, καὶ σώματος δριμείας ὀδύνας δριμυτέροις πρὸς Θεὸν πόθοις ἀναψύχων, καὶ τὰ παρόντα λυπηρὰ ταῖς τῶν μελλόντων ἐλπίσι παραμυθούμενος.

ΙΔ'. Πρὸς ταῦτα ὁ ἀνόητος ἡγεμὼν ἐκεῖνος σοφωτέραν οὐκ οὐκ ἔχων ἐπίνοιαν τοσαύτῃ ἀντιθεῖναι ῥώμῃ καὶ καρτερίᾳ, τὸν βασιλέα καὶ πάλιν ἐπανετείνετο, καὶ πεισθῆναι ἠξίου τὸν ἀθλητήν. Ἐπεὶ καὶ αὐτῷ, φησὶ, βασιλεῖ δῆλα τὰ περὶ σοῦ θήσομαι· καθάπερ ἑνὶ τῶν παίδων ἀσκῷ, τὸ τοῦ λόγου, μορμολυττόμενος. Ὁ δὲ τὰ ἴσα τοῖς προλαβοῦσι καὶ νῦν ἀπεκρίνατο, καὶ ποιεῖν ὅπερ ἂν αὐτῷ κατὰ γνώμην ἐπέτρεπεν. Ἐφ' οἷς τὰ ὅμοια καὶ πάλιν ἐκεῖνος ἐπηρώτα, Εἶτα, οὐ δέδοικας, λέγων, τὸν βασιλέα ; Διατί, φησὶν ὁ μάρτυς, καὶ τί τοιοῦτον μέλλων παρ' αὐτοῦ πείσεσθαι ; Ἢ γὰρ
C οὐχὶ καὶ αὐτὸς ἄνθρωπός ἐστι, τὴν αὐτὴν ἡμῖν φθορὰν καὶ τὸν ἴσον θάνατον ὑφιστάμενος ; Τίνα οὖν μεδεῖ μᾶλλον φοβεῖσθαι, τὸν ὁμοίως ἐμοὶ φθειρόμενον, ἢ τὸν ἀεὶ, καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς, καὶ οὐρανὸν δὲ καὶ γῆν, καὶ πάντα ὁραπὰ καὶ νοούμενα εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντα ; Εἰδὼς τοίνυν ὁ ἡγεμὼν, ὡς ἀνήνυτα καὶ αὖθις αὐτῷ τὰ τῆς ἐγχειρήσεως, οὕτως Ἀναστασίου μηδενὶ τὴν εὐσεβείας ἔνστασιν εἴκοντος, τῷ φρουρίῳ καὶ πάλιν παραπέμπει τὸν ἀθλητήν. Οἷα δὲ φιλεῖ, ὃ βούλεταί τις, τοῦτο ῥᾳδίως καὶ προσδοκᾷν, ἄγει μετὰ τινας ἡμέρας τὸν ἅγιον ἀπὸ τοῦ φρουρίου, ἔτι τινὸς αὐτὸν ἐλπίδος ὑποσαινούσης, καὶ, Λαβὼν, φησὶ, τὰ μαγικὰ, θῦσον, μὴ καὶ τοῦδε τοῦ φωτὸς σὲ αὐτὸν ἀονήτως ἀποστερήσῃς. Καὶ ὁ μάρτυς, Ποίοις με κελεύεις, ἔφη, θῦσαῖς θεοῖς ; Ὁ δέ· Πυρὶ καὶ ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἵππῳ. Οὐκοῦν καὶ ὄρεσι, ὁ μάρτυς
D εἶπε, καὶ βουνοῖς, καὶ κτήνεσι, καὶ πασῃ τῶν ἀνθρώπων δουλείᾳ, ὧν ἄρχειν ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ κεκέλ]εύσμ]εθα, οὐκ ἄρχεσθαι μᾶλλον, ὡς αὐτοὶ βούλεσθε, καθάπερ οὐ δι' ἡμᾶς γεγονόσιν αὐτοῖς χρώμενοι· ἀβλ' ὥσπερ ἂν εἰ διὰ ταῦτα μᾶλλον ὑμεῖς παρήχθητε, οὕτω καὶ τιμῶντες αὐτὰ καὶ θεοὺς ἀγεννῶς ὀνομάζοντες. Τούτοις ὁ μάρτυς καταπλήξας τοῖς ῥήμασι τὸν ἡγεμόνα, τὴν εἰς τὸ φρούριου καὶ αὖθις ἀπήγετο, ὠρόφασιν τῆς πρὸς τὸ ἀντειπεῖν ἀπορίας κατακριθεὶς τὴν φρουράν. Ἀπάγετο οὖν, τῷ τε τῆς ὁμολογίας κόσμῳ καὶ τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ δεσμοῖς σεμνυνόμενος.

ΙΕ'. Μαθὼν δὲ τὰ κατ' αὐτὸν ὁ τὴν ἐπιστασίαν τῆς

αὐτοῦ ψυχῆς ἐν τῇ μονῇ πιστευθείς, ὅταν τε πολλάκις τῷ ἄρχοντι παραστὰς ἐπεδείξατο τὴν ὁμολογίαν, καὶ ὅπως πάντα παθεῖν ὑπὲρ εὐσεβείας προείλετο, αὐτός τε μετὰ τῆς ἄλλης τῶν μοναχῶν συνοδίας ἡδονῆς ἐπιπλατο, καὶ ὥσπερ Ἀναστασίῳ συνεῖναι κἀν τοῦς ἐκείνου μέλεσι καὶ αὐτὸς ἀθλεῖν ᾤετο. Καὶ βοηθεῖν οὐκ ἔχων τῇ παρουσίᾳ, ἐβοήθει τῇ εὐχῇ καὶ τῷ μέλανι· καὶ τοῦτο μὲν ἐδέετο θερμότατα τοῦ Θεοῦ μετὰ πάσης τῆς ἀδελφότητος διανοσθῆναι καλῶς αὐτῷ τοῦ μαρτυρίου τὸ στάδιον· τοῦτο δὲ καί δύο τῶν ἀδελφῶν ἐκπέμψας, γράμμασιν ἔτι μᾶλλον αὐτοῦ τὴν προθυμίαν ἐπέτεινεν. Ἐν ὅσῳ δὲ ὁ μάρτυς εἰς τὴν ἐν τῷ φρουρίῳ φυλακὴν ἐτηρεῖτο, τοῖς θείοις ῥήμασι καὶ ταῖς κατὰ Θεὸν ἐννοίαις διηνεκῶς ἐνετρύφα· καὶ οὔτε νὺξ αὐτῷ τοὺς πρὸς Θεὸν ὕμνους, οὔτε οἱ ἐκ τῶν χαλεπῶν δεσμῶν ἐκείνων πόνοι καὶ τῆς ἄλλης ταλαιπωρίας ἐνέκοπτον, ἀλλὰ καί νέου τινὸς ἐπὶ κακουργίᾳ δεθέντος ἀλόντος τινί, αὐχένα τῷ μάρτυρι καὶ πόδα συνδεδεμένου, διανιστάμενος τῶν νυκτῶν ὁ ἅγιος ὥστε Θεῷ τὰς συνήθεις ἀποδοῦναι δοξολογίας, καὶ παραλυπεῖν αὐτὸν οὐκ ἐθέλων, ἀλλ' ὅπως μάλιστα καθευδήσει καὶ ἀναπαύσεται μάλα φροντίζων, ἐκάλινε τὸν αὐχένα κειμένῳ, καὶ τὸν πόδα τῷ ἐκείνου ποδὶ προσήρειδεν, ὥστε μὴ ἀηδῆ καὶ λυπηρὸν αὐτῷ τῇ τῶν ἑλύσεων ἀποτάσει τὸν ἡδὺν πᾶσιν ὕπνον ἐργάζεσθαι. Μιᾶς γοῦν ποτε τῶν νυκτῶν ψαλλοντος αὐτοῦ, τις τῶν ἐν τῇ φυλαχῇ δημίων ἐγρηγορὼς καὶ νήφων ἐπηκροᾶτο, Ἑβραῖος μὲν τὴν θρησκείαν καὶ τῶν ἱερέων, ἱερεικὴς δὲ τὴν γνώμην, καὶ τρόπου χρηστοτέρου μεταποιούμενος, ὃς καὶ τὸν μακάριον ἐκεῖνον εἰδὼς, τὴν μὲν ἡμέραν ἀεὶ τῇ μετακομιδῇ τῶν λίθων κατατεινόμενον, τὴν δὲ τῆς νυκτὸς ἀνήπυσιν πάλιν εὐχῇ καὶ στάσει περικοπτόμενον, καὶ οὐδαμῶς ὑειέντα τοῦ τόνου, οὔτε μήν τὰ μέλη πεπονηκότα καὶ μικρὸν ἀνακτώμενον, διενοεῖτο καθ' ἑαυτὸν, ὅστις ποτὲ εἴη, καὶ ἥτις, ἣν λάχοι, φύσις, οὕτω καρτερική τις οὖσα καὶ στερρὰ καὶ πόνοις ἀπειθὴς καὶ ἀνάλωτος.

Κϛ'. Τῷ μάρτυρι τοιγαροῦν ἐκεῖνος ἀτενὲς ἐνορῶν τοὺς ἑωθινοὺς ὕμνους ᾄδοντι, καὶ ὅλῳ τῷ νῷ πρὸς Θεὸν ἐκδημοῦντι, καὶ προαρπαζομένῳ τοῦ μαρτυρίου καὶ μετὰ σώματος, ὁρᾷ τινας λευχειμονοῦντας, ὠμοφόριά τε περικειμένους, καὶ ὅσα τῆς ἱερᾶς ἐκείνης στολῆς καὶ τοῦ σεμνοῦ τῶν ἀρχιερέων ἐνδύματος, φῶς οἷον ἑαυτῶν ἀπαστράπτοντας, φῶς ἰδεῖν μὲν ἥδιστον, ἀπαγγεῖλαι δὲ οὐ ῥᾴδιον· ἢ μᾶλλον, κρεῖττον μὲν τὴν ὄρασιν, ὄψεως ἀνθρωπίνης· κρεῖττον δὲ τῆς ὁράσεως τὴν διήγησιν· καὶ ταῦτα ἐν ἀσελήνῳ σκότῳ νυκτὸς, κύκλῳ τοῦ ἁγίου περιεμβαλόντας· καὶ ἀγγέλους αὐτοὺς εἶναι νομίσας, ὥσπερ ἄρα καὶ ἦσαν ταῖς ἀληθείαις, ὁρᾷ μετὰ μικρὸν καὶ τὸν μάρτυρα τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν ἀναβολὴν ὁμοίως ἐκείνοις ἔχοντα εἶτα καὶ νεανίας τις τὸ εἶδος καὶ τὸ κάλλος ἀμήχανον, θυμιατήριον ἀπηρτημένον τῆς δεξιᾶς, ἐν πολλῇ τῇ περὶ αὐτὸν δόξῃ τῶν ἀγγέλων, θυμιῶν πρὸ τοῦ μάρτυρος ἵστατο. Ταῦτα τοίνυν ἐκεῖνος ὁρῶν, καὶ τῷ καινῷ τῆς θέας τὴν καρδίαν κατακληττόμενος ἠγωνία μὲν, ὥστε καὶ τὸν παρακαθεύδοντα διυπνίσαι (Χριστιανὸς δὲ ἦν οὗτος τὴν τῆς

sterio fuerat credita ejus animæ cura ; qualem, inquam, productus ad præsidem sæpe ostendisset confessionem, et quemadmodum ipse constituisset omnia pati pro pietate, ipse quoque cum alio cœtu monachorum repletus est lætitia: ipse etiam putabat se esse una cum Anastasio, et in membris illius decertare: et cum non posset opem ferre sua præsentia, opem ferebat precibus et atramento. Et partim quidem Deum vehementissime rogabat cum tota fraternitate, ut pulchre per martyrium ei perficeretur stadium: partim autem duobus quoque missis fratribus, promptum et alacrem ejus animum magis auxit. Interea verodum martyr custodiebatur in carcere, divinis verbis et sententiis se oblectabat assidue, etneque nox ejus ad Deum hymnos, neque gravium illorum vinculorum et reliquiæ afflictionis labores eos interrumpebant. Quin etiam cum quidam juvenis, qui captus fuerat propter aliquod maleficium, cum martyre haberet collum et pedem colligatum, noctu surgens sanctus, ut Deo consuetas redderet glorificationes, et ei nollet afferre molestiam, sed ut dormiret et quiesceret curam gereret, collum ad jacentem inclinabat, et pedem illius pedi admovebat, ne extensis catenis injucundum et molestum ei somnum efficeret. Una autem nocte al quando eum psallentem quidam ex iis, qui erant vincti in custodia, exaudiit, Hebræus quidem religione, isque valde insignis: mitis vero ac mansuetus, et valde bonis moribus. Qui cum beatum illum vidisset interdiu quidem vexari portandis lapidibus, noctis autem quietem rursus interrumpi stando et orando, et nihil omnino remittere de sua constantia, neque defessa membra paululum recreare, cogitabat apud se quisnam hic esset, et quæ ei obtigisset adeo robusta natura, tamque firma ac valida, laboribusque minime cedens et inexpugnabilis.

At solenni religione ambo hoc die 23 Januarii D coluntur, præsertim in propria illis dicata Constantinopoli ecclesia, « trans Eudoxii regionem ultra Anaplum et in sanctissima æde S. Irenes, vetere et nova; » ut Menæa et Maximus Cytheræus tradunt.

5. De utroque Menologium a Canisio editum hoc ipso die : « Natalis S. Clementis Ancyræ Galatiæ, qui ortus patre gentili, matre vero Christiana nomine Euphrosyna, quæ Christi martyrem futurum illum prædixit, sub Diocletiano et Maximiano martyrium pertulit : quo die et S. Agathangelus An-

cyræ, Lucio præside, passus est.» Imo 5 Novembris passus. Utriusque cætera meminerunt Græcorum Monologia, Horologia etc., quæ sequitur Molanus in addit. ad Usuardum : « Die vicesima tertia, sancti hieromartyris Clementis Ancyræ, et sancti martyris Agathangeli. » Romanum quoque Martyrologium : « Ancyræ in Galatia S Clementis episcopi, qui sæpius cruciatus, tandem sub Diocletiano martyrium consummavit. Ibidem S. Agathangeli, qui eodem die sub Lucio præside passus est. » De Clemente ita Galesinius : « Ancyræ S. Clementis episcopi et martyris, qui Diocletiano imperatore inauditis excruciatus suppliciis, iisque multis ac variis, demum cum constanter in fide persisteret, præciso capite martyrii coronam accepit. »

6. In Notationibus, Christophorum et Charitonem, Clementis in martyrio obeundo socios, memorat Galesinius. Menæa, Menologium Casinii, et Cytheræus referunt 9 Septembris « S.Charitonem gladio occisum. » Sed quod non ei additus comes Christophorus, et hi ambo 23 Januarii occubuerint, alium remur. Eucarpii quoque plures fuere. At nulli Phengon jungitur, nec ullis in Martyrologiis eorum reperimus ad 7 Septembris, quo perempti fuere, inscripta nomina. Eorum certamina, aliorumque tam Ancyranorum quam Romanorum, in Actis S. Clementis, qui eos Christo genuerat, continentur, celebranturque a plurimis hoc die omnes ; et pleraque nomina Actis præfigit Joannes Basilius Sanctorius.

§ II. *Acta S. Clementis et sociorum.*

7. Res a Clemente et Agathangelo præclare ac fortiter gestas,solita facundia composuit Metaphrastes, ex antiquis haustas monumentis. Eum Metaphrastæ commentarium,a Gentiano Herveto Latine versum, Lipomanus et Surius vulgarunt; atque in epitomen redactum,Lippelous,Ribadeneira, Sanctorius, Gabriel Flamma, Machantius,Rosweydus, aliique. Baronius in Notat ad Martyrologium scribit multa sibi in his Actis displicere : sed quænam illa sint, non exprimit. Hyperbolica quandoque cruciatuum auxesis videri possit, nisi et diaboli ejusque satellitum furorem, et Dei, suos martyres confirmantis,virtutem cogitemus.Neque existimare oportet omnia quæ narrantur, continenter inflicta sanctis esse supplicia ; sed toto annorum 18 spatio, indulta fortassis plurium sæpe mensium quiete, dum aliis Reip. negotiis præsides distinebantur ; quanquam id negari videtur in Anthologio et Menæis. Et si singula considerentur tormenta, nullum fere non pluribus martyribus sub iisdem Diocletiano et Maximiano, in iisdem Asiæ urbibus, irrogatum : ac vincuntur pleraque moderna Japonum adversus Christianos immanitate. Præter citata Martyrologiorum testimonia, exstat egregia Actorum epitome in Anthologio Græcorum a Clemente VIII approbato, Menæis quoque, et Maximi Cytheræi Vitis.

8. Nicephorus Callistus quoque hoc eos illustri encomio celebravit lib. VI *Hist. Eccles.* cap. 14 : « Hoc ipso anno Clemens Ancyranus episcopus, cum Agathangelo nobilissimum martyrium est exorsus. Viginti octo namque annis pro Christo splendidissimum absolvit cursum. Siquidem post mundum conditum quicunque pro Christo certamen igne, ferro, lapidibus, lignis obierunt, quive cum bestiis depugnarunt, et diuturnis vinculis afflicti sunt ; præterea qui diversis modis in terra, in aere, in aquis, cum suppliciis sunt colluctati ; tum autem qui vel frigore, vel calore nimio sunt consumpti, aut qui aliis quibuscunque pœnis et tormentis vitam amiserunt : eos omnes,meo quidem judicio, sanctus ille Clemens, et cum ipso Agathangelus, longe superavit : primum quidem Romæ, deinde Nicomediæ ; cum feritate et crudelitate aliis præstantes tortores, eis excruciandis vices per successionem mutantes, ab omni jam tormentorum specie destituerentur : ad postremum autem gladio percussi vitam hanc immortali illa commutarunt. »

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΑΓΚΥΡΑΣ

—

VITA ET CERTAMEN

S. CLEMENTIS ANCYRANI ET SOCIORUM.

(Græcus textus nunc primum prodit ex cod. Reg. Paris. n. 1456, sæc. XI. EDIT. PATROL.)

—

CAPUT I.

S. Clementis ortus et educatio. Obitus parentum.

I. Post ducentesimum et quinquagesimum annum Domini nostri Jesu Christi, anno duodecimo Valeriani imperatoris, consulibus ipso Valeriano et Luciano, ille vere magnus et admirabilis Clemens, Ancyræ, metropoli primæ Galatarum provinciæ, tanquam egregius aliquis palmes, multis boni Spiritus botris erat omni ex patre plenus. Ea enim cum ipsum tulisset, et multis etiam aliis civitatibus misisset præclarum exemplar martyrii, ipsa quoque collegit pulchros fructus consummationis.

II. Erat autem genere insignis, ex nobili quidem et alto deductus sanguine. Erat enim ei pater et mater, hæc quidem ex ambobus parentibus claris et fidelibus; ille autem in religione a Sophia (1) fideli valde dissidens, et gentili deditus stultitiæ. Nam cum eam haberet vitæ sociam et habitationis, multa semper dicens et faciens, conabatur eam facere sociam religionis. Ea autem cum animi magnitudine maritum superaret, hoc majori studio contendebat, ut si qua ratione fieri posset, eum deduceret ad veram pietatem. Sed ille quidem dormiens in profundis erroris tenebris, erat sua sponte malus, et recusabat aspicere magnam lucem veritatis. Quocirca sic quoque miser duplici morte moritur, nempe carnis et animæ. Solus autem uxori filius hic Clemens admirabilis ex ipso relinquitur, adhuc infans, et quem mater suis tenebat ulnis, et ejus alebatur ubere.

III. Cum sic ergo esset mater marito vidua, laberetque adhuc spes ejus de puero, ei tantam dabat operam, et ei tam diligenter attendebat, ut ei esset

Α΄. Μετὰ διακοσιοστὸν καὶ πεντηκοστὸν ἔτος τῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς οὐρανοὺς ἀναλήψεως, ἐν ἔτει δωδεκάτῳ τῆς βασιλείας Οὐαλεριανοῦ, ἐπὶ τῆς ὑπατίας αὐτοῦ τε Οὐαλεριανοῦ καὶ Λουκιανοῦ, ὁ μέγας ὄντως καὶ θαυμαστὸς Κλήμης ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατῶν ἐπαρχίας, καθάπερ εὐγενές τι βλῆμα πολλοῖς πάντοθεν ἐκόμα τοῖς τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος βότρυσιν. Αὕτη γὰρ αὐτὸν ἐνεγκοῦσα, καὶ πολλαῖς πόλεσι καὶ ἄλλαις καλὸν ὑπόδειγμα πέμψασα μαρτυρίας, καλοὺς ὕστερον αὐτοῦ καὶ τῆς τελειώσεως ἐτρύγησε τοὺς καρπούς.

Β΄. Τὸ δὲ γένος ἐπίσημος ἦν, ἐξ εὐγενοῦς ἄνωθεν καταγόμενος αἵματος· πατέρες γὰρ αὐτῷ, ἡ μὲν ἐκ πατέρων ἄμφω περιφανῶν καὶ πιστῶν, ὁ δὲ σφόδρα περὶ τὸ σέβας τῇ πιστῇ Σοφίᾳ διαφερόμενος (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῇ συζύγῳ), καὶ τῇ Ἑλληνικῇ μωρίᾳ προσκείμενος. Κοινωνὸν γὰρ αὐτὸν βίου καὶ σύνοικον ἔχων, πολλὰ καὶ λέγων ἀεὶ καὶ ποιῶν, ἔσπευδε κοινωνὸν αὐτὴν ποιῆσαι καὶ τῆς θρησκείας. Ἡ δὲ ἄρα καὶ τὸν ἄνδρα ψυχῆς ὑπερβάλλουσα γενναιότητι, τοῦτο μᾶλλον εἶχε διὰ σπουδῆς εἴπερ οἷόν τε καὶ αὐτὸν ἐπαγαγέσθαι πρὸς τὴν εὐσέβειαν. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ὑπὸ βαθεῖ τῷ τῆς ἀπίστης σκότῳ καθεύδων, ἐθελοκακῶν ἦν, καὶ ἀπηνήνατο πρὸς τὸ μέγα φῶς ἀναβλέψαι τῆς ἀληθείας. Διὸ καὶ οὕτως ἀθλίως θνήσκει τὸν διπλοῦν, οἵ μοι! σαρκός τε καὶ ψυχῆς θάνατον. Μόνον δὲ τῇ γυναικὶ παῖς, ὁ θαυμαστὸς οὗτος Κλήμης, ἐξ αὐτοῦ καταλείπεται, παῖς ἔτι κομιδῇ νήπιος ὤν, μητρικαῖς τε χαίρων ἀγκάλαις, καὶ μαζῷ τρεφόμενος.

Γ΄. Ἡ γοῦν μήτηρ ἔρημος οὕτως ἀνδρὸς γενομένη, καὶ τὰς ἐλπίδας ἐπὶ τῷ παιδὶ μόνῳ σαλεύουσα, οὕτω δή τι καὶ προσέκειτο φιλοπόνως, ὥστε πάντα εἶναι

(1) Euphrosyne appellatur in prioribus Actis.

αὐτῷ, καὶ πατὴρ καὶ παιδαγωγὸς καὶ μήτηρ. Πρῶτα μὲν γὰρ ἐπιμελῶς ἔτρεφε, καὶ τὰ μητέρων ἐπ' αὐτῷ ἐποίει· ἤδη δὲ καὶ ἡλικίας ἁψάμενον, ἣν οἱ παῖδες μαθημάτων ἔχουσι δεκτικήν, τὸν ὀρθὸν αὐτῷ λόγον τῆς ἀληθείας εὐφρονοῦσα ὑπέτεινε, Κλήμεντα καλῶς ὀνομάσασα, μᾶλλον δὲ προφητικῶς καὶ τοῦ τέλους ἀξίως· ἤδει γὰρ αὐτὸν οἱονεί τι κλῆμα Χριστοῦ τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου ἐσόμενον, καὶ πολλὰς αὐτῷ μέλλοντα καρποφορῆσαι ψυχάς, εἰ καὶ πολλοὶ βασιλεῖς, καθάπερ τινὲς οὐκ ἀγαθοὶ γεωργοί, πολλαῖς αὐτὸν καὶ πολλάκις ταῖς τιμωρίαις κατέκειραν, ὡς ἐξῆς προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει.

Δ'. Ἐν τούτοις ὄντος τοῦ Κλήμεντος, καὶ οὕτως ὑπὸ μητρὶ φιλοστόργῳ τρεφομένου καλῶς καὶ ἀνεγομένου, ἐγγίζουσαν ἐκείνη προαισθομένη τὴν τελευτὴν, τὸν παῖδα προσηνῶς καὶ γνησίως περιβαλοῦσα, οὕτω δωδέκατον ἀνύσαντα ἔτος, οὐ μᾶλλον διάδοχον τοῦ ἰκείου πλούτου, ὅσον δὴ κληρονόμον αὐτὸν τῶν ἐν οὐρανοῖς θησαυρῶν ἔσπευδε ποιεῖν, τοιαῦτα μετὰ γλυκυτάτων ἀσπασμῶν αὐτῷ ἐπισκήπτουσα· Τέκνον ἐμὸν, τέκνον φίλτατον, τέκνον πρὶν μὲν ἰδεῖν τὸν σὸν πατέρα ὀρφανίαν ἰδὸν, θεὸν δὲ **Πατέρα** πλουτῆσαν καὶ εἰς εὐτυχίαν τῇ ὀρφανίᾳ χρησάμενον· ἐγὼ μέν σε προήγαγον σώματι, Χριστὸς δὲ διὰ **Πνεύματος** ἀπεγέννησε. Γνῶθι τὸν σου πατέρα. μὴ ψεύσῃ τὸ τοῦ υἱοῦ ὄνομα· Χριστῷ λάτρευε μόνῳ, **Χριστῷ** πεποιθὼς ἔσο· οὗτος ἀληθῶς ἡ ἀθανασία, οὗτος ἡ σωτηρία, οὗτος ὁ δι' ἡμᾶς ἐξ οὐρανοῦ κατελθὼν καὶ συνανυψώσας ἑαυτῷ καὶ ἡμᾶς, καὶ **υἱοὺς** αὐτοῦ καὶ θεοὺς ἐργασάμενος. Ὅ γε τοίνυν ὑπὸ τούτῳ Δεσπότῃ ταττόμενος, πάντων περιέσται τῶν χαλεπῶν, οὐ τοὺς εἴδωλα μόνον τιμῶντας τυράννους καὶ βασιλεῖς καταβάλλων, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς ὑπ' αὐτῶν τιμωμένους δαίμονας καταισχύνων, καὶ τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν καὶ προστάτην διάβολον.

Ε'. Εἶτα μεταξὺ τῶν λόγων ὑποπλησθεῖσα δακρύων τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ θεωρίας θείας ὑπὸ τῆς χάριτος πληρωθεῖσα, καὶ τὰ μέλλοντα συμβῆναι τῷ Κλήμεντι προφητικώτατα διεξῄει, καὶ, Δέομαί σου, ἔλεγε, φίλτατε παῖ, δέομαί σου μίαν ἀντὶ πάντων δοῦναί μοι χάριν· ἐπεὶ γὰρ καιρὸς ἐφέστηκε χαλεπὸς, καὶ δεινὸν ὁ τῆς ἀσεβείας πνεῖ διωγμὸς, μέλλεις δὲ καὶ αὐτὸς, καθὼς ὁ ἡμέτερος Δεσπότης φησὶν, ἐπὶ βασιλεῖς δι' αὐτὸν καὶ ἡγεμόνας ἀχθῆναι, ταύτην, ὦ τέκνον, ἐμοὶ δὸς τὴν τιμὴν, ὥστε γενναίως ὑπὲρ αὐτῷ στῆναι, καὶ ἀσφαλῆ διὰ τέλους τηρῆσαί μοι τὴν ὁμολογίαν· καὶ πέποιθα ἐπὶ τῷ ἐμῷ Χριστῷ, μέλος ἐμὸν πέποιθα, ὅτι καὶ τῇ σῇ κεφαλῇ ταχέως ὁ μαρτυρικὸς ἐπανθήσει στέφανος. Ἑτοίμαζε οὖν σεαυτὸν, καὶ πρὸς ἀνδρείαν ἐρέθιζε τὴν ψυχὴν, ὅπως μὴ ἀπαράσκευος πρὸς τοὺς ἀγῶνας ληφθῇς. Οὐ γὰρ πρὸς τοὺς τυχόντας, οὐδὲ ὑπὲρ τῶν τυχόντων ἡ πάλη, ἀλλὰ πρὸς μὲν ἀνταγωνιστὰς τὸν πονηρὸν αὐτὸν καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς ἐκείνου καὶ ὑπηρέτας· ὑπὲρ αἰωνίου

A omnia, et pater, et pædagogus, et mater. Nam primum quidem eum studiose alebat, et ea faciebat, quæ par est matrem filio. Cum autem jam ad eam pervenisset ætatem, in qua sunt pueri capaces discipliuarum, ei rectam pietatis rationem recte sapiens suggessit, ut quæ eum recte Clementem nominaverit, vel potius prophetice, et uti fini conveniebat. Sciebat enim eum futurum veluti quemdam palmitem (2) veræ Christi vineæ, et ei producturum esse fructum multarum animarum; etiamsi multi reges, veluti quidam non boni agricolæ, eum sæpe multis totonderint suppliciis, ut deinceps procedens declarabit oratio.

IV. Cum ita se haberet Clemens, et a matre benevola tam pulchre aleretur atque educaretur, B propinquum illa sentiens decessum, puerum benigne et amanter complexa, qui duodecimum nondum compleverat, non magis eum suarum facultatum, quam thesauri qui est in cœlis, hæredem conabatur facere, hæc cum suavissimis ei mandans amplexibus : Fili mi, fili charissime, fili, qui prius quam tuum videres patrem, vidisti orbitatem, Dei autem Patris opibus es locupletatus, et orbitate usus es ad felicitatem; ego quidem te produxi corpore, Christus autem regeneravit per Spiritum. Cognosce tuum patrem, vide ne ejus filii denominatio sit tibi falso imposita. Servi soli Christo, in Christum tuam colloca fiduciam. Is vere est immortalitas, is salus, is qui de cœlo descendit propter nos, et nos quo- C que una secum in altum extullit, et filios suos effecit, et deos. Qui ergo huic paret Domino, superabit quæcunque sunt difficilia, non solum, qui simulacra honorant, tyrannos et reges deprimens et dejiciens, sed eos etiam qui ab ipsis honorantur, dæmones pudore afficiens, eorumque ducem et præsidem diabolum.

V. Deinde inter loquendum oculos suffusa lacrymis, et divina contemplatione impleta a gratia, ea etiam quæ erant eventura Clementi, persequitur, vel maxime prophetice ; et, Rogo te, dicebat, fili charissime, rogo te, ut mihi des unam gratiam pro omnibus. Quoniam enim instat tempus difficile, et vehementer spirat impietatis persecutio; es autem ipse quoque, ut noster dicit Dominus, ad reges propter ipsum præsidesque ducendus, hunc mihi D honorem concede, fili, ut pro ipso stes fortis et strenuus, et mihi firmam ac stabilem conserves confessionem : et confido in Christo meo, o membrum meum, confido, quod cito in tuo quoque capite florebit corona martyrii. Para ergo teipsum, et ad magni animi virtutem tuam incita animam, ne te imparatum offendant certamina. Non enim adversus hostes contemnendos, neque de rebus levibus est decertatio. Sed sunt adversarii quidem ipse malignus, illiusque ministri et satellites : agitur

(2) Κλῆμα, palmitem significat, ut ante scriptum.

autem de vita æterna et honore, aut rursus de dedecore, quod nunquam terminatur et supplicio. Aut ergo te bona adhortentur, aut gravia deterreant. Turpe est, o fili, milites quidem pro conservo et mortali rege lubenter mortem oppetere, nos vero non hoc velle similiter subire pro Rege immortali. Quamquam ipsi quidem ab eo nihil accipiunt, quod respondeat meritis tantæ benevolentiæ. Quod enim donum tanti est momenti, quanti vita? aut quisnam post mortem est sensus eorum, quæ donantur? Sed si mortuus fueris pro Christo communi omnium Domino, pro vita quæ est ad tempus, habebis immortalem; pro deliciis et gloria et quæ semper fluunt divitiis, æterna frueris beatitudine. Quid vero? etsi nunc non moriamur, non paulo post omnino moriemur, et omnibus commune reddemus debitum? Et alioqui quæ propter Christum mors suscipitur, ne mors quidem jure existimabitur. Semper enim meliore spe futurorum, ejus sensus adimitur.

VI. Ante omnia autem, o fili, illa sunt consideranda, quemadmodum ipse Effector universæ crealæ naturæ, et nostri generis opifex, propter nos homo factus est: et cum in terram venisset, conversatus est cum hominibus. Cur non dico id, quod est maximum, quod pro nobis quoque ingratis famulis Dominus morte est condemnatus, conspulus, colaphis pulsatus et postremo mortuus? Et hæc omnia ipse passus est propter nos et nostram salutem, ut peccati solveretur tyrannis, ùt prior tolleretur condemnatio, ut cœli portæ nobis rursus aperirentur. Quomodo ergo non erimus venia indigni, o fili, si ipse quidem pro nobis, qui gravissima perpetravimus, isque cum sit Dominus, talia passus sit; nos autem ne pauca quidem propter illum susstineamus? Hæc, o fili, considera, et nihil te separet a charitate Christi, non minæ præsidum, non tormenta ac supplicia, non metus regum, qui sunt ad tempus, quorum ira cito decidit cum supercilio, et ignis exstinguitur, et ensis rubigine obducitur: sed potius te consolentur bona, quæ sunt parata martyribus, et cœlum ipsum, quod est tibi propositum præmium martyrii.

VII. Hæc quotidie mater ei suggerebat, ut quæ ejus, qui vere est sapientia, Spiritum haberet per se loquentem, cum puer jam esset canus prudentia etiam ante ætatem, et profundiore opus haberet admonitione. In fine autem hæc quoque adjicit: Hæc mihi tuæ matri redde, o fili, pro tui nutritione: hæc sit mihi merces, meorum in te pariendo dolorum, o fili jucundissime, ut ego quoque mater, ex Pauli sententia [1], salva fiam per liberorum procreationem, et in membris filii glorificer. Ecce enim, se o fili, ego quidem jam recedo (senserat enim se morientem, virtute gratiæ) et hæc lux sensibilis mihi mane non illucescet. Tu vero mea in Christo lux et vita, et, te rogo, mea viscera, ne ea

A δὲ ζωῆς καὶ τιμῆς, ἢ αἰσχύνης πάλιν καὶ ἀτελευτήτου κολάσεως ὁ ἀγών. Ἢ τοίνυν τὰ χρήματα προτρεπέτω, ἢ πτοείτω σε τὰ δεινά. Αἰσχρὸν, ὦ παῖ, στρατιώτας μὲν ὑπὲρ ὁμοδούλου καὶ θνητοῦ βασιλέως ἐθέλοντας ἀποθνήσκειν, ἡμᾶς δὲ μὴ τοῦ παραπλησίως εθέξειν ὑπὲρ ἀθανάτου Βασιλέως ὑφίστασθαι. Καίτοι αὐτοὶ μὲν οὐδὲν παρ' ἐκείνου τοιαύτης εὐνοίας ἀντιλαμβάνουσιν ἄξιον· τίς γὰρ ζωῆς ἀντίρροπος δωρεάς; ἢ ποία τῶν διδομένων μετὰ θάνατον αἴσθησις; Ἂν δὲ ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ Δεσπότου πάντων ἀποθάνῃς Χριστοῦ, ἀντὶ προσκαίρου ζωῆς, ἀθάνατον ἕξεις· ἀντὶ τρυφῆς, καὶ δόξης, καὶ πλούτου ῥέοντος, αἰωνίου κατατρυφήσεις μακαριότητος. Τί δέ; εἰ καὶ μὴ νῦν ἀποθάνωμεν, οὐ μετ' ὀλίγον πάντως ἀποθανούμεθα, καὶ τὴν κοινὴν πᾶσις ὀφειλὴ ἀποτίσομεν; Ἄλλως τε δὲ, καὶ ἡ διὰ Χριστὸν τελευτὴ, οὐδὲ θάνατος ἂν εἰκότως νομίζοιτο· τῇ χρηστοτέρᾳ γὰρ ἀεὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδι, κλεπτομένην ἔχει τὴν αἴσθησιν.

Ϛ'. Πρὸ δὲ πάντων, ὦ τέκνον, ἐκεῖνα λογίσασθαι χρὴ, ὅπως αὐτὸς ὁ πάσης τῆς κτίσεως Ποιητὴς καὶ τοῦ ἡμετέρου γένους δημιουργὸς, ἄνθρωπος ἐγένετο δι' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ γῆς ἐλθὼν τοῖς ἀνθρώποις συνανεστρέφετο. Τί μὴ λέγω τὸ μεῖζον, ὅτι καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀγνωμόνων οἰκετῶν ὁ Δεσπότης θάνατον κατεκρίνετο, καὶ ἐνεπτύετο καὶ ἐῤῥαπίζετο, καὶ τέλος, ἔθνησκε; καὶ ταῦτα πάντα, δι' ἡμᾶς καὶ τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν αὐτὸς ἔπασχε, ὅπως λυθῇ τῆς ἁμαρτίας ἡ εὐραννὶς, ὅπως ἡ προτέρα καταδίκη ἀναιρεθῇ, ὅπως ἀνοιγῶσιν ἡμῖν καὶ πάλιν οὐρανοῦ πύλαι. Πῶς οὖν οὐκ ἀσύγγνωστοι, ὦ τέκνον, αὐτὸν μὲν ὑπὲρ ἡμῶν τῶν τὰ ἀνήκεστα τετολμηκότων, καὶ ταῦτα Δεσπότην ὄντα, τοιαῦτα πεθεῖν, ἡμᾶς δὲ μηδὲ ὀλίγα δι' ἐκεῖνον ὑπενεγκεῖν; ταῦτα, ὦ παῖ, λογίζου, καὶ μηδέν σε τῆς ἀγάπης χωρίσῃ τῆς τοῦ Χριστοῦ, μὴ ἀπειλαὶ ἡγεμόνων, μὴ αἰκισμοὶ, μὴ φόβοι τῶν προσκαίρων τούτων βασιλέων, ὧν ὁ θυμὸς μετὰ τῆς ὀφρύος ταχύτατα πίπτει, καὶ τὸ πῦρ σβέννυται, καὶ τὸ ξίφος ἰοῦται· ἀλλά σε τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς μάρτυσι μᾶλλον παρακαλείτω καλὰ, καὶ οὐρανὸς αὐτὸς, ἀθλόν σοι καὶ οὗτος τῆς μαρτυρίας προκειμενος.

Ζ'. Ταῦτα διὰ πάσης αὐτὸν ἡ μήτηρ ὑπήλειφε τῆς ἡμέρας, τὸ τῆς ὄντως σοφίας Πνεῦμα δι' αὐτῆς φθεγγόμενον ἔχουσα, ἤδη καὶ τοῦ παιδὸς πολιοῦ καὶ πρὸ τῆς ἡλικίας ὄντος τὴν σύνεσιν, καὶ βαθυτέρας δεομένου τῆς παραινέσεως. Ἐπὶ τέλει δὲ προστίθει καὶ ταῦτα· τοιαῦτά μοι τῇ σῇ μητρὶ τὰ τροφεῖα, τέκνον, ἀπόδος· οὗτός μοι τῶν ἐπὶ σοὶ ὠδίνων, γλυκύτατε παῖ, γενέσθω μισθὸς, ἵνα καὶ ἡ μήτηρ, κατὰ Παῦλον, σωθῶ διὰ τῆς τεκνογονίας, καὶ ἐν τοῖς τοῦ παιδὸς δοξασθῶ μέλεσιν. Ἰδοὺ γὰρ, ὦ τέκνον, ἐγὼ μὲν ἄπειμι ἤδη (ἤσθετο γὴρ ἑαυτῆς θνησκούσης δυναμει χάριτος), καὶ τὸ αἰσθητὸν τοῦτο φῶς οὐκ ἐπιφώσει μοι τὸ πρωΐ. Σὺ δέ μοι φῶς ἐν Χριστῷ καὶ ζωὴ, καὶ τοσούτων ἐμῶν δέομαι σπλάγχνων, μὴ τῶν ἐπὶ σοὶ

[1] Tim. II,15.

φευσθείην ἐλπίδων. Μὰ γυνὴ Ἑβραία ποτὲ υἱοὺς ἑπτὰ προσήγαγε μάρτυρας, καὶ ἐν ἑπτὰ τοῖς ἐκείνων ἡ αὐτὴ σώμασιν ἠγωνίσατο· σὺ δέ μοι καὶ μόνος πρὸς ἁπάσας πρὸς δόξαν, καὶ μακαρία ἐν μητράσιν ἐγὼ, ὅτιπερ διὰ σοῦ ἐκλεκτὸς ἔσομαι. Ἰδοὺ προπορεύσομαί σου, ὦ παῖ, καὶ κατὰ σῶμα λείπω, ἤδη σου τῶν ποθεινῶν ὀμμάτων χωριζόμαι σήμερον, τὴν δὲ ἐμὴν ψυχὴν ἐκπέμψαν τελευτήσω τῆς σῆς ἀεὶ ψυχῆς, ὦ τέκνον, ἐκκρεμασθεῖσαν· μᾶλλον δὲ ἐν παῤῥησίᾳ προσμενούσης τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, τοῖς σοῖς πόνοις ἐγκαυχωμένην, τοῖς σοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ στίγμασιν ὡραϊζομένην, καὶ κοινωνὸς σοι τῶν πολυτελῶν ἐκείνων ἆθλων γινομένην καὶ τῆς φαιδρότητος.

spe fallar, quam de te concepi. Una mulier Hebræa aliquando septem produxit martyres [3], et ipsa in illorum septem decertavit corporibus. Tu autem vel solus mihi sufficies ad gloriam, et beata ego inter matres, quod per te ero insignis. Ecce valeo ante te, o fili, et deficiens quidem corpore separor hodie a tuis suavissimis oculis: animam autem meam, post quam decessero, existima a fili, a tua semper pendere. cum pia confitentem Christi ador bo tribunal, tuis gloriosis laboribus, de tuis propter ipsum notis ac stigmatibus me magnifice circumspiciens et magnificorum illorum præmiorum et lætitiæ futura particeps.

Η'. Ταῦτα πρὸν τὸν παῖδα ἡ μήτηρ ἔλεγε, καὶ ὅσου πάντα ἐκείνου κατεῤῥᾶτο τὰ μέλη· Μακαρία πάλιν ἐγὼ, λέγουσα, ὅτι μήτηρος μέλη σώων, μέλη Χριστῷ θυσίαν προσχθησόμενα. Οὕτως οὖν κἀκεῖνον παρεπτυσσομένη, καὶ ὡς ἥδιστα διαλεγομένη, τὸν μακαρίων ὄντως ἀνάπαυσιν ἀνεπαύσατο· τὸ πνεῦμα μὲν τῷ Θεῷ, τὸ δὲ σῶμα τοῖς γλυκυτάτοις γεγονὸς τοῦ παιδὸς ἐκείνη κεφαλαίοις. Ὁ δὲ ὅσα φιλοστόργως παῖς ἐπὶ μητρὶ φιλοστόργῳ ἐπιδείξας, ἐκείνου μὲν ἄγαν ἀμερῶς θάπτει καὶ φιλοτίμως· αὐτὸς δὲ τὸν μυσερὸν βίον ἐκκαυσάμενος, τοῦτον εἶδος πρώτου μητρὶ χαριζόμενος, τὸ ἀκοσμότερον κόσμου διὰ Χριστὸν, ἐ μετὰ ταῦτα δι' ἐκεῖνον μᾶλλον καὶ τῆς ζωῆς.

VIII. Hæc mater dicebat filio, et simul omnia illius membra deosculantur: Felix ego, rursus dicens, quod membra martyris deosculor, membra idferenda Christo sacrificium. Sic ergo eum amplexens, et quam suavissime disserens vere beata quievit, cum spiritum quidem Deo, corpus autem dulcissimi filii omnibus ornamentis. Ille autem, ut qui in benevolam matrem fuisset semper pius filius illud quidem sepelit splendide et magnifice. Ipse vero vitam suscepit asperiorem. mox etiam primum matris cupiens maximus ex mundo propter Christum fieri, qui postea propter illum a vita quoque erat discessurus.

CAPUT II.

S. Clementis adolescentia. Episcopatus.

Θ'. Ὀρφανῷ μὲν οὖν οὕτως ἐπὶ μητρὸς τῷ Κλήμεντι γεγονέναι (πατέρα γὰρ οὐκ ἔσχε, ἐπεὶ καὶ πάλιν ἐκεῖνος ἐκπεπλεγμένος μητρὶ, μᾶλλον τῇ ἑταίρᾳ, μήτε τὸν πλοῦτον, μήτε τοὺς τούτου ἐπαίνους ἐσπούδασεν· γένει μὲν γὰρ καὶ πλούτῳ τῶν ἐπιφανῶν ἀπλουσίαν, ἀρετῇ δὲ τῶν ἐπιφανῶν. Ἐπεὶ καὶ τοῦτο αὐτὴ καλουμένη, καὶ [illegible] ἡμέρᾳ καὶ σχολάζουσα. Φύσεως δὲ [illegible] οὖσα τὸ παράπαν ἄπειρος [illegible] οἰκονομοῦσα τὰ κατ' αὐτὸν ἀπὸ [illegible] τοῦ Κλήμεντος μητρὸς ἔσεσθαι [illegible] Σοφίας πάλιν πλησθῆναι [illegible] Κλήμεντα σοφὸς αὐτῇ [illegible] οὖσα ὡς ἥλιος ἡ Σοφία [illegible] αὐτὴ τὸν παῖδα σοφὸν [illegible] τῶν ἐνῆς ὡδῖνων [illegible] κἀμοὶ [illegible] ἔλεγε. Οὐ μὴν αὐτὸς [illegible] μητρὶ τὸ [illegible] ἀκμὴν μὲν αὐτῇ [illegible] ἴσχε· πολὺ δὲ [illegible] χαρὰν ἀπεδύσατο [illegible] καὶ βαδίζειν, [illegible] ἀλλὰ τῷ παιδὶ [illegible] πρὸς σπουδαστὴν [illegible]

IX. Atque Clementi quidem sic mater [illegible] Deum enim habebat patrem: [illegible] inducit matrem, quæ nec nomine nec [illegible] quidquam differebat a patre. ipsa quidem et genere insignis et dives. nam ipsa quoque [illegible] vocabatur Sophia, et sicut et illustris semper versabatur a tribunalibus. Cum esset autem [illegible] filium amantissima, cæterum minime [illegible] Dei a vero [illegible] [illegible] [illegible]

habebat, communia proponens iis qui egebant ex aequalibus, suam autem linguæ eos instituens sapientia, et eos ad agnitionem deducens veritatis.

X. Cum itaque aliquando fames invasisset Galatiam, et omnibus similiter hominibus et pecoribus afferret exitium, ipse tollens infantes gentilium, quicunque relicti fuerant orbati parentibus, et quicunque rursus propter paupertatem in viam projecti fuerant, et amictu quo corpus tegerent et alimento quo egebant necessario, alebat, vestiebat, instituebat, et quod his erat longe majus, ad Deum adducebat: ea quidem, quæ ad corpus pertinebant, ex fidelis Sophiæ pecuniis lætus suppeditans; quæ autem ad doctrinam pietatis, et morum ornamentum, et animæ utilitatem, a domo ipse proferens ex sapientia Spiritus. Quos quidem cum et apud ipsum viverent, et ab ipso recte componerentur, et cum eo tecti et salis et assidui essent sermonis participes, et illius doctrina in dies irrigarentur, paulatim virtuti assuefecit, et procedente tempore excitatus est eorum animus, ut cum ipso admirabili Clemente decertarent. Quocirca non solum multos habebat filios, sed eos bonos et bene educatos, Sophia, quæ prius carebat filiis, veluti quamdam civitatem ex his construens adolescentibus, Deo undique circumdatam, qui est murus longe tutissimus.

XI. Clementi autem cum aliis virtutis laboribus, legumina quoque solum erant alimentum. Ab animatis enim omnino abstinebat, illorum trium semper memor puerorum, quorum corpora cum acuisset jejunium, effecit ut expugnari quidem non possent ab igne vitiorum, neque fundi flamma fornacis sensilis.

XII. Sed enim oportebat lucernam imponi candelabro, et videri civitatem quæ est posita supra montem, et Clementem, qui resplendebat tanta luce virtutis, nancisci sacerdotium, ut sic quoque pluribus fieret via salutis. Propterea et Dei e superis suffragio, et communi sententia omnium, qui erant in Galatia, primum quidem sacer præco sacri atrii, deinde etiam paulo post diaconus creatur, et presbyter. Cum duo autem deinde anni præteriissent, ad episcopalem quoque sedem provehitur, alius inter sacerdotes hic quoque exortus Daniel, ut qui etiamsi esset juvenis, omnem tamen sacerdotis senectutem virtute superasset, et ostendisset senectutem non esse hujusmodi, ut rerum bonarum omnino certos efficiat possessores: sed nonnunquam etiam recte institutam juventutem esse virtutis non contemnendam custodem; nam vicesimum quidem annum jam attigerat.

XIII. Cum autem ei esset mandatus magistratus, majorem curam gerebat orphanorum, eos primum sacras docens Scripturas, et deinde etiam divino eos dignans baptismo, et ad eos, quos par erat, gradus, non omnes, sed dignos referens. Hinc factum est, ut ex locis vicinis omnes confluerent,

δεομένοις τῶν ἡλικιωτῶν προτιθεὶς, τῇ δὲ τῆς γλώττης αὐτοῦ σοφίᾳ παιδαγωγῶν καὶ εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοὺς ἐνάγων τῆς ἀληθείας.

Ι'. Ποτὲ οὖν λιμοῦ τὴν Γαλατῶν κατασχόντος καὶ λυμαινομένου πᾶσιν ὁμοίως ἀνθρώποις τε καὶ βοσκήμασιν, αὐτὸς ἀναιρούμενος τὰ τῶν Ἑλλήνων βρέφη, ὅσα τε πατέρων ὀρφανὰ καταλέλειπτο, καὶ ὅσα διὰ πενίαν πάλιν κατ' αὐτὴν ὁδὸν ἔῤῥιπτο, περιβολῆς τε τῆς τὸ σῶμα σκεπούσης, καὶ τροφῆς ἀποροῦντα τῆς ἀναγκαίας, ἔτρεφεν, ἔσκεπεν, ἐπαιδαγώγει, καὶ ὅ γε πολλῷ μεῖζόν ἦν, προσῆγε Θεῷ. τὰ μὲν τοῦ σώματος ἀπὸ τῶν τῆς πιστῆς Σοφίας χρημάτων αὐτοῖς μεθ' ἡδονῆς ἐπαρκῶν, ὅσα δὲ πρὸς μαθησιν εὐσεβείας, καὶ ἤθους κόσμον, καὶ ψυχῆς ὠφέλειαν, οἴκοθεν αὐτὸς ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος σοφίας εἰσφέρων. Ἃ δὴ καὶ παρ' αὐτῷ διαιτώμενα, καὶ ὑπ' αὐτοῦ καλῶς ῥυθμιζόμενα, καὶ στέγης αὐτῷ καὶ ἁλῶν καὶ ὁμιλίας διηνεκοῦ κοινωνοῦντα, καὶ ταῖς ἐκείνου διδασκαλίαις διηνεκοῦς κοινωνοῦντα, καὶ ταῖς ἐκείνου διδασκαλίαις καθ' ἑκάστην ἀρδόμενα, συνήθη κατὰ μικρὸν τῇ ἀρετῇ καθίστατο, καὶ προϊόντι τῷ χρόνῳ εἰς ἄμιλλα αὐτοῖς ἡ ψυχὴ τοῦ θαυμαστοῦ Κλήμεντος διανίστατο. Ὥστε ἦν οὐ πολύπαις μόνον, ἀλλὰ καὶ λίαν εὔπαις ἡ πρὶν ἄπαις Σοφία, καθάπερ τινὰ πόλιν ἐκ τῶν μειρακίων συνοικίζουσα τούτων, Θεὸν πάντοθεν τὸ ἀσφαλὲς περιδεδλημένην τεῖχος.

ΙΑ'. Κλήμεντι δὲ μετὰ τῶν ἄλλων τῆς ἀρετῆς πόνων, καὶ ὄσπρια μόνον ἦν ἡ τροφή· ἐμψύχων γὰρ τὸ παράπαν ἀπείχετο, τῶν τριῶν ἐκείνων ἀεὶ μεμνημένος παίδων, ὧν τὰ σώματα νηστεία στομώσας, ἀνάλωτα μὲν τῷ πυρὶ τῶν παθῶν, ἀχώνευτα δὲ τῇ φλογὶ τῆς καμίνου εἰργάσατο.

ΙΒ'. Ἀλλὰ γὰρ ἔδει τὸν λύχνον ἐπὶ τὴν λυχνίαν τεθῆναι, καὶ τὴν πόλιν ἐπάνω κειμένην ὄρους ὀφθῆναι, καὶ τὸν Κλήμεντα οὕτω πολλῷ τῷ τῆς ἀρετῆς φωτὶ διαλάμποντα τῆς ἱερωσύνης ἀξιωθῆναι, ἵν' οὕτω καὶ πλείοσι μᾶλλον ὁδὸς γένηται σωτηρίας. Διὰ τοῦτο ψήφῳ σε Θεοῦ ἄνωθεν, καὶ κοινῇ πάντων ὁμοῦ τῶν ἐν Γαλατίᾳ γνώμῃ, πρῶτα μὲν ἱεροκήρυξ τῆς ἁγίας αὐλῆς, εἶτα διάκονος, οὐκ ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ πρεσβύτερος ἀναδείκνυται. Δύο δὲ παρελθόντων ἐξῆς ἐνιαυτῶν, καὶ εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἀνάγεται θρόνον, ἄλλος ἐν ἱερεῦσι Δανιὴλ καὶ οὗτος ἀναφανείς, εἰ καὶ νέος, ἀλλ' οὖν ἅπαν ἱερέως γῆρας κατ' ἀρετὴν ὑπερδεδηκώς, καὶ δείκας ὅτι μὴ καθόλου τὸ γῆρας πρὸς τὴν τῶν καλῶν κτῆσιν ἐγήρυνον· ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ νεότης εὐπαιδαγωγηθεῖσα φυλάξαι τὴν ἀρετὴν οὐκ ἀδόκιμον· εἰκοστοῦ μὲν γὰρ ἤδη τῆς ἡλικίας ἥπτετο ἔτους.

ΙΓ'. Ἐγχειρισθεὶς δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν, πλείονα μᾶλλον ἐποιεῖτο περὶ τοὺς ὀρφανοὺς τὴν κηδεμονίαν, τὰς τὰς ἱερὰς πρότερον αὐτοὺς Γραφὰς ἐκπαιδεύων, εἶτα καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀξιῶν καὶ βαθμοῖς οὐ πάντας, ἀλλὰ τοὺς ἀξίους, τοῖς καθήκουσι καταλέγων. Ἐντεῦθεν εἰ ἐκ γειτόνων πάντες συν-

ἔρρεον, τὰ οἰκεῖα τέκνα πρὸς αὐτὸν ὅλῳ θυμῷ προσάγοντες. Ἃ δὴ καὶ ὡς γνησίους ἑαυτοῦ πατὴρ μεθ' ἡδονῆς προσδεχόμενος, τῆς ὁμοίας ἠξίου δήπουθεν ἀγωγῆς καὶ παιδεύσεως. Ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ πρῶτοι τῆς ἀρετῆς τοῦ ἀγαθοῦ Κλήμεντος ὄντως καρποί, καὶ τοιαῦτα τὰ τῆς ἱερωσύνης προοίμια.

A suos filios ad ipsum ex toto animo addücentes. Quos quidem tanquam germanos suos filios suscipiens, similiter educabat atque instituebat. Sed sunt hi quidem primi revera fructus virtutis boni Clementis, et talia præmia sacerdotii.

CAPUT III.

S. Clementis captivitas, adversus blanditias et minas constantia.

ΙΔ'. Ἐξῆς δὲ πέρας αὐτῷ λαμβάνειν αἱ τῆς μητρὸς προρρήσεις ἄρχονται, καὶ ὁ τοῦ μαρτυρίου θεῖος διακλέκεσθαι στέφανος· μικρὸν δὲ ἀνωτέρω τὸν λόγον προσῆκον ἡμᾶς ἀγαγεῖν. Ἄρτι Διοκλητιανοῦ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀνεδεξαμένου, κἀκεῖνο πρῶτον ἔτος ἐπ' αὐτῇ ἄγοντος, καινὰ μὲν κατὰ Χριστιανῶν εἴδη βασάνων ἐπινενόητο, καινοὶ δὲ τρόποι θανάτων ἠπείληντο, καὶ γράμματα κατὰ πᾶσαν τὴν ὑποτελῆ Ῥωμαίοις ἐπέμπετο, ἄρχουσί τε καὶ ἡγεμόσι, βιαιρίοις τισί τε καὶ ἀνθυπάτοις, τιμωρίας κατὰ τῶν εὐσεβῶν καὶ σφαγὰς ἀδίκους ἀποφαινόμενα, καὶ ἀπειλήσεσι μὲν περὶ ταῦτα τὸν ἴσον καὶ αὐτοῖς ἀπειλοῦντα κίνδυνον, σπουδάσασι δὲ πλοῦτον ὑπισχνούμενα, δωρεάς, καὶ τὸ ἐν πρώτοις τῶν βασιλικῶν εἶναι φίλων, καὶ ὡς οὗτός ἐστιν ὁ τῇ τιμῇ πάντας ὑπερέξων, ὅστις δὴ καὶ τῇ περὶ ταῦτα ὑπερέξει σπουδῇ. Οἱ γοῦν κατὰ πόλεις καὶ χώρας ἀσεβεῖς ἡγεμόνες, ὑπέκκαυμα δήπου τῆς ἑαυτῶν μανίας τὴν τοῦ κρατοῦντος ποιούμενοι θεραπείαν, μίαν ταύτην γνώμην εἶχον ὁμοίαν, μίαν ὁρμήν, ἓν διὰ παντὸς σπούδασμα, ὥστε κατακόψαι τοὺς ἐν εὐσεβείᾳ ζῶντας, καὶ οὕτως ἐκτρῖψαι καὶ ἀνελεῖν ἅπαντας, ὅπως μηδεὶς αὐτοὺς διαλάθοι τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον. Ἀμέλει καὶ Δομετιανῷ τινι τὴν τοῦ βικαρίου ἀρχὴν ἔχοντι καὶ τοῖς μέρεσι τῆς Γαλατίας ἐνδιατρίβοντι, τὰ κατὰ τὸν μέγαν τοῦτον καὶ θαυμαστὸν ἀναφέρουσι Κλήμεντα, ὡς ἄρα πολύ τι νηπίων ἀποσπάσας πλῆθος, τῷ λεγομένῳ προσαγάγοι Χριστῷ, καὶ τὴν μὲν θρησκείαν τῶν μεγάλων θεῶν, ὡς οἷόν τε διακωλύει, ἐκείνῳ δὲ προσανέχειν τοὺς πολλοὺς ἀναπείθει, καὶ ζῶντα μόνον αὐτὸν κηρύττει Θεόν.

XIV. Deinceps autem ei finem incipiunt accipere matris prædictiones, et contexi divina corona martyrii: est autem a nobis oratio ducenda paulo altius. Cum Diocletianus Romanum suscepisset imperium, et in eo primum annum ageret, nova quidem genera tormentorum excogitata fuerant adversus Christianos: novorum autem mortis generum minæ fuerant intentatæ: et mittebantur litteræ per omnem terram, quæ parebat Romanis, quæ magistratibus et præsidibus, vicariisque et proconsulibus adversus pios supplicia et cædes injustas significabant, et iis, qui in iis fuissent negligentes, æquale minabantur periculum; iis autem, qui diligenter fuissent exsecuti, opes pollicebantur, dona, et esse inter primos amicos imperatoris; et eum honore omnes esse superaturum, qui in his rebus fuerit studio superior. Qui ergo in urbibus et regionibus erant impii præsides, ex obsequio in principem ducentes suæ fomitem insaniæ, in hoc consentiebant, ut eos, qui in pietate vivebant, conscinderent, et ita omnes delerent et de medio tollerent, ut eorum, qui timebant Dominum, nullus evaderet. Itaque ad Domitianum quoque, qui vicarii gerebat magistratum, et versabatur in partibus Galatiæ, referunt de hoc magno et admirabili Clemente, quod cum infantium magnam abstraxisset multitudinem, ad Christum qui dicitur, adduceret, et magnorum deorum cultum, quantum posset, prohiberet, persuaderet autem multis illi animum adhibere, et vivum solum eum Deum prædicare.

ΙΕ'. Ταῦτα ὁμοῦ τε Δομετιανὸς ἤκουσε, καὶ ὁμοῦ κατασχεθῆναι τοῦτον καὶ προσαχθῆναι κελεύει· παραστάντι δὲ μετ' οὐ πολὺ προσχὼν, ὑπούλως αὐτὸν ἄγαν καὶ θεραπευτικῶς ὑποκλέπτειν ἀπεπειρᾶτο, Ἀσύμφωνα, λέγων, ταῖς κατηγορίαις ἐπὶ σοῦ καὶ οὐ συμφῶντα τὰ ὁρώμενα· τό τε γὰρ τῆς ὄψεως, καὶ τὸ τοῦ παραστήματος εὐγενές, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ ἤθους ἡμερικόν τε καὶ μέτριον συνετῆς μοι δοκοῦσι ψυχῆς πάντα καὶ ἐλευθέρας. Ἃ δὲ ὑπό τινων κατὰ σοῦ λέλεκται, ἀπαιδευσίας μᾶλλον μειρακιώδους καὶ γνώμης ἀνελευθέρου καὶ ἀγεννοῦς· αὐτὰ δὲ ὅμως δεῖξαι τὰ πράγματα· εἰσόμεθα γὰρ ἂν ἀπὸ σοῦ ῥᾷον τὸ ἀληθὲς, εἴγε μικρά τινα χαρίσῃ τῆς συνέσεως τῆς σῆς ἡμῖν ῥήματα. Καὶ ὁ μάρτυς· Ἡ φρόνησις, εἶπεν, ἡμῶν καὶ ἡ σύνεσις Χριστός ἐστιν ἡ ὄντως

XV. Hæc simul ac audiisset Domitianus, eum jubet adduci. Qui cum paulo post ante eum constitisset, eum blandis et insidiosis verbis ad se attrahere conabatur: Quæ videntur, dicens, nequaquam conveniunt et congruunt iis, quæ de te allatæ sunt, accusationibus. Vultus enim et species liberalis, morumque mansuetudo et moderatio, mihi omnino videntur prudentis et ingenui animi. Quæ autem de te dicta sunt ab aliquibus, sunt puerilis potius inscitiæ, pusillique animi et plane illiberalis. Res vero ipsa id indicabit. Ex te enim vera discemus facilius, si pauca quædam dederis verba tuæ prudentiæ. Martyr autem: Nostra, inquit, prudentia et intelligentia est Christus, qui est vere sapientia, qui Dei est Patris Filius et Verbum,

cujus verbo producta sunt omnia, a quo ipsum quoque dicere et sapere nos habemus.

XVI. Respondens autem vicarius: Me, inquit, per deos, affecisti molestia, cum has præter omnem spem statim ab initio nugas dicere cæperis. Sed si mihi credas, has longas nugas multum valere jubens, veni et diis sacrifica propitiis, eorum quidem, qui eos contemnunt et inficiantur, supplicia, eorum autem rursus, qui venerantur et colunt, honores reputans. Eorum vero, quæ dicuntur, nos tibi sumus exemplum, qui per ipsos ad hunc pervenimus magistratum, et beneficii gratias eis referimus, honorando eos, qui ipsos colunt, et suppliciis afficiendo eos qui nolunt parere. Cum ad hæc ille risisset, ut est consentaneum, quod donorum, quibus afficeretur, et turpium meminisset honorum, et promptum ejus animi studium videretur his dissolvere: Sed nos quidem, inquit, o præses, sentimus his contraria, et damnum quidem vestra dona; honorem autem, ignominiam; et magistratum esse putamus servitutem; contumelias vero rursus, supplicia et minas, voluptatem et delicias, et quod est his majus, cum Deo conjunctionem. Hæc cum tu scias, nec promissis et honoribus, neque rursus minis et suppliciis, existimes te posse nos abducere a pietate.

XVII. Hæc paulatim movebant animum Domitiano, et sanctum acrius intuens: Ego te, inquit, omnino feci arrogantiorem, cum me in te tam leniter gesserim. Non est autem mirum, si cum tu perpetuo vitam agas cum pueris, non absimilem eis sensum habeas. Cæterum nisi et deos placaris sacrificiis, et hinc nostram lucrifeceris benevolentiam, scias pœnam mortis esse tibi subeundam, eamque, non quæ breviter et cito afferatur, ut tu fortasse existimaveris, sed multis prius et variis affecto suppliciis, deinde etiam esse gravissimum sustinendum modum mortis, ut et ipse malus male abolearis, et tuo exemplo castiges multorum arrogantiam.

XVIII. Admirabilis vero Clemens: Quoniam mihi, inquit, pueros objicis, ego, inquit, studui pueris eam indere prudentiam, quam ignorant qui sunt apud vos viri, et ex his ipsis qui sunt seniores et sapientiores. Nam quæ est vere Dei sapientia, seipsam abscondit a sapientibus et prudentibus, et revelavit videlicet infantibus. Glorior autem et prædico me offerre sacrificia, sed Deo meo rationabilia: non, ut ipsi, torrentes sanguinis, fumosque et nidores, quibus eos, qui sunt apud vos, deos colitis, vel maxime præter rationem. Quod si meum sanguinem pro ipso sacrificavero, ita mihi quoque aderit, si non ex æquo, at aliqua ex parte Domino meo vicem rependere. Etenim me, Christe Rex, ipse tuo pretioso redemisti sanguine.

A σοφία, ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Υἱὸς καὶ Λόγος, οὗ λόγῳ παρήχθη τὸ πᾶν, παρ' οὗ καὶ αὐτὸ τὸ λέγειν τε καὶ φρονεῖν ἡμεῖς ἔχομεν.

ΙϚ'. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ βικάριος, Ἐλύπησάς με, μὰ τοὺς θεούς, ἔφη, τοιαῦτα παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα φλυαρεῖν ἐκ προοιμίων εὐθὺς ἀρξάμενος· ἀλλ' εἴ τι μοι πείθῃ, μακρὰ τοῖς μακροῖς τούτοις λήροις χαίρειν εἰπών, θῦσον προσελθὼν τοῖς εὐμενέσι θεοῖς, τῶν μὲν ἀθετούντων αὐτοὺς καὶ ἀρνουμένων τὰς τιμωρίας, τῶν δὲ θεραπευόντων πάλιν καὶ σεβομένων τὰς τιμὰς ἀναλογισάμενος. Καί σοι παράδειγμα τῶν λεγομένων ἡμεῖς, οἱ δι' αὐτῶν εἰς ταύτην τὴν ἀρχὴν προελθόντες, καὶ χάριτας αὐτοῖς τῆς εὐεργεσίας, τάς τε πρὸς τοὺς σεβομένους τιμὰς, καὶ τὰς πρὸς τοὺς μὴ πειθομένους αὐτοῖς θύειν κολάσεις παρέχον- B τες. Πρὸς ταῦτα γελάσας ἐκεῖνος ὡς εἰκὸς, ὅτι καὶ δωρεᾶς πρὸς αὐτὸν ὁ ἄρχων καὶ τιμῶν τῶν ἀτίμων ἐμέμνητο, καὶ τούτους ἐκλύειν αὐτὸν ἐδόκει τῆς προθυμίας, Ἀλλ' ἡμεῖς, ὦ ἄρχων, ἔφη, τὰ ἐναντία μᾶλλον φρονοῦντες ἐσμεν, καὶ ζημίαν μὲν τὰς παρ' ὑμῶν δωρεὰς, ἀτιμίαν δὲ τὴν τιμήν, καὶ τὴν ἀρχὴν δουλείαν ἡγούμεθα, ὕβριν δέ πάλιν καὶ τιμωρίας καὶ ἀπειλὰς, ἡδονὴν ταῦτα καὶ τρυφὴν, καὶ τό γε μεῖζον πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν. Τοῦτο τοίνυν εἰδὼς, μήθ' ὑποσχέσεσι καὶ τιμαῖς, μήτ' ἀπειλαῖς πάλιν καὶ τιμωρίαις οἷόν ποτὲ γοῦν ἀποστῆσαί τῆς εὐσεβείας ἡμᾶς.

ΙΖ'. Ταῦτα κατὰ μικρὸν ἐκίνει τὸν θυμὸν Δομετιανοῦ, καὶ πρὸς τὸν ἅγιον δριμύτερον ὑποβλέψας, Ἐγώ σε, ἔφη, πάντως αὐθαδέστερον εἰργασάμην, C οὕτως ἐπιεικῶς σοι προσενεχθείς· θαύμαστὸν δὲ οὐδὲν, εἰ παιδίοις τὸν ἀεὶ χρόνον συνδιαιτώμενος παραπλήσιον ἐκείνοις ἔσχες τὸ φρόνημα. Πλὴν ἀλλ' εἰ μὴ καὶ τοὺς θεοὺς θυσίαις ἐξιλεώσῃ, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐντεῦθεν κερδήσεις εὐμένειαν, ἴσθι ὅτι θανάτός σοι ἔσται τὸ ἐπιτίμιον, καὶ οὗτος οὐκ ἐν βραχεῖ, καθάπερ ἄν αὐτὸς οἰηθῇς, καὶ ταχὺς ἐπαγόμενος, ἀλλὰ πολλαῖς πρότερον ἐκδοθεὶς καὶ ποικίλαις ταῖς τιμωρίαις, εἶτα καὶ τρόπον τελευτῆς ὑποστήσῃ βαρύτατον, ὡς ἂν κακός τε αὐτὸς κακῶς ἐκτριβῇς, καὶ σωφρονήσῃς τῶν πολλῶν τὴν ἀπόνοιαν.

ΙΗ'. Καὶ ὁ θαυμαστὸς Κλήμης· Ἐπεί μοι τὰ τῶν παίδων ἔτι προσφέρεις, ἐγὼ μὲν ἐνθεῖναι φρένα καὶ νηπίοις ἐσπούδασα, ἣν οἱ παρ' ὑμῖν ἀγνοοῦσιν ἄνδρες, καὶ τούτων αὐτῶν οἱ πρεσβύτεροι καὶ σοφώτεροι. Ἡ γὰρ ὄντως σοφία τοῦ Θεοῦ ἀπέκρυψεν ἑαυ- D τὴν ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψε δηλαδὴ νηπίοις. Εὔχομαι δὲ καὶ θυσίαις προσενεγκεῖν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ μου τὰς λογικάς· οὐχ ὥσπερ αὐτοὶ χειμάρρους αἱμάτων, καὶ καπνοὺς, καὶ κνίσσας, οἷς τοὺς παρ' ὑμῖν θεοὺς ἀλογώτατα θεραπεύετε. Εἰ δὲ καὶ τὸ οἰκεῖον ὑπὲρ αὐτοῦ καταθύσω αἷμα, γενήσεταί μοι καί οὕτως, εἰ καὶ μὴ τοῖς ἴσοις, ἀλλὰ καί πῃῶς γοῦν τὸν ἐμὸν Δεσπότην ἀμείψασθαι. Καὶ αὐτὸς γὰρ με, Χριστὲ βασιλεῦ, τῷ σῷ τιμίῳ ἐξηγόρασας αἵματι.

CAPUT IV.

Atrocia Ancyræ tolerata tormenta.

ΙΘ'. Ταῦτα τοῦ μάρτυρος μετὰ πλείονος εἰπόντος τῆς παῤῥησίας, ῥίψας τὸ προσωπεῖον ὁ ἄρχων, ἣν ὦδινε κατ' αὐτοῦ παλαι μανίαν ταύτην εἰς μέσον ἐξήγαγε· καὶ μετεωρίσαντες οἱ παρεστῶτες εὐθέως ἐπὶ ξύλου τὸν ἀθλητὴν, οὕτως ὑπ' αὐτοῦ προσταχθεν, διέξαινόν τε αὐτοῦ τὰς πλευρὰς, καὶ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων μὴ καταφλυαρεῖν τοιαῦτα ἐπέλεγον. Βαθεῖαι μὲν οὖν κατὰ τῶν ἐκείνου σαρκῶν ἐτέμνοντο αὔλακες, καὶ τὰ πλεῖστα τούτων ἀφῃρεῖτο, καὶ ἡ ἔνδον παρεγυμνοῦτο διάπλασις, ὡς μηδὲ ἀνεκτὸν ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς εἶναι θέαμα. Ὁ δ' οὐκ ἔπαθε τὴν ψυχὴν, οὐκ ἠλλοίωσε τὴν μορφὴν, οὐ μετέβαλε τὴν φωνὴν, οὐ ῥῆμα ἐλεεινὸν οὐδὲν, οὐ στεναγμὸν ἀφῆκεν ὀδυνωμένου. Ἀλλ' ὥσπερ δὴ τῶν παρεστηκότων καὶ θεωμένων πλείονος μᾶλλον αὐτὸς ἀπολαύων ἀδίας, καὶ τῶν ξαινόντων αὐτῶν ἀπαθέστερον διακείμενος, εὐγενῶς μάλιστα καὶ μεγαλοψύχως τῷ ἀγωνοθέτῃ Θεῷ ηὐχαρίστει.

Κ'. Ὡς δὲ χρόνος ἐτρίβετο τῇ τιμωρίᾳ πολὺς, καὶ παρεῖντο μὲν τοῖς δημίοις αἱ χεῖρες, ὁ μάρτυς δὲ τὴν αὐτὴν ἐπεδείκνυτο γενναιότητα, ὑποχαλάσαι τὸν τόνον αὐτοῦ τῆς ἀνδρείας βουλόμενος ὁ ἄρχων. Μὴ νόμιζε, εἶπεν, ὦ οὗτος, καὶ αὐτὸν ἐμὲ τῇ καρτερίᾳ ὑπερβαλεῖν· ἀλλ' εἰ καὶ τὸ πολὺ τῆς ὥρας μικρόν τι τὰς δεξιὰς καμεῖν τοὺς ξαίνοντας παρεσκεύασεν, ἀλλ' ἐγὼ πάλιν ἑτέρους ἀντικαταστήσω σοι νεαροὺς, οἳ οὐ πρότερον ἀνήσουσι ξαίνοντι, πρὶν ἂν γυμνά σοι σαρκῶν τὰ ὀστᾶ καταλίπωσι. Καὶ αὐτίκα δήμιοι πάλιν ἐκ διαδοχῆς τὸν μάρτυρα περιστάντες, τὰ ὅμοια τοῦτον καὶ αὐτοῖς τοῖς προτέροις ἐποίουν, ἕως καὶ αὐτοῖς ὁμοίως ἄτονοί τε καὶ ἀσθενεῖς αἱ χεῖρες κατέστησαν. Ὁ τοίνυν ἀνόητος ἄρχον ἐκεῖνος, τοῦτο μὲν τοῦ μάρτυρος τὴν καρτερίαν καταπλαγεὶς, τοῦτο δὲ τῇ ἀτονίᾳ τῶν δημίων ἐπαισχυνθεὶς, κατενεῴθηνοι αὐτὸν κελεύει τοῦ ξύλου. Ὁ δὲ ἦν ἄρα οἷον οὔτε δημίων ἰδεῖν ὀφθαλμοῖ, οὔτε χεῖρες ὑπέμενον ἅψασθαι· γεγύμνωτο μὲν γὰρ τῶν σαρκῶν ὅλος, καὶ ταύτας καθάπερ ἱμάτιον ἀποδέδυτο, μόνῳ δὲ ἄνθρωπος εἶναι τῷ πήγματι τῶν ὀστῶν ἐῴκει, καὶ τούτοις αἵματι κεχρωσμένοις παράλογόν τι θέαμα, καὶ τὴν ὄψιν αὐτόθεν ἰλίγγου πληροῦν δυνάμενον.

ΚΑ'. Ἐφ' οἷς τὸ βιάζεσθαι καὶ κολάζειν ἐκεῖνος ἀπαγορεύσας, ὡς οὐδὲν αὐτῷ φανὲν χρήσιμον, πειθοῖ πρὸς αὐτὸν αὖθις ἐχρῆτο καὶ προσηνείᾳ· καὶ, Δύο σοι, ἔλεγεν, ὦ Κλήμη, τῶν ἀνηκέστων τούτων κακῶν γεγόνασιν αἴτια, φθόνος καὶ ἔρις· ἀλλ' ὁ μὲν φθόνος σοι παρὰ τῆς τύχης ἀπήντησεν, ἥτις καὶ βασκαίνουσά σοι πάντως οὐκ ἐᾷ κατὰ νοῦν χωρεῖν σοι τὰ πράγματα. Ἐκ δὲ φύσεως τὸ φιλόνεικον· αὕτη γὰρ εἰς ἄκαιρόν σε πάλιν ὑποθήγουσα ἔριν, πεισθῆναι ἡμῖν ἀπείργει, καὶ διὰ τοῦτο κακοῖς μέν σε περι-

XIX. Hæc cum martyr cum magna dixisset fiducia, abjecta persona præses, quam olim in ipsum parturiebat insaniam, eam produxit in medium : et cum sublimem super lignum statim athletam sustulissent qui aderant, quod is ita jussisset, ejus latera laniabant, et acclamabant, ne jussa contemneret imperatoris. Profundi itaque sulci secabantur in illius carnibus, et earum magna pars auferebatur, et forma internorum aperiebatur viscerum, ut ne hominum quidem oculis esset tolerandum spectaculum. Ille autem non est animo commotus, non mutavit formam, non vocem, non verbum emisit miserabile, non genitum ejus qui dolore cruciatur : sed perinde ac si esset securior iis, qui aderant et contemplabantur, et minus sentiret quam ipsi qui cædebant, magno animo agebat gratias Deo agonothetæ.

XX. Cum vero in ejus supplicio multum temporis consumeretur, et remissæ quidem essent manus lictoribus, martyr autem eumdem fortem et generosum ostenderet animum, volens præses dissolvere fortis ejus animi robur, Noli, inquit, o tu, existimare fore, ut tu me superes fortitudine : sed etsi longum tempus effecerit, ut eorum, qui cædunt, dexteræ sint parum defessæ, at ego rursus eorum loco alios ponam recentes, qui non prius te cessabunt cædere, quam nuda carnibus ossa tua reliquerint. Statimque lictores ex successione rursus martyrem circumsistentes, ei quoque simili faciebant prioribus, donec eis quoque similiter manus imbecillæ fuerunt et defessæ. Ille ergo stultus præses, partim quidem admiratur martyris constantiam, partim autem pudore affectus propter lictorum imbecillitatem, jussit eum deponi de ligno. Ille vero talis erat, qualem nec oculi lictorum aspicere, neque manus sustinebant tangere, erat enim omnino nudatus carnibus, eisque tanquam veste erat exutus : solum autem propterea, quod essent ossa fixa, homo esse videbatur; quæ ipsa quoque erant illita sanguine, quoddam novum et alienum spectaculum, et quod vel ex se possit efficere ut caligent oculi.

XXI. Quocirca cum ille desperasset se posse ei vim afferre et castigare, utpote quod ei visum esset inutile, persuasione rursus apud eum utebatur et lenitate, et : Duæ tibi, aiebat, o Clemens, fuere causæ tantorum malorum, invidia et contentio : sed ad te quidem a fortuna pervenit invidia, quæ tibi omnino invidens, non sinit res tibi succedere ex sententia. A natura autem est tibi contentio : ea enim te ad intempestivam rursus litem incitans, prohibet quominus nobis pareas; et ideo in mala

te conjecit extrema: magnis autem privavit muneribus, quæ eras consecuturus, si voluisses cedere jussui imperatoris. Vel potius tibi quoque fortuna injecit contentionem, volens tibi omni ex parte adversari, et tua semper labefactare. Sed vel breve aliquod momentum temporis parce misero corpori, et noli, dum in re vana vis ostendere egregiam animi constantiam, immaturam mortem et violentam subire.

XXII. Ad hæc Clemens admirabilis, alias illius nugas ne minimum quidem curans, hoc ei solum respondit: Quæ mihi a te mors est afferenda, o judex, et corpori interitus vacuitatem, et animæ efficit immortalitatem. Et hoc, inquit vicarius, omnino est vestræ stultitiæ, id quod est bonum, usque adeo ignorare et negligere, ut et dulcem hanc lucem, benignumque et lætum illud astrum, nempe solem, quæ ad fruendum et nos oblectandos dii nobis concesserunt, spe alicujus alterius incertæ vitæ amittatis. Etenim si rursus in eadem permaneas inobedientia, acceperis quidem aliquam brevem a tormentis dilationem, ne tam vehementibus suppliciis tibi corpus defatigetur; sed hæc remissio erit tibi paulo post causa majorum malorum; et cum te parvo tempore collegeris, magnis rursus et variis traderis suppliciis: quorum, ut mihi videtur, anima quoque e corpore excedens, sensum habebit acerrimum. Martyr autem: Solis, inquit, minis, ut videtur, et nudis verbis polliceris mihi te impleturum ea, quæ desidero. Cæterum cum scias quænam sit mihi sententia, noli usque ad verba solum sistere, sed tibi ad opus perducantur omnia, et a nulla re abstineas, quæ sit aspera et difficilis.

XXIII. Tunc ferus ille et immitis ab ira consueta abripitur, et cum dixisset: Plane contentiosum animal est homo iste, genas et os jubet ei verberari. Nam quoniam, inquit, hæc sola pars corporis rem ansit minime affecta supplicio, dicendi utitur libertate. Patiatur ergo hæc quoque similiter atque aliæ partes corporis. Statimque ex lictoribus, qui erant quidem paulo humaniores, alii quidem eum solis manibus verberabant, alii autem etiam sustinebant ut qui lacerationibus jam esset dissolutus, et ad terram diffueret: quotquot vero audaciores erant et crudeliores, lapidibus quoque in eum utebantur, et iis illud veridicum martyris os pulsabant. Martyr autem, Magno, inquit, me honore affecisti, o tyranne, magno, inquam, affecisti honore, non supplicio. Quomodo enim non est honor servo, dignum haberi, qui eadem perpetiatur quæ Dominus, et pro illi passionis socii et martyres? Colaphis quoque cæsus est vultus mei Domini, et lapidibus fuit interemptus Stephanus. Hæc quoque mihi nunc magnum decus et ornamentum afferunt. Levat mihi laborem passionis imitatio; sedat mihi dolorem, iis qui sunt me præstantiores, in honore æqualitas. Hæc dicebat, et ad suum Agonothetam frequenter tollens oculos, vehementi studio agebat gratias.

Α δέδληκε τοῖς ἐσχάτοις· μεγάλων δὲ ἀπεστέρησε δωρεῶν, ὧν ἀπολαύειν ἔμελλες ἄν, εἰ τῷ βασιλικῷ ὑπείκειν ἐβούλου προστάγματι· μᾶλλον δέ σοι καὶ τὴν ἔριν ἡ τύχη ἐνέβαλεν ἐναντιοῦσθαί σοι παντεχοῦ καὶ σφάλλειν ἀεὶ τὰ σὰ βουλομένη. Ἀλλὰ φεῖσαι κἂν βραχεῖαν καιροῦ ῥοπὴν τοῦ ἀθλίου σου τούτου σώματος, καὶ μὴ τῷ βούλεσθαι δῆθεν, ἐπὶ ματαίῳ παράστημα γενναῖον ἐπιδεῖξαι ψυχῆς, ἄωρον ὑποστῇς οὕτω καὶ βιαιότατον θάνατον.

ΚΒ'. Πρὸς ταῦτα ὁ θαυμαστὸς Κλήμης, τῶν ἄλλων ἐκείνου λήρων μηδὲ ὀλίγα φροντίσας, τοῦτο πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο μόνον, ὡς Ὁ παρὰ σοῦ μοι θάνατος, ὦ δικαστά, καὶ τῷ σώματι ἀφθαρσίαν, καὶ ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς κατεργάζεται. Καὶ ὁ βικάριος, Καὶ τοῦτο, φησί, τῆς ὑμετέρας πάντως μω- Β ρίας, τὸ καὶ ἀμαθῶς ἔχειν καὶ ὀλιγώρως παντάπασι τοῦ καλοῦ, ὡς καὶ τὸ γλυκὺ τοῦτο φῶς καὶ προσηνὲς καὶ φαιδρὸν ἄστρον ἐκεῖνο τὸν ἥλιον, ἅπερ εἰς ἀπόλαυσιν καὶ τέρψιν ἐχαρίσαντο ὑμῖν οἱ θεοί, ἐλπίδι τινὸς ἑτέρας ἀδήλου ζωῆς ἑτοίμως προΐεσθαι. Καὶ γὰρ εἰ τῇ αὐτῇ καὶ πάλιν ἐπιμένοις ἀπειθείᾳ, βραχεῖαν μέν τινα λάβοις ἂν τῶν βασάνων ἀνακωχήν, ὅπως μὴ ἀπαγορεύσῃ σου τὸ σῶμα ταῖς συντόνοις κολάσεσιν, ἀλλ' ἡ τοιαύτη ἄδεια μειζόνων σοι αἰτία κακῶν ὅσον οὔπω γενήσεται, καὶ μικρόν τινα χρόνον ἀναλαβὼν ἑαυτόν, μεγάλαις αὖθις καὶ πολυτρόποις ἐκδοθήσῃ ταῖς τιμωρίαις, ὧν, ἐμοὶ δοκεῖν, ἡ ψυχή καὶ τοῦ σώματος ἐκδημοῦσα, πολλὴν ἕξει τὴν αἴσθησιν. Καὶ ὁ μάρτυς· Ἀπειλῇ, φησίν, ὡς ἔοικε, μόνῃ καὶ ψιλῷ ῥήματι πληροῦν ἐπαγγέλλῃ μοι τὰ C ποθούμενα. Πλὴν ἀλλὰ ὁποῖά μοι τὰ τῆς γνώμης εἰδὼς, μὴ μέχρι ῥημάτων ἰσασόμενον, ἀλλ' εἰς ἔργον προαγέσθω σοι πάντα, καὶ μηδενὸς ἀπέχου τῶν χαλεπῶν.

ΚΓ'. Ἐνταῦθα τοῦ συνήθους πάλιν ὁ θηριώδης ἐκεῖνος καὶ ἀπηνὴς θυμοῦ γίνεται καὶ, Μὰ τοὺς θεοὺς, φιλόνεικον ζῶον ὁ ἄνθρωπος οὗτος, εἰπών, τύπτεσθαι αὐτὸν κελεύει κατὰ τῶν παρειῶν καὶ τοῦ σκόματος. Ὅτι γὰρ, φησὶν, ἀτιμώρητον αὐτῷ τοῦ σώματος τοῦτο κατελείφθη μόνον, παῤῥησιάζεται· πεσχέτω οὖν καὶ αὐτὸ τῷ λοιπῷ σώματι παραπλήσια. Καὶ αὐτίκα τῶν δημίων ὅσον δὴ καὶ φιλανθρωπότερον ἦν, οἱ μὲν ταῖς χερσὶν ἔτυπτον μόναις, οἱ δὲ καὶ ἀνεῖχον ἐκλελυμένον ὑπὸ τῶν ξεσμῶν ἤδη καὶ πρὸς γῆν καταῤῥέοντα· ὅσοι δὲ θρασύτεροι καὶ ὠμότεροι, καὶ λίθοις ἐχρῶντο κατ' αὐτοῦ, καὶ τού- D τοις τὸ μαρτυρικὸν ἐκεῖνο σόμα καὶ φιλάληθες ἔπαιον. Ὁ δὲ μάρτυς, Ἐτίμησας με, τύραννε, μᾶλλον, ἔλεγεν, ἐτίμησας, οὐκ ἐκόλασας· Πῶς γὰρ οὐ δούλῳ τιμὴ τῶν αὐτῶν τῷ Ἐσπότῃ καὶ τοῖς πρώτοις ἐκείνῳ κοινωνοῖς τοῦ πάθους ἀξιοῦσθαι καὶ μάρτυσιν; Ἐῤῥαπίσθη μου καὶ ὁ Δεσπότης τὸ πρόσωπον, λίθοις ἀνῃρέθη καὶ Στέφανος, τούτοις κἀγὼ νῦν ἐπιεικῶς καλλωπίζομαι. Κουφίζει μου τὸν πόνον ἡ μίμησις τοῦ πάθους, κοιμίζει μοι τὴν ὀδύνην ἡ τῶν κρειττόνων ἐπιθυμία. Ταῦτα ἔλεγε, καὶ πρὸς τὸν οἰκεῖον Ἀγωνοθέτην θαμὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνατείνων, συντομώτερον εἶχετο τῆς εὐχαριστίας.

ΚΔ'. Δομετιανὸς δὲ τοῖς ὅλοις ἀπαγορεύσας, τῇ φυλακῇ τέως αὐτὸν παραπέμπει, οἰόμενος δὲ ἄρα ὡς οὐκ ἂν δύναιτο τοῖς γε ποσὶ χρῆσθαι πρὸς τὴν πορείαν, οἷα τοῦ σώματος αὐτῷ ταῖς προλαβούσαις τιμωρίαις πεπονηκότος, ἑκατέρωθεν αὐτὸν κελεύει διαβασανίζεσθαι· ἀλλ' ὁ ὑποστηρίζων πάντας καὶ ἀνορθῶν τοὺς κατερράγμένους, οὐκ εἴασε χειρὸς αὐτὸν δεηθῆναι θεραπευούσης τὸ βάδισμα, ἀλλὰ τοὺς προσιόντας ἀπωθούμενος τῶν Ἑλλήνων ἡρέμα δὲ κἀκεῖνο ὑποφωνῶν. — Ἕλλαιον ἁμαρτωλῶν κὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου, — αὐτοῖς ποσὶ τὴν ὁδὸν ἐκείνην αὐτὸς ἦνυεν. Ὡ δὴ καὶ οὕτως ἀπιόντα προσχὼν ὁ βικάριος ὑπερηγάσθη τῆς καρτερίας, καὶ πρὸς τοὺς παρεστῶτας ἐπιστραφείς, Βαβαὶ τῆς ὑπομονῆς, ἔφη· τοιούτων ἄρα στρατιωτῶν ἔδει τοῖς αὐτοκράτορσιν, ὡς εἶναι κινδύνου τε παντὸς ἀνωτέρους, καὶ τηλικοῦτον ἐν τοῖς δεινοῖς φρόνημα διασώζοντας. Πλὴν ἀλλὰ οὐχὶ καὶ τὸ λοιπὸν οὗτος τῷ ἐμῷ παραστήσεται βήματι· πρὸς βασιλέα δὲ αὐτὸν ἀποστελῶ Διοκλητιανόν, ἐκεῖνος γὰρ ἂν αὐτοῦ περιγένοιτο μόνος.

A XXIV. Domitianus autem cum omnino animum despondisset, eum rursus mittit in custodiam. Cum vero putaret eum non posse amplius uti pedibus ad ingrediendum, quod prioribus suppliciis esset corpus confectum, jubet eum utrinque portari sed qui omnes qui concidunt confirmat, afflictosque et depressos erigit, non sinit eum opus habere manu, quæ ejus gressum fulciret, sed eos repellens, qui accedebant ex gentilibus, et illud sensim acclamans :—Oleum peccatorum non impinguet caput meum,—ipsis pedibus ipse illam viam peregit. Quem cum sic abeuntem animadvertisset vicarius, fortitudinem valde est admiratus, et conversus ad eos, qui circumstabant : Papæ, inquit, magnam tolerantiam ! Talibus utique militibus B opus esset imperatoribus, ut essent quovis periculo superiores, et tam constantem animum et tam magnos spiritus conservarent in rebus asperis. Cæterum hic non sistetur amplius ad meum tribunal : ipsum autem ad imperatorem mittam Diocletianum. Ille enim solus eum superaverit.

τον τοίνυν, κατὰ τῶν προφάσει συγγε- συνεισάκτους παρεισαγόντων, τὴν εὔθη-

C

D

XVII. His læti imperator, et qui cum eo erant, et testimonio conscientiæ credentes, quod quæ dicta fuerant, recta se habebant, Deo magnas agebant gratias, quod a tali patre et pastore ei placuisset passi suum gregem rationis participem. Sancto autem adhuc suavissimam contexente doctrinam, aureaque ac musica lingua canente pulchre ac modulate, Deo volente ipsum glorificare, vir quidam repente possessus a maligno spiritu, seipsum intrudit in mediam ecclesiam, spumam ore emittens, et lingua adeo, ut visu esset tetrum, demittens. Omnibus ergo rogantibus sanctam illam animam, ut misereretur calamitatis, et ut oraret pro curatione ejus, qui patiebatur, ipse cum jussisset propius accedere, et benigne appropinquans vir benignus, manu eum obsignasset, et effatus esset nomen sanctæ Trinitatis, malignum dæmonem jubet egredi. Protinus autem licuit videre factum consequi orationem, et hominem momento temporis fuisse liberatum a tam gravi afflictione. Deinde cum magnus eum fecisset surgere, admonuit ut vacaret ecclesiæ, et sanctificatorum divinæ communioni, et operam daret jejuniis et orationibus. Si enim, inquit, sic feceris, non te amplius capere poterit inimicus, neque ejus irretieris laqueis. Hinc animæ incipit curationem, qui hac arte alios longe antecellebat. Melle autem miscens orationem, et mitioribus medicamentis, ut jam ante diximus, si quid aliquando injecisset amari et pungentis, quod morbi usus ita postularet, tunc ostendebat quantum esset artis peritus. Nam sic sæpe mordens et incidens oratio, et urens ea, quæ non apparent, non modo non fit molesta ei, qui ægrotat, sed etiam auditu potius jucunda et suavis, auresque deliniens et demulcens.

XVIII. Primum ergo adversus eos, qui prætextu cognationis mulieres introducebant, acutam et

musicam movet linguam, et ostendit eos longe gravius peccare, quam eos, qui aperte exercent quæ sunt flagitiosa: quandoquidem illi quidem soli et per se sunt impudici, et suam corrumpunt animam : hi autem, qui in clero versantur, totum corpus corrumpunt Ecclesiæ, verberantes, ut dicit Paulus [14], eorum conscientiam, et se præbentes commune monimentum intemperantiæ. Sed vel absque his, quantum illi damnum afferant cohabitatione harum quæ introducuntur, mulierum, recte sciet, qui eam orationem legerit ut oportet. Deinde adversus injustam plura habendi cupiditatem, et eos qui gravem manum immittunt alienis, et effundunt in dolia, ut dicitur, inexplebilia, gravius invehitur : plane majorem curam gerens eorum qui faciunt iujuriam, quam eorum qui patiuntur : quandoquidem illis quidem damnum affertur in aliquo eorum quæ intereunt: ipsis autem, qui faciunt injuriam, in anima quæ est pudenda immortaliter. Deinceps vitam reprehendit prodigorum, qui in mensis, in ædificiis, in tali fastu, et in talibus deliciis gloriantur, et ut vulgo dicitur, seipsos melle aspergunt. Nunc accusat superbiam, nunc vanam gloriam insectatur: nunc expellit calumniam, tanquam dignam quæ vituperetur. Vaniloquium rursus tollit de medio pro viribus. Perjurium adeo prohibet, ut non solum jurare, etiamsi vere, dimiserit absque reprehensione, sed etiam adversus id multas easque præclaras habuerit orationes, ita elaboratas, ut mistæ essent vero et probabili : et ita studuerit id de medio auferre, tanquam manifestam in Deum contumeliam, et omnibus ineffabilis et venerandi nominis coinquinationem.

XIX. Quomodo enim præstantissimus et diligentissimus quispiam agricola, qui vult de virtute seminare orationes, statuit prius oportere exscindere radices vitii et semina maligni, et nihil dimittere eorum, quæ possent omnino lædere aut offendere. Deinde cum terra sic fuerit complanata et mansuefacta, quod quidem est humanarum animarum, virtutis et philosophiæ deponere semina. Post hæc de eleemosyna orationes, tanquam imbres aliquos opportunos effundit in animas hominum, et usque adeo colit benignitatem, ut multorum quidem dexteram promptam reddiderit et alacrem ad succurrendum pauperibus, quæ prius erat parca et illiberalis, ne dicam avida et rapiendi aliena : et alios quidem effecerit esse munificos et sua lubenter communicantes, ex pleno, ut dicitur, in inane utrisque effundentes manibus : alios autem præferre nihil habere, et cum omnes suas divitias pauperibus magnifice pieque divisissent, vitam monasticam et separatam eligere. Ex quo omnia habere alio modo ad eos rediit, ut qui Deo pro omnibus iis ditati fuerint, a quo dependebat tota spes eorum vitæ, et ad quem

κτόν τε καὶ μουσικὴν γλῶτταν κινεῖ, καὶ δείκνυσιν αὐτοὺς πολλῷ χαλεπώτερον πλημμελοῦντας τῶν αὐτοῖς ἔργοις μετιόντων τὰ φαῦλα· ὅσον ἐκεῖνοι μὲν μόνοι καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀσελγαίνουσι καὶ ψυχὴν λυμαίνονται τὴν ἰδίαν, οἱ δὲ μεταξὺ τοῦ κλήρου τὰς διατριβὰς ἔχοντες, ὅλον ὑποφθείρουσι τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας, τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν, κατὰ τὸν θεῖον εἰπεῖν Ἀπόστολον, καὶ κοινὸν ὄντες ἀκολασίας ὑπόμνημα. Ἀλλὰ καὶ χωρὶς τούτων, ὅσην αὐτοῖς προστρίβονται βλάβην, ἐκ τοῦδε τοῦ τῶν συνεισάκτων συνοικισμοῦ, ὁ τὸν λόγον ἐκεῖνον μετιὼν ἀκριβῶς εἴσεται. Εἶτα κατὰ τῆς πλεονεξίας, καὶ τῶν χεῖρα βαρεῖαν τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιβαλλόντων, καὶ εἰς τοὺς ἀπλήστους (ὃ δὴ λέγεται) πίθους ἀντλούντων, ἐμβριθέστερον ἀγωνίζεται, τῶν ἀδικούντων μᾶλλον κηδόμενος, ἢ τῶν ἀδικουμένων· ὅσον ἐκείνοις μὲν περί ἕν τι τῶν φθειρομένων ἡ βλάβη, αὐτοῖς δὲ τοῖς τὴν ἀδικίαν ἐργαζομένοις περὶ ψυχὴν τὴν ἀθάνατα κολασθησομένην. Ἐφεξῆς τὸν τῶν ἀσώτων διαδάλλει βίον, τοὺς περὶ τὰς τραπέζας φημί, τοὺς περὶ τὰς οἰκοδομάς, τοὺς περὶ τὴν τοιαύτην ὕβριν καὶ μαλακίαν ἐγκαλλωπιζομένους, καὶ τὸ φθόμενον, μέλιτι καταπάττοντας ἑαυτούς. Νῦν ἀλαζονείας κατηγορεῖ, νῦν τῆς κενῆς κατατρέχει δόξης, ἄρτι διαβολὴν ὡς διαβολῆς ἀξίαν ἀποσοβεῖ, ἀργολογίαν εἰς δύναμιν ἀναιρεῖ, ἐπιορκίαν οὕτως ἀπείργει, ὡς μηδὲ τὸ ἁπλῶς ὀμνύναι καὶ φιλαλήθως ἀνεπιτίμητον παρεῖν· ἀλλὰ πολλοὺς κατ' αὐτοῦ καὶ καλοὺς διακελαδῆσαι λόγους ἐν μίξει τοῦ ἀληθοῦς τε καὶ πιθανοῦ μεμουσουργημένους, καὶ οὕτως ἀνελεῖν σπουδάσαι, ὡς φανερὰν εἰς Θεὸν ὕβριν, καὶ τοῦ φοβεροῦ πᾶσιν ὀνόματος καὶ φρικτοῦ κοίνωσιν.

ΙΘ'. Ὡς γὰρ ἄριστός τις καὶ φιλοπονώτατος γεωργὸς τοὺς περὶ ἀρετῆς βουλόμενος κατασπεῖραι λόγους, ἔγνω πρότερον δεῖν τὰς τῆς κακίας ῥίζας καὶ τὰ τοῦ πονηροῦ σπέρματα ἀνελεῖν, εἶθ' οὕτως ὁμαλῶς αὐτῷ καὶ ἡμέρως τῆς γῆς ἐχούσης, ὅπερ ἐστὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ φιλοσοφίας καταθέσθαι φυτά. Μετὰ ταῦτα γοῦν τοὺς περὶ ἐλεημοσύνης λόγους, οἷα τινας ὑετοὺς εὐκαίρους τῶν ἀνθρωπίνων καταχέει ψυχῶν, καὶ γεωργεῖ τὸ φιλόπτωχον εἰς τοσοῦτον, ὡς πολλοῖς μὲν τὴν δεξιὰν ὀργῶσαν θεῖναι, μὴ θερμοτάτην τοῖς πένησι, τὴν προτοῦ μικρολόγον οὖσαν καὶ φειδωλόν (ἵνα μὴ λέγω καὶ λιχνοτέραν πρὸς τὸ λαβεῖν τὰ ἀλλότρια) καὶ τοὺς μὲν μεγαλοψύχους εἶναι παρασκευάσαι καὶ κοινωνικούς, ἐκ τῆς πληρεστάτης, ὅ φασιν, εἰς τὴν κενοτέραν ἀμφοτέραις ἀντλοῦντας· ἐνίοτε δὲ τὸ μηδὲν ἔχειν προτιμῆσαι, καὶ τοῦ πλούτου παντὸς τοῖς πένησι φιλοτίμως παραχωρήσαντας τὸν μονήρη βίον ἑλέσθαι καὶ ἰδιάζοντα, ἐξ οὗ τὸ πάντα ἔχειν αὐτοῖς περιγέγονε Θεὸν ἀντὶ πάντων πεπλουτηκόσιν, οὗ τὰς τῆς ζωῆς ἐλπίδας ἀνήρτησαν, καὶ πρὸς ὃν μόνον ἔγνωσαν ἀφορᾷν, ἀφ' οὗ πλούτῳ προσέχειν, καὶ

[14] I Cor. VIII, 12.

πᾶσι τοῖς ὑλικοῖς ἀπείπαντο. Ταπεινοφροσύνην δὲ καὶ τὸ μέτριον οὕτως ἦρε, καὶ τοσαύτην ἔδειξεν αὐτῆς τὴν ὑπεροχὴν, ὡς μηδεμίαν ἄλλην τῶν ἀρετῶν αὐτῇ παραβάλλεσθαι, ἀλλὰ καὶ μητέρα καὶ φύλακα τῶν ἄλλων εἶναι πασῶν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ χωρὶς ἐκείνης ἀπάσας οὐδὲν ἐχέγγυον σώζειν, οὐδ' ἀσφαλὲς ἀλλὰ πόνον (φεῦ) εἶναι μάταιον καὶ κενόν Σωφροσύνην δὲ καὶ παρθενίαν τις οὕτω τετίμηκεν, ἢ πρὸς ταύτην ἠρέθισεν, ὡς μικροῦ καὶ κρείττω καὶ ὑψηλοτέραν αὐτὴν δεῖξαι, ἢ ὥστε καὶ βάσιμον εἶναι φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν κεῖσθαι τὸν νόμον, ἐν τάξει τε φιλοτιμίας εἶναι μᾶλλον, ἢ ἐντολῆς; Ἀγάπην δὲ τὴν βασιλικωτάτην τῶν ἀρετῶν τίς πλέον ἠγάπησεν ἢ ἐξύμνησεν, ὡς ἐπ' ἀμφιβόλῳ κεῖσθαι, πότερα τοὺς ἐπείνους πλείους ὑπάρχειν, ἢ τοὺς πρὸς αὐτὴν ἔρωτας; Τίς γὰρ οὕτως αὐτόχρημα λίθος, καὶ τὴν καρδίαν ἀκίνητος, ὡς εἰπεῖν, ἢ ἀτίθασσος, ὡς μὴ τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς λόγους ἀκούων ἥπιος τε καὶ ἵλαρὸς τὴν ψυχὴν γενέσθαι, καὶ πρὸς τὴν τοῦ πλησίον διαθερμανθῆναι φιλίαν, τῆς Παύλου τε ψυχῆς ἐκμαγεῖον εἶναι νομίσαι τὴν ἐκείνου ψυχήν; Εἰ δὲ καὶ τὴν τῶν ἐκεῖθεν ἀγαθῶν ἔκπτωσιν ὁ Παῦλος κατηύξατο ἑαυτοῦ, καὶ φανερὸς γέγονε τοῦτο μᾶλλον αἱρούμενος, ἢ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἀπίστους ἔξω τῆς τοῦ Χριστοῦ κεῖσθαι μερίδος, καὶ τὴν καρδίαν ἐν τοῖς τῶν ἄλλων ἐπυροῦτο σκανδάλοις, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς οὐδὲν ἧττον πέφλεκτο τὰ σπλάγχνα τῇ περὶ τὸν πλησίον στοργῇ, καὶ τῆς τῶν πιστῶν περιεκέκαυτο σωτηρίας, εἰ τῷ πιστεύειν ἄξιος αὐτὸς ἐκεῖνος, οὕτωσὶ λέγων ἐν τῷ ἠθικῷ τῆς ἐν ταῖς Πράξεσι τεσσαρακοστῆς τετάρτης ὁμιλίας· Ἐβουλόμην, εἰ οἷόν τε, ὄψει αὐτῇ τὴν ἀγάπην, ἣν περὶ ὑμᾶς ἔχω, ἐπιδείξασθαι. Οὐδὲν γὰρ ἐμοὶ παθεινότερον ὑμῶν, οὐδὲ τοῦτο τὸ φῶς. Μυριάκις γὰρ ηὐξάμην, καὶ τὰ ἑξῆς.

solum dilexerunt intueri : ex quo factum est, ut cor divitiis non apponerent, neque omnibus rebus materialibus. Humilitatem autem et moderationem adeo extulit, et tantam ejus esse ostendit in humili excellentiam, ut nulla alia virtus possit cum ea conferri, sed ea sit mater et custos aliarum omnium : imo vero sine qua aliæ nihil habent, quod sit certum et fide dignum : sed sint, proh dolor, vanus quidam labor et inanis. Temperantiam autem et vere pulchram virginitatem quis sic vel amavit, vel alios qui sunt honestiores, magnique et excelsi animi, ad ejus insignem incitavit pulchritudinem, ut eam propemodum ostenderit esse majorem et sublimiorem, quam ut ad eam possit humana natura pervenire, et superare ipsam legem : liberalitatisque et magnificentiæ potius locum tenere, quam præcepti? Charitatem vero, quæ est omnium virtutum maxime regia, quis illo magis amavit aut laudavit, ut dubitetur majorne fuerit laudatio, an ejus in eam amor? Quis est enim adeo plane lapis aut ferro in corde frigidior, ut audiens ejus de illa orationes, non fiat mitis et hilaris, et ad dilectionem proximi excitetur, et non Pauli expressam effigiem putet esse illius animam? Quod si Paulus optavit [15], ut vel a bonis quæ illic sunt, exciderent : et aperte ostendit, se hoc magis velle, quam eos qui sunt ex Israel, esse extra partem Christi: et ei cor omnino urebatur aliorum offensionibus : ipse quoque Joannes nihilominus inflammabatur amore in proximum, et fratrum salutis ardebat desiderio, si illi ipsi est credendum, in morali 24 in Actus homilia sic dicenti: Vellem, si fieri posset, vestris oculis ostendere, quam in vos habeo charitatem. Nihil est enim mihi vobis jucundius et desiderabilius, ne hæc ipsa quidem lux. Millies enim optarem ipse esse cæcus, si per hoc liceret vestras animas convertere. Adeo ipsa luce mihi est vestra salus jucundior. Quid enim me juvant solares radii, quando, quæ propter vos accipitur, animi ægritudo oculis meis magnas offundit tenebras? Lux enim tunc est bona, quando apparet in lætitia. Animam enim, quæ mœrore est affecta, videtur etiam molestia afficere. Quod autem non mentiar, absit quidem, ut unquam faciam periculum. Sed si quando contigerit ex vobis peccare aliquem, accedite ad me dormientem: si non sum similis paralyticis: si non iis qui a se discesserunt: et ut dicam cum propheta [16]: «Et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum : » et nisi judicaret quispiam, me esse supra modum ambitiosum et laudis cupidum, videres me quotidie fontes lacrymarum emittentem : horum autem est mihi conscia domuncula et solitudo. Credite enim mihi, spem quidem abjeci meæ salutis : dum vero vestra defleo, nunquam est mihi otium mea mala deflendi. Adeo mihi omnia vos estis. Si sensero vos proficere, præ gaudio mea mala non sentio. Si videro non proficere, præ animi ægritudine rursus mea dimitto : ut qui lætus sim vestris bonis, etsi mala habeam innumerabilia: tristis autem propter vestra mala, etiamsi innumerabilia sint mihi recte facta. Quænam enim nobis est spes, si vos non proficiatis? Quænam autem tristitia, si vos recte geratis? In altum extolli videor, quando aliquid boni de vobis audivero. Implete gaudium meum: liceat vobis salutem assequi, me autem propter vos reddere rationem : vobis dari salutem, me vero accusari, quod meum munus non impleverim. Non enim curo, ut per me salvi sitis, sed ut solum salvi sitis, quacunque ratione. Hoc solum in votum contuli, quod vestrum profectum desidero, quod vos amo, quod vos complector, quod vos estis mihi omnia, et pater, et mater, et fratres, et filii : et si liceret cor nostrum rumpere, et vobis omnibus ostendere, videretis in magna latitudine intus esse et uxores et filios et maritos. Ejusmodi enim est virtus charitatis, facitque animam vel cœlo ipso latiorem.

[15] Rom. II, 3 ; II Cor. I, 6. [16] Psal. XXVII, 11.

XX. Hæc autem non solum faciebat in urbe regia, neque eos solos exercebat ad virtutem, sed per omnem terram extendebatur, et illi curæ erant omnes ecclesiæ, ejusque curæ unus finis erant terræ termini. Joanni enim curæ non erant mensæ et epulæ, agrosque possidere, et crumenas replere, et si quid est aliud, quorum studio vulgus tenetur, sed hoc erat ei cura, quæ exstingui non poterat, et ossium tinea œstrumque, quod ejus cor subibat, perpetuum ejus bellum adversus hostem nostrum, et ut suis ad nos orationibus, et frequentibus admonitionibus arceret ejus insidias, et insultus prohiberet, et quantum quidem ad ipsum spectaret, nullum sineret ex vocatis, non ex iis, qui tunc erant, non ex iis, qui postea, excidere a sorte electorum, et esse partis sinistræ. Propter hæc sermones perpetuo habebat et docebat, et nunquam cessabat diserta illa et modulata lingua nostras incantare animas. Propterea sunt pulchræ illæ verborum Sirenes, innumerabilium illud mare bonorum, animarum lautissimæ, quæ consumi minime possunt, epulæ, panis angelorum, mensæ totius orbis. Quod si ii, qui alimentorum sensilium curam gesserunt, quæ possunt longo tempore sufficere egentibus, quæ appellare solent Gerontocomia, ipsi exsistimant se opus fecisse laude dignum, et ita reputantur ab aliis: qui hoc diuturnum et permanens nutrimentum, suavissimas, inquam, orationes, assidue suppeditabat, ut non solum cum esset superstes, sed etiam cum sursum esset translatus, sitientes impleret animas, et inevitabilia per ipsas solveret vincula, et a manu tyranni captivas liberaret animas, et iis, qui salvi fiebant magnam afferret accessionem: qui hæc abunde præbebat et liberaliter et in universum tempus hoc donum extendebat, quamnam potuerit assequi linguam, quæ ei dignam contexat laudationem? Imo vero quasnam et quot linguas? Sed tali quidem anima et lingua ne ipse quidem est dignus mundus, ut dicam cum divino Paulo [17]. Quod autem non ii soli, qui habitabant Constantinopolim, illi essent curæ, sed omnes fere, quos sol intuetur, hinc potes intelligere. Cum intellexisset Phœniciam simulacris adhuc et dæmonibus et sceleratis templis esse deditam, regiam manum habens adjutricem, et magnam aliam manum, cui persuaserat, ut in id quod oportebat impenderent, secum ducens, exsecranda quidem illa templa humi evertit: eorum autem loco sacras ædes excitat, et immittit monachos, qui ferventem zelum quodammodo spirabant, et fidem tenebant optime et accuratissime. Præterea cum audiisset Celtas implicatos esse laqueis arianismi, ille adversus improbitatem contra sic machinatur: presbyteros simul et diaconos, et eos, qui divinos libros legunt, qui similem quidem et cognatam habebant linguam, sana autem erant fide, accipiens, et eos veluti quemdam, ut aiunt, magnetem

[17] *Hebr.* II, 38.

Κ'. Ταῦτα δὲ οὐκ ἐν μόνῃ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων ὑπῆρχε ποιῶν, οὐδὲ τούτους μόνους ἤσκει πρὸς ἀρετήν, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ γῆς ἐξετείνετο, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν ἔμελλε τούτῳ πασῶν, καὶ ὅρος ἦν αὐτῷ τῆς φροντίδος, τὰ τῆς γῆς πέρατα. Οὐδὲν γὰρ ἐκείνῳ μέλον τράπεζαι καὶ φιλοτησίαι, καὶ ἀγρῶν κτήσεις, καὶ βλαντίων ἀδρότητες, καὶ εἴ τι ἕτερον, τῶν τοῖς πολλοῖς ἐκθύμως σπουδαζομένων, ἀλλὰ τοῦτο ἦν αὐτῷ τὸ διὰ πάσης ἀγόμενον τῆς φροντίδος, καὶ ὀστέων σής, καὶ μύωψ εἰς καρδίαν παραδυόμενος, καὶ φλογμὸς ἄσβεστος, ὑφ' οὗ νύκτα καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπίμπρατο τὴν ψυχήν, ὁ πρὸς τὸν τοῦ ἐχθροῦ ναθ' ἡμῶν πόλεμον ἄπαυστος τυτοῦ πόλεμος, καὶ ἵνα τοῖς πρὸς ἡμᾶς λόγοις καὶ ταῖς πυκναῖς παραινέσεσιν εἴργειν αὐτῷ τὰς ἐπιβουλὰς ἔχῃ, καὶ διωθῆναι τὴν ἔφοδον, καὶ, τό γε εἰς αὐτὸν ἥκον, μηδένα τῶν κλητῶν μὴ τῶν τότε, μὴ τῶν εἰς ὕστερον, ἔξω τοῦ τῶν ἐκλεκτῶν κλήρου ἐάσῃ πεσεῖν, καὶ τῆς ἀριστερᾶς γενέσθαι μερίδος. Διὰ ταῦτα αἱ συνεχεῖς αὐτῷ ὁμιλίαι καὶ διδαχαί, καὶ τὸ μηδέποτε λήγειν τὴν εὔλαλον ἐκείνην γλῶτταν καὶ ᾠδικὴν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν κατάδουσαν. Διὰ ταῦτα αἱ πολλαὶ τῶν λόγων Σειρῆνες, ὅ τῶν ἀγαθῶν σωρὸς, ἡ τῶν θησαυρῶν θάλασσα, αἱ τῶν ψυχῶν ἀδάπανοι πανδαισίαι, ὁ τῶν ἀγγέλων ἄρτος, αἱ οἰκουμενικαὶ τράπεζαι. Εἰ δὲ καὶ οἱ τροφῶν πρόνοιαν οἰσθητῶν, τῶν ἐπὶ πολὺ τοῦ χρόνου διαρκεῖν δυναμένων ἐνδεέσι καὶ πενομένοις, ἐν σπουδῇ θέμενοι, ἃ δὴ καὶ γηροκομεῖα καλεῖν ἔθος, ἀξιέπαινον ἔργον καὶ ἐλπίδων ἀγαθῶν ἔμπλεων πεποιηκότες εἰσίν· ὁ τὴν τροφὴν ταύτην τὴν διαρκῆ καὶ ἀδάπανον, τοὺς λόγους φημὶ τοὺς ἡδίστους, ἑκάστοτε χορηγῶν, τὴν ἄψευστον ἀμβροσίαν, τὸ ἀληθὲς νέκταρ, οἷς ψυχαὶ πεινῶσαι ἀκατασχέτως τρέφονται καὶ κατάρδονται, καὶ γῆ οὖσα καὶ ξηρὰ καὶ ἄνικμος, καρποφόροι θεῷ διὰ μετανοίας καθίστανται, ὁ ταύτης τοιγαροῦν τῆς τροφῆς πρύτανις, ὁ μὴ περιὼν μόνον, ἀλλὰ καὶ νῦν μετὰ τέλος πολλοὺς τῶν πεφορτισμένων ἀνιείς, καὶ τραύματα ψυχῶν θεραπεύων, καὶ λύων αἰχμαλώτους τῆς τυραννούσης χειρὸς, καὶ πολλὴν προσθήκην τοῖς σωζομένοις διδοὺς, ἡ ταῦτα διηνεκῶς ἀνύουσα γλῶττα, τίνος ἂν τύχοι γλώττης ἄξιον αὐτῇ πλεκούσης ὧν ἔπαινον; μᾶλλον δὲ ποίων ἄρα καὶ πόσων γλωσσῶν; ἀλλ' οὕτω μὲν τῆς τοιᾶσδε καὶ ψυχῆς καὶ γλώσσης οὐδ' αὐτὸς ἄξιος ὁ κόσμος, κατὰ τὸν θεῖον εἰπεῖν Ἀπόστολον. Ὅτι δὲ οὐχ οἱ τὴν Κωνσταντίνου μόνον οἰκοῦντες ἐκείνῳ φραντὶς, ἀλλα σχεδὸν πάντες, ὡς ὁ ἥλιος ἐφορᾷ· τὴν Φοινίκην μαθὼν εἰδώλοις ἔτι καὶ δαίμοσι καὶ μιαροῖς ναοῖς προσανέχουσαν, ἐπίκωρον τῶν βασιλικὴν δύναμιν προσλαβών, καὶ χεῖρα συχνὴν ἣν αὐτὸς ἔπεισεν ἀναλίσκειν, εἰς δέον συνεφαπτομένην λαῶν, τοὺς μὲν μιαροὺς ἐκείνους ναοὺς εἰς ἔδαφος καταβάλλει, ἱεροὺς δὲ ἀντανίστησι, καὶ μοναχοὺς ἐπιπέμπει θερμὸν τῷ ζήλῳ πνέοντας, καὶ τὴν πίστιν ἄριστα διηκριβωμένους. Πρὸς δὲ καὶ Μελτοὺς ἀκούσας τῆς Ἀρειανικῆς εἴσω θήρας κειμένους, οὕτως ἀντιτεχνᾶται τῇ πονηρίᾳ, μρεσβυτέρους

ἅμα καὶ διακόνους καὶ τοὺς τὰ θεῖας ὑπαναγινώ- A
σκοντας βίβλους, τὰ μὲν τῆς γλώττης ὁμοίως καὶ
συγγενῶς ἔχοντας, ὑγιαίνοντας δὲ τὴν πίστιν λαοῦν,
καὶ αὐτοὺς συμμεμίχθαι τούτοις παρασκευασας,
ἀστείως οὕτω καὶ τεχνικῶς πρὸς τὴν ὑγιᾶ πίστιν
αὐτοὺς ἐπάγεται. Ὡς δὲ [Ἴσ. Ὅς δὲ] καὶ Σκυθῶν
ἄλλο γένος μαθὼν, οἳ παρὰ τὰς τοῦ Ἴστρου ροὰς
οἰκοῦντές εἰσι, διψῇν μὲν τοῦ τῆς εὐσεβείας νάματος,
τοῦ δὲ ποτίσοντος ἀπορεῖν, γνώριμα Λεοντίῳ ταῦτα
τῷ τῆς Ἀγκύρας ἐπισκόπῳ ποιεῖ. Καὶ ἐπεὶ ἐκεῖνος
ἀνδρῶν εὐπορῶν ἦν τῶν πρὸς ταῦτα ἐπιτηδείων,
τοιούτους ἐκεῖθεν λαβὼν, καὶ οἷς ἔφημεν ἐπιπέμ-
ψας Σκύθαις, ὁδηγεῖ πρὸς ἀλήθειαν. Πρὸς τούτοις
τὴν Μαρκίωνος αἵρεσιν εἴς τινας τῶν τῆς Ἀνατολῆς
κωμῶν μαθὼν ὑφέρφουσαν, καὶ συχνοὺς ὑποκλέ-
πτουσαν, οὐκ ἀνεκτῶς ἔσχεν, οὐδ' ἀναβολαῖς καὶ B
χρόνοις ἐπέτρεψε τὸ γιγνόμενον, ἀλλ' εὐθὺς βασιλικῇ
δυνάμει καὶ τῇ παρ' ἑαυτοῦ χρησάμενος αὐθεντίᾳ,
γράμμασί τε πρὸς τοῦτο τοὺς ἐκ γειτόνων ἐπισκό-
πους διαναστήσας, ὡς τινα φθορὰν καὶ νόσον οὐ τὰ
μέτρια λυμαίνεσθαι δυναμένην, μακρὰν γενέσθαι
τῆς Ἐκκλησίας παρασκευάζει. Ἀλλ' ὅπως μὲν αὐτῷ
κατὰ Παῦλον ἡ μέριμνα πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν ἦν,
μετρίως ἤδη δεδήλωται.

ΚΑ'. Δεῖ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμνησθῆναι, οἷς
ἐκεῖνος, τῆς γλώττης αὐτῷ σιωπὴν ἐχούσης, ἠσχό-
λητο, καὶ οἵων ἔργων καὶ οἰκονομιῶν ἥπτετο. Τὰ
τῆς Ἐκκλησίας ἐπισλεψάμενος ἀνακλώματα, καὶ εὑ-
ρὼν οὐκ εἰς δέον πάμπολλα δαπανώμενα, ταύτην
μὲν, ὥς τινα φορὰν ἄλογον, ἵστησι τὴν δαπάνην·
μετοχετεύει δὲ πρὸς θεοφιλῆ τῶ ὄντι καὶ φιλάνθρω- C
πον ἀφορμήν· καὶ νοσοκομεῖα τοῖς ξένοις ὁ τῷ Θεῷ
ἐγγίζων οἰκοδομήσας, ἐκεῖ τὰ περιττὰ ῥέειν παρα-
σκευάζει, πρεσβυτέρους τε ἐπιτάξας, καὶ αὐτοὺς
τῶν ἄγαν εὐλαβῶν καὶ ἀζύγων, ἀλλὰ καὶ ἰατρῶν
τοὺς δοκιμωτάτους εἰς τὴν τῶν ἀσθενῶν ἐπιμέλειαν.
Ἕτερον ἔργον αὐτῷ καὶ φροντὶς ἡκιστα μετρία,
τὸ τῶν χηρῶν τάγμα. Ἅσπερ δὴ κατιδὼν οὐ τε-
ταγμένως, ἀλλὰ πλημμελῶς ἐχούσας, διαιρεῖ μὲν
καλῶς, οἰκονομεῖ δὲ καὶ τὸ περὶ αὐτὰς φιλοθέως.
Τούτων γὰρ ὅσαι καὶ φρεσὶν ἦσαν καὶ ἡλικίᾳ νεά-
ζουσαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ πρὸς ἡδονὰς εὐπερίτρε-
πτοι, δευτέρῳ χρήσασθαι γάμῳ κελεύει, βέλτιον
ἡγησάμενος τὸ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ταπεινότερον τοῦ μὴ
χωρὶς φόβων ὑψηλοτέρου. Τὰς μέντοι τὸν βίον σπου-
δαιοτέρας, καὶ ὅσαι τῶν ἄλλων ἀφηλικέστεραι καὶ
μὴ ἔλαττον ἢ ἑξήκοντα ἔτη γεγόνυῖαι, ταύτας δὴ D
νηστείαις μὲν σχολάζειν καὶ προσευχαῖς παραινεῖ,
λουτρῶν δὲ ἀπέχεσθαι καὶ πότων, καὶ τῆς κατὰ
τὴν ἐσθῆτα πολυτελείας. Οὐδὲ τοῦτο ἀκόσμητον καὶ
τῆς κατὰ λόγον οἰκονομίας ἔρημον καταλείπει,
ἀνδράσι λέγω καὶ γυναιξὶ τὰς εἰς τὴν ἱερὰν σύναξιν
ἀπαντήσεις, ἀλλὰ διαιρεῖ κἀνταῦθα καλῶς, καὶ τοὺς
μὲν νυκτὸς ὅτι πλείστους κελεύει φοιτᾷν, τὰς δὲ
νυκτὸς μὲν οἰκουρεῖν, ἡμέρας δὲ κατὰ πολὺ τὸ
πρόθυμον ἀπαντᾷν. Οὕτω ποιῶν καὶ ἔργοις ἑαυτὸν
καὶ φροντίσι τοιαύταις ἐνασχολῶν, ἔσπευδε κατὰ

[18] II Cor. II, 28.

iis, qui se non recte habebant, admiscens, sic A
illos quoque comiter attrahit ad pietatem. Cum autem aliud quoque genus Scytharum, qui habitabant ad fluenta Danubii, accepisset, sitire quidem fluentum pietatis, opus vero habere eo, qui esset potaturus, hæc significat Leontio Ancyræ episcopo : et quoniam ille opus habebat viris ad hæc idoneis, cum tales illinc accepisset, et ad eos, quos diximus, Scythas, veluti quasdam stellas misisset ad occidentales, deducit ad veritatem. Præter hæc cum Marcionis hæresim rescivisset serpere in quosdam vicos Orientis, et multos corrumpere, non tulit toleranter, neque dilationibus et temporibus protraxit correctionem, sed statim simul quidem regia potentia, B
simul autem sua quoque usus auctoritate, et litteris ad hoc simul vicinos excitans episcopos, tanquam morbum aliquem pestiferum, qui poterat non mediocre importare detrimentum, efficit abesse procul ab Ecclesia. Sed quemadmodum ille quidem, sicut divinus Paulus [18], erat sollicitus de omnibus Ecclesiis, sicut a nobis mediocriter, ita etiam vere fuit ostensum.

XXI. Oportet autem aliorum quoque meminisse, in quibus ille, lingua ejus tacente, erat occupatus, et quænam aggrediebatur opera. Cum considerasset impensas Ecclesiæ, et invenisset earum plurimas nequaquam consumi in ea, quæ oportebat, eum quidem sistit sumptum, tanquam modum quempiam inconsideratum, et traducit ad usum vere pium et C
humanum : et cum peregrinis ædificasset nosocomia is, qui Deo appropinquabat, effecit ut illuc etiam affluerent, quæ sunt necessaria : eis presbyteros præficiens valde pios et conjugii expertes, et medicos quoque probatissimos ad curam gerendam ægrotorum. Erat autem hoc quoque ejus opus et cura non mediocris, nempe ordo viduarum. Nam cum eas vidisset præclarus non recte et ordine, sed prave se gerere, pulchre quidem dividit, non minus autem pie dispensat et administrat id, quod ad eas pertinebat. Quæcunque enim ex iis erant ætate juvenes, et ideo propensæ ad voluptates, jubet secundis uti nuptiis : melius esse arbitratus id, quod est in tuto, humile, quam sublime, quod non est sine metu. Iis autem, quæ erant vitæ me- D
lioris, et ætatis aliis provectioris, ut quæ non essent natæ minus quam sexaginta annos, eis suadet ut vacent jejuniis et precibus : abstineant autem a lavacris et maxime conviviis, et a sumptuosis vestibus. Habes, studiose auditor, aliud quoque, cujus studio tenebatur, quod non est vile nec mediocre : nempe ad sacram synaxim adventum virorum et mulierum. Nam nec hoc quoque relinquit inordinatum, nec in periculum adductum, nec defectum dispensatione, quæ fit ex ratione. Sed hic quoque pulchre et tuto distribuit pro viribus : et viros

quidem jubet noctu simul ventitare et in multitudine, ut voluerint : mulieres vero noctu quidem servare domum : interdiu autem, venire prompto et alacri animo. Sic faciens, et in talibus versans operibus et sollicitudinibus, studebat, sicut Paulus esse omnibus sine offensione [19], et sicut ille omnibus sine sumptu præbebat Evangelium [20] : sic autem ipse quoque nullo ex iis quæ erant Ecclesiæ, et quibus secure licebat omnibus episcopis, nullo modo est usus, ut qui nunquam aspexerit ad delicias et recreationes. Quomodo enim, qui vix solum attingebat nutrimentum, convivia autem et compotationes ita fugiebat, sicut prius diximus, ut cum nullo vesci induceret in animum ? Quamobrem ? Satius enim fuerit dicere causam : visum est enim hoc multis asperum et ingratum, et affine reprehensioni. Primum quidem, quod cum ab ineunte ætate assuevisset jejunio, idque esset ei veluti coalitum et usitatum, a vinoque et quovis alio, quod est ventri gratum, omnino abstinuisset, adeo ut solo hordei succo viveret et carne superior, cibique et potus expers propemodum videretur : cum ille stomachum hac aspera et quæ nihil hilare habebat, vivendi ratione valde corrupisset, et effecisset ut ad nullum aliud sumendum nutrimentum esset idoneus, ægre poterat aliquid admittere ex iis, quæ aliis sunt grata. Et idoneo non lubenter aspiciebat aliquid, quod esset gratum gutturi et cum voluptate sumeretur. Atque hæc quidem est una causa, cur fugeret mensas, et cum aliis non iniret convivia. Deinde etiam, quod cum apud se judicasset, quod si induxisset in animum, ut communiter vesceretur cum iis, qui vel amicitia antecellunt aut dignitate, necesse habebit id etiam facere cum aliis. Nam quomodo conservari potuerit, ut nulli sit offensioni, neque cuiquam afferat molestiam? Sicque res ad multos transiens, non solum illi futura esset laboriosa et molesta, ut qui non esset versatus in rebus hujusmodi, sed etiam interruptura esset necessario et ea, quibus ipse vacare consueverat, orationem, inquam, et meditationem et rerum honestarum doctrinam : quibus adeo erat deditus, ut hoc sæpe parvum negligeret nutrimentum : tantum aberat, ut posset vacare mensis et aliis inutilibus et supervacaneis. Quamobrem satis apte poterat dicere illud Apostolicum : « Non licet nobis, relicto verbo Dei ministrare mensis [21] » Alioqui autem si visum ei esset hoc facere, necesse erat omnino, ut duorum alterum eveniret : nempe ut aut consueto alimento relicto, cogeretur vesci crassioribus et iis, quibus vescebantur convivæ : quod quidem non modo ei non conveniebat, sed nec omnino id facere poterat, cum male, ut diximus, esset ei affectus stomachus : aut si hoc fugeret, et tenui victu uteretur, iis qui convivabantur, gratis videretur et molestus : et quid aliud existimaretur, quam hoc facere superbiæ

A Παῦλον ἀπρόσκοπος εἶναι πᾶσι. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος ἀδάπανον ἐτίθει τὸ Εὐαγγέλιον, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς οὐδενὶ ἐκέχρητο τῶν τῆς Ἐκκλησίας, ὅσα γε προσήκει τοῖς ἐπισκόποις πόθεν, ὅς γε καὶ αὐτῆς μόλις φάναι τροφῆς ἥπτετο · συμπόσια δὲ καὶ φιλοτησίας οὕτω παρεῖδε, καὶ βιωτικωτέρας ἔκρινε ταῦτα φιλοτιμίας, ὡς μηδὲ συσσιτεῖν ἀνέχεσθαι μηδενί. Διὰ τί ; Οὐδὲ γὰρ χεῖρον ἀπολογήσασθαι, ἐπεὶ καὶ πολλοῖς σκληρὸν καὶ ἄφιλον ἴδοξε τοῦτο, καὶ τοῦ ψέγειν ἐγγύς. Πρῶτα μὲν ὅτι ἐκ νέου τῷ νηστεύειν συνεθιαθεὶς, καὶ σύντροφον αὐτῷ καὶ φίλον, εἴπερ τις ἕτερος, ποιησάμενος, οἴνου τε καὶ παντὸς ἑτέρου τοῦ γαστρὶ κεχαρισμένου παμπληθὶς ἀποσχήμενος εἰς τοσοῦτον, ὡς χυλῷ καὶ μόνῳ κριθῆς καθ' ἑαυτὸν ἀποζῆν, κρειττων τε σαρκὸς ὁρᾶσθαι καὶ σχεδὸν B ἠσιτος τε καὶ ἄτροφος εἶναι, καί δσον ἐκ τούτου μηδὲ ζῆν πιστευόμενος, εἰς τί καταλήγει ; τῇ σκληρᾷ ταύτῃ καὶ οὐδὲν ἱλαρὸν ἐχούσῃ καὶ φιλάνθρωπον ἀγωγῇ τὸν στόμαχον διαφθείρας, χαλεπὸς ἦν προσέσθαι τι τῶν ἀσυνήθων καὶ στερεῶν · καὶ διὰ τοῦτο ἀηδῶς εἰώρα πρὸς πᾶν ὅ τι χάριέν ἐστι τῷ λαιμῷ, καὶ τὴν ὄρεξιν ἐκκαλεῖται. Αὕτη μὲν οὖν αἰτία μία τοῦ μὴ στέργειν αὐτὸν τὸ ὁμόσιτον. Ἔπειτα κρίνας καθ' ἑαυτὸν ἦν, ὡς εἴγε τισὶν ἀνέσχοιτο τῶν ἢ φιλίᾳ διαφερόντων, ἢ ἀξιώμασι, κοινῆς μετέχειν τραπέζης, ἀνάγκην ἕξει καὶ πρὸς ἑτέρους τοῦτο ποιεῖν. Ἐπεὶ πῶς ἂν μένοι καθαρὸν αὐτῷ τὸ ἀπροσωπόληπτόν τε καὶ ἀσκανδάλιστον ; Καὶ οὕτως εἰς πολλοὺς τὸ πρᾶγμα διαβαῖνον, οὐ μόνον ἔγκοπον ἐκείνῳ ἔσται καὶ ὀχληρὸν ἀμελετήτῳ τῶν C τοιούτων ὄντι περισπασμῶν, ἀλλὰ καὶ περιποιήσειν παρέξει τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ οἷς αὐτὸς εἰωθὼς σχολάζειν, προσευχῇ λέγω καὶ προσοχῇ, καὶ τῇ τῶν καλῶν διδαχῇ · ὧν οὕτως ἐγίνετο, ὡς καὶ αὐτὸς πολλάκις τῆς μικρᾶς ἐκείνης τροφῆς κατολιγωρεῖν, οὐχ ὅτι καὶ τραπέζαις ἔχειν διδόναι σχολὴν, καὶ τοιούτοις ἀνονήτοις καὶ περιττοῖς, ἐφ' οἷς οὐδὲν ἦν ἀπᾴδον αὐτὸν λέγειν τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνό φημι· « Ὅτι οὐκ ἔξὸν ἡμῖν καταλιπόντας τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, τραπέζαις διακονεῖν. » Ἄλλως τε δέ, κἂν ἔδοξεν αὐτῷ τοῦτο ποιεῖν, ἀνάγκη τῶν δύο πάντως συμβαίνειν θάτερον, ἢ ἀφάμενον τῆς συνήθους τροφῆς, ἀναγκάζεσθαι μετέχειν τῶν παχυτέρων, καὶ ὧν ὁ καιρὸς ἐδίδου τοὺς ὁμοσίτους μεταλαμβάνειν (ὅπερ οὐχ ὅπως αὐτῷ συμφέρον, ἀλλὰ καὶ ὅλως ἀδύνατον τῷ στομάχου, καθάπερ ἔφην, διεφθορότος καὶ πονήρως D ἤδη διακειμένου), ἢ τοῦτο φεύγοντα, καὶ τῆς λεπτῆς ἐχόμενον καὶ μηδὲ πτηνοῖς ἀρκούσης τροφῆς, ἄκαιρον τοῖς συνεστιωμένοις ὑπειλῆφθαι καὶ φορτικὸν, καὶ τὸ ὅλον τύφου καὶ κενῆς δόξης πρᾶγμα διαπραττόμενον. Ἔργον μὲν οὖν αὐτῷ σπουδαιότατον, καὶ ὥσπερ δή φασι, καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον, τὸ τῇ προσευχῇ προσκεῖσθαι καὶ προσοχῇ, καὶ τοῖς εἰς Θεὸν αἴνοις. Πλὴν οὐδὲ τῶν κοινῶν ἠμέλει συνάξεων, καὶ ὅσα ὡς τὸν καιρὸν ἔχει τεταγμένον, οἷον νυκτερινῆς καὶ ὀρθρίου καὶ τῆς καθ' ἑσπέραν δοξολογίας, ἀλλὰ καὶ τὸ φθάσαι τοὺς ἄλλους τῆς νυκτὸς ἀναστάντα, καὶ

[19] I Cor. x, 32. [20] I Cor. ix, 13. [21] Act. vi, 2.

τὰς τοῦ ναοῦ πύλας πρῶτον ὑπανοῖξαι, Ἰωάννου φιλοτιμήματα. Ἦν δὲ ὁ γενναῖος οὐ συνιέναι μόνον ὀξύτατος τὰ μὴ τοῖς πολλοῖς ἔνδηλα τῶν Γραφῶν, εὐστόχως τε καταστοχάσασθαι τῆς τοῦ λέγοντος διανοίας (καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Σαλομῶντος, Ῥήσεις γνῶναι σοφῶν καὶ αἰνίγματα), ἀλλὰ καὶ ἑρμηνεῦσαι τὸ νοητὸν εὔληπτα καὶ διαφωτίσαι, καὶ τὸ τοῦ λόγου δῆλον αὐτῷ καὶ τύφλῳ θέσθαι, τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος εὐγλώττατός τε καὶ ἱκανώτατος. Τούτῳ πόθος μὲν ἦν καὶ πρὸς πάντας τοὺς σοφούς τε καὶ μακαρίους ἄνδρας, προφήτας φημὶ καὶ ἀποστόλους, καὶ ὅσοις δὴ θεία πνεύματος ὁ λόγος προήχθη, ἀμέλει καὶ ὅσαι ὧραι τῶν βιβλίων αὐτῶν εἴχετο, καὶ τοῖς ῥήμασιν ἐνετρύφα, (τῷ γὰρ ὁμοίῳ, φασὶ, τὸ ὅμοιον). Παύλῳ δὲ τῷ κήρυκι καὶ προσετετήκει, καὶ ἱμέροις τισὶν ἀπορρήτοις αὐτῷ συνήπτετο, καὶ λόγοις τοῖς ἐκείνου διέζη. Καὶ δῆλός ἐστι πολλαχῇ τῶν λόγων αὐτοῦ μεμνημένος, καὶ τοῦτο τροφὴν ἡδεῖαν ποιούμενος, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φλογὸς παραμύθιον. Ὅθεν καὶ κατὰ τοὺς δριμεῖς ἐραστὰς καὶ πάνυ δικαίως ἔχοντας, καὶ ἡττῆσθαι τούτου ὁμολογεῖ καὶ δυσαποσπάστως ἔχειν· καὶ ὡς ἀλλαχοῦ μὲν αὐτῷ ἡ ὁρμὴ τοῦ λόγου, τούτου δὲ εἰς μνήμην ἐλθόντι, καθάπερ ὑπό τινων ἁλῶναι δεσμῶν, καὶ ἐπὶ πολὺ συνεῖναι φιλεῖν, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἀπαλλαγῆναι δύνασθαι. Οὕτω πολὺς αὐτῷ καὶ ἀπόῤῥητος ὁ πρὸς Παῦλον πόθος, ὥστε ἁρμοζόντως εἰπεῖν, τοῦτο εἶναι Ἰωάννῃ Παῦλον, ὅπερ Παύλῳ Χριστὸς ἐτύγχανε, μᾶλλον δὲ καὶ Ἰωάννῃ κατὰ Παῦλον Χριστός· ἐπεὶ καὶ τοσοῦτοι κἀκείνου διὰ Χριστὸν οἱ πρὸς Παῦλον ἔρωτες.

causa et vanæ gloriæ? Sed de his quidem satis: oratio autem deinceps reliqua ordine persequatur. Maximum ergo in hoc ponebat studium, ut assidue versaretur in oratione et meditatione, et rerum honestarum doctrina et Dei laudatione. Sed neque communes negligebat congregationes, et ea, quæ tempus habent constitutum, utpote nocturnam, et matutinam, et quæ fit vespere, glorificationem. Quinetiam contendebat Joannes noctu procedens alios prævenire, et templi portas primum aperire. Hæc autem cujusmodi? Erat enim egregius Joannes acutissimus, non solum ad intelligendas Scripturas, quæ a vulgo non possunt comprehendi, et ad dicti conjiciendam germane sententiam ingeniosissimus, et ut dicit Salomon [23], ad cognoscenda dicta sapientum et ænigmata, sed etiam ad id, quod intellexerat, facile interpretandum et illustrandum, et ut dicitur, ad id vel cæco aperte ostendendum, eorum, qui fuerunt ex omni sæculo, facundissimus et maxime idoneus. Ejus quidem erat magnus amor in omnes, qui cum eo, quod pii fuerunt ex Deo, etiam vitam egerunt: prophetas, inquam, et apostolos, et quibus oratio per spiritum promanavit: in eorum certe libris versabatur assidue, et in eorum verbis maximam capiebat voluptatem. Simile enim, ut aiunt, simili delectatur. Paulo autem præconi totus adhærescebat, et ineffabili quodam desiderio erat conjunctus, et vivebat illius sermonibus. Nam aperte multis in locis verborum ejus meminit, idque magnas ducit esse delicias et internæ flammæ consolationem. Propter quam causam ille quoque similiter atque ii qui amant insane, et sunt valde inflammati, fatetur se ab eo esse superatum, et non posse ab eo divelli, et alicubi quidem in ipso impetu orationis, cum ille ei venisset in mentem, captus fuit veluti a quibusdam vinculis, et plurimum cum eo morari magnifacit, et non facile potest ab eo discedere. Tam magnus et tam ineffabilis fuit ejus amor in Paulum, ut qui sic dicit, vere dicat hoc Joanni esse Paulum, quod Paulo fuit Christus: imo vero Joanni quoque fuit Christus sicut Paulo. Nam tantus quoque illius propter Christum fuit amor in Paulum.

ΚΒ′. Τούτου ταῖς ἐπιστολαῖς ἐντυγχάνοντα τὸν μέγαν τοῦτον Ἰωάννην φημὶ, καὶ μελέτην αὐτὰς ἐμμελῆ καὶ τροφὴν ἡδίστην ποιούμενον, ἀλλὰ καὶ, ὡς οἷόν τε, δι' αὐτῶν, οἷος τὴν ψυχὴν ὁ Παῦλος, καταμαθεῖν γλιχόμενον ἔρως εἰσῆλθε τοῦ καὶ τὸν νοῦν ἐκφράσαι τὸν ἐν αὐταῖς, καὶ τὸ κάλλος καὶ βάθος, ὅπερ εἰσέτι τοῖς πολλοῖς ἄδηλον ἦν, ἐκκαλύψαι. Ἔργου τοιγαροῦν ἀψάμενος, καὶ πρὸς λέξιν ταύτας διερμηνεύων, ἐπδοιάζων πως καὶ ἀναδυόμενος καθ' ἑαυτὸν ἦν· καὶ τοῦτο δὲ πάντως ὑπὸ τοῦ σφόδρα φιλεῖν καὶ ἀρέσκειν ἀτεχνῶς βούλεσθαι. Τὸ δὲ ἀμφισβητούμενον οὕτως [ἴσ. τοῦτο] ἦν, εἰ τῷ Παύλῳ κατὰ γνώμην ὁ πόνος, εἰ καλῶς ἐφικνούμενός ἐστι τῆς αὐτοῦ διανοίας, καὶ μὴ πόῤῥω τῆς ἀληθείας βάλλων καὶ τοῦ σκοποῦ. Τοῦτο κατὰ νοῦν στρέφοντι καὶ διαπορουῦντι, μάλα τε τοῦ Θεοῦ δεομένῳ διασαφῆσαι αὐτῷ τὸ ἀμφιβαλλόμενον· οὐκ εἰς μακρὰν ἐπιλύεται τὸ ζητούμενον· καὶ ἡ λύσις καθαρὰ, καὶ μηδὲν ἔχουσα δυσμαθὲς ἢ ἀμφίδοξον, ὁ δὲ τρόπος θαυμαστὸς οἷος. Καὶ γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐστὶ καὶ τῶν ὁδῶν

XXII. Cum ejus autem Epistolas legeret hic magnus Joannes, et in earum convenienti meditatione magnum studium poneret, quinetiam quoad ejus fieri posset, qualis esset animus Pauli, scire cuperet, eum subiit desiderium earum explicandi intelligentiam, et efficiendi, ut perveniri posset ad ejus profundum, quod a multis nondum recte cognoscebatur. Rem itaque aggressus, et illas ad verbum interpretans, apud se quodammodo dubitabat et differebat. Id autem ex eo oriebatur, quod illum valde diligeret, et ei vellet omnino placere. Id vero, de quo dubitabat, erat, num Paulo gratus esset ejus labor; an recte assequeretur mentem ejus, quem diligebat, et num longe a veritate abesset et a scopo. Hoc cum in mente versaret et dubitaret, et Deum valde rogaret, ut id, de quo dubitabat, ei notum fieret, non diu abfuit solutio. Modus autem qualis? Est enim revera Deo dignus et illius sapientia. Sed est attendendum. Habet enim varium quiddam et admirabile. Vir quidam, qui magistratum gesserat

[23] Prov. 1, 6.

et erat mundi splendore insignis, invido oculo conspectus et per calumniam delatus ad imperatorem (o acerbam invidiam et inimici improbitatem), a regia simul et honore expellitur. Cum autem vidisset se magna laborare inopia ejus, qui esset opem laturus, intelligens se esse infelicem et dominum habere adversum, et se ideo nemini curæ futurum, quoniam amicos nihil esse dicit tragœdia, si sit infelix quispiam, præterquam beatæ illi animæ, et quæ hujusmodi casuum moveri solet misericordia : et nulli alii similiter atque illi, libere loqui apud imperatorem, neque largiri mores, nec ipsam dignitatem: petit per aliquem intermedium, venire in beati conspectum. Quod cum rescivisset, noctu permisit ut veniret, utpote quod interdiu non futurum esset tutum alloqui. Jussit autem Dei cultori Proclo, qui erat ad hoc constitutus, ut cum venisset, ad eum facilem illi præberet aditum (10). Sed enim rursus est attendendum, afferet enim oratio voluptatem simul cum admiratione.

XXIII. Cum enim ille venisset et esset portas ingressus, vadit Proclus annuntiatum. Cum autem jam accessisset ad cubiculum, in quo labori magnus vacabat Joannes, et attentus erat interpretationi, ostio statim admovens oculos, et ut licebat per foramen aspiciens, videt Joannem, qui pergebat quidem scribere, et in eo erat diligenter occupatus, virum autem quemdam, capite calvum, qualis est Elisæi effigies, cui densa quidem erat promissa barba super humeros sensim cum beato congredi, et cum illo loqui in aurem. Hæc cum vidisset Proclus, existimabat aliquem, se non sentiente, esse ingressum, et ipsum esse, qui cum sancto loquebatur. Cum itaque illi significasset id quod fuerat suspicatus, rogabat ut exspectaret. Cum autem multum intercessisset temporis, et is, cujus præstolabatur exitum, nondum adesset, rursus vadit Proclus, eum urgente homine, ut si vidisset cessare colloquium, statim annuntiaret. Cum vero ille rursus per foramen aspiciens, vidisset esse attentam et seriam collocutionem, importunum et impudens esse arbitratus interpellare orationem, revertens dubitabat quisnam esset qui loquebatur, et quonam modo esset ingressus, cum non fuisset ei prius annuntiatum. Cum autem parum substitisset, vadit rursus, et cum rursus vidisset tam diligentem et tam seriam collocutionem, lignum vero jam pulsatum vocaret ad congregationem, accedens ad hominem, dixit eum de cætero non posse ipsum convenire usque ad finem matutinæ glorificationis : et protinus eum emittit, jubens eum redire postridie. Venit itaque homo ille, et Proclus statim vadit nihil cunctatus, et eadem rursus vidit, nihil cessante illa collocutione. Propterea ergo non ausus illum adhuc admonere, revertitur, tristis tristi vero apparens, et qui hoc nomine merito esset accusandus, quod homini, qui in mala talia inciderat, et tam grave tem-

A ἄξιος. Ἀνήρ τις τῶν ἐν τέλει καὶ τῇ κατὰ κόσμον περιφανείᾳ διάσημος ὑπό του βασκάνῳ θεσθεὶς ὀφθαλμῷ, καὶ εἰς βασιλέα διαβληθείς, (φεῦ τοῦ πικροῦ φθόνου καὶ τῆς του ἐχθροῦ μοχθηρίας !) τῶν βασιλείων ἅμα καὶ τῆς τιμῆς ἀπελαύνεται. Ὡς δὲ καὶ πολλὴν ἐώρα τοῦ βοηθήσοντος ἐρημίαν, συνεὶς ὅτι δυστυχῶν οὕτω καὶ ἀντίξουν τὸν καιρὸν ἔχων, οὐδενὶ ἑτέρῳ φροντίδος ὀφθείη ἄξιος, ὅτι μὴ τῇ μακαρίᾳ ἐκείνῃ ψυχῇ καὶ συμπάσχειν τοῖς τοιούτοις προθυμουμένῃ, καὶ ὡς οὐκ ἄλλῳ τὸ πρὸς βασιλέα παῤῥησιάσασθαι οὔθ' ὁ τρόπος, οὔτ' αὐτὸ τὸ ἀξίωμα δίδωσιν ὡς ἐκείνῳ, αἰτεῖται διὰ μέσου τινὸς τῷ μακαρίᾳ πρὸς ὄψιν ἐλθεῖν. Τὸν δὲ μαθόντα νυκτὸς ἐπιτρέψαι τὴν ἄφιξιν, ὡς τῆς ἡμέρας οὐκ ἀσφαλῆ τὴν ὁμιλίαν αὐτῷ θησομένης · ἐπιτρέψαι δὲ καὶ τῷ θεραπευτῇ Πρόκλῳ
B εἰς τοῦτο σὺτῷ [ἴσ. αὐτὸ] τεταγμένῳ, ἐπειδὰν ὁ ἀνὴρ ἀφίκοιτο, εὔθετον αὐτῷ διαθέσθαι τὴν πρὸς αὐτὸν εἴσοδον. Ἀλλὰ προσεκτέον τοῖς λεγομένοις · ἱκανὸς γὰρ ὁ λόγος ἡδονὴν ἐνθεῖναι ταῖς ἀκοαῖς μετὰ θαύματος.

ΚΓ'. Ὅς γὰρ ἐκεῖνος ἀφίκετο καὶ εἴσω θυρῶν ἦν, ὁ Πρόκλος ἅπεισι γροσαγγελῶν. Καὶ κοιτῶνι δὲ προσελθών, ἔνθα σχολάζων ὁ μέγας πόνου εἶχετο, καὶ τῇ ἑρμηνείᾳ προσκεκυφὼς ἦν, ἐν χρῷ θυρῶν τε τὸν ὀφθαλμὸν προσπελάσας καὶ δι' ὀπῆς, ὡς ἐγχωροῦν ἦν διαβλέψας, ὁρᾷ τὸν Ἰωάννην ἐχόμενον μὲν τῷ γράφειν, καὶ αὐτῷ προσπονούμενον · ἄνδρα δέ τινα φαλακρὸν, οἷον αἱ εἰκόνες τὸν Ἐλισσαῖον ἔχουσι, πλατὺ τὸ γένειον καθειμένον ἐπὶ τῶν ὤμων ἠρέμα τῷ μακαρίῳ προσμίξαντα, καὶ πρὸς οὓς ἐκεῖνο
C διαλεγόμενον. Ταῦτα ἰδόντα τὸν Πρόκλον, ξυθέν τινα οἰηθῆναι παρὰ τὴν αὐτοῦ αἴσθησιν προσιέναι, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν τῷ ἁγίῳ διομιλούμενον. Γνώμης τοιγαροῦν ὁ ὑπελήφθη, τῷ ἀνδρὶ προσμένειν κελεύει. Ὡς δὲ πολὺ τὸ μεταξὺ ἦν, καὶ ὁ προσδοκώμενος ἐξελθεῖν οὔπω παρῆν, ἅπεισι πάλιν ὁ Πρόκλος, τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τοῦτο διαναγκάσαντος, εἰ τὴν ὁμιλίαν παυομένην ἴδοι, προσαγγελῶν τῷ μακαρίῳ. Ὡς δὲ καὶ αὖθις διὰ τῆς ὀπῆς εἰσβλέψας ἐώρα προσεκτικὴν εἰσέτι καὶ διεγρηγορυῖαν τὴν ἔντευξιν, ἄκαιρον εἶναι καὶ ἰταμὸν ἡγησάμενος οὕτως ἔχοντα διακόψαι τὸν λόγον, ἐπανιὼν αὖθις διηπορεῖτο τίς τε εἴη ὁ λέγων, καὶ πῶς εἰσέλθοι, μὴ αὐτῷ πρότερον ἀγγελθέν. Βραχὺ τοίνυν ἐπισχὼν ἅπεισι πάλιν, καὶ ὁμοίως ἰδὼν ἀτενῆ καὶ ἔτι γινομένην τὴν ὁμιλίαν, ἐπεὶ καὶ τὸ ξύλον ἤδη κρουσθὲν εἰς τὴν σύναξιν παρεκάλει, προσελθὼν τῷ
D ἀνθρώπῳ, ἀνομίλητα τοῦ λοιποῦ τὰ πρὸς αὐτὸν εἶναι λέγει μέχρι τέλους τῆς τοῦ ὄρθρου δοξολογίας, καὶ εὐθὺς ἐκπέμπει διακελευσάμενος εἰς τὸν ὑστεραίαν ἐπανελθεῖν. Ἦκε τοιγαροῦν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὁ Πρόκλος μελλήσας οὐδὲν ἅπεισι, καὶ τὰ αὐτὰ πάλιν ὁρᾷ, μηδὲν ὑπενδούσης τῆς ὁμιλίας. Διὰ ταῦτα οὖν καὶ ἔτι τὴν ὑπόμνησιν μὴ θαῤῥήσας, ἐπάνεισι λυπηρῷ λυπηρὸς τῷ ἀνδρὶ φανεὶς, καὶ ἐγκαλεῖσθαι νομισθεὶς δίκαιος, ὅτι ἀνθρώπῳ ἀνθρωπίνοις ἐμπεσόντι κακοῖς, καὶ καιροῦ βαρύτητι χρησαμένῳ μὴ χρηστὸς φαίνοιτο, μηδὲ τὰ δυνατὰ συναιρόμενος, ἀλλ' ἑτέροις

(10) Vide de hac historia Damascenum *De imag.* orat. 1 : Leonem August. et cæteros.

χαρίζεται μᾶλλον, τὴν εἰς τὸν μέγαν εἴσοδον αὐτὸν ταῖς ἀναβολαῖς κατατρίβων. Ἐκείνου δὲ διαβεβαιοῦντος οὐδὲν εἶναι τοιοῦτον, ἀλλὰ παρὰ πᾶσαν αὐτοῦ αἴσθησιν τε καὶ γνῶσιν τοῦτο συμβαίνειν, ὡς ἤδη πολὺ μὲν τῆς νυκτὸς ἥνυστο, μηδὲν δὲ ἡ ἔντευξις ὑπελλάττοντο, πάλιν τὸ ξύλον κρουσθὲν, λύπης (φεῦ!) καὶ βαρυθυμίας μεστὸν τὸν ἄνθρωπον ἀποπέμπει, οὐ μὴν ὥστε καὶ ἀπογνῶναι τὴν εἰσαῦθις ἐπάνοδον. Τῷ δὲ Πρόκλῳ θαυμάζειν μὲν ἀτεχνῶς ἐπῆει· ἐγκαλεῖν δὲ παρῆν οὐδενί. ἑαυτῷ δὲ μέμφεσθαι μᾶλλον, ὡς παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀμέλειαν τοῦτο συμβαῖνον. Διὰ ταῦτα καὶ συνθήκας ἑαυτῷ τίθησι πάνυ βεβαίας· μὴ προσέσθαι τροφὴν, μὴ ὕπνῳ εἴξαι, μὴ βραχὺ τῶν θυρῶν ἀποστῆναι, ἕως αὐτῷ γένοιτο ἢ τῷ ἀνθρώπῳ πρώτην θέσθαι τὴν εἴσοδον, ἢ μαθεῖν τίς εἴη ὁ καὶ ταῖς προλαβούσαις τὴν εἰσαγωγὴν ὑποκλέψας· ὡς δὲ οὕτω περὶ θυρῶν ἦν ὄμμασί γε καὶ ὠσὶν ἑστῶσι καὶ ὅλῳ προσέχων τῷ νῷ, τρίτη μὲν αὕτη νὺξ ἦν, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἤδη παρῆν. Εὐθὺς οὖν ὁ Πρόκλος ἀπαντήσας, Θάρσει, ἔφη· ἀκριβὴς γὰρ ἐγὼ σοι τὰ νῦν φύλαξ, καὶ οὐδεὶς εἰς δεῦρο πρὸς τὸν μέγαν εἰσέλθοι, ἀλλὰ πρῶτός τε καὶ μόνος αὐτὸς εἰσελεύσῃ, καὶ κατὰ σχολὴν ἐντεύξῃ, καθὼς σοι βούλημα. Τοῦτο εἰπὼν ἄπεισι διὰ τάχους, καὶ τῇ ὀπῇ τὸν ὀφθαλμὸν προσβαλὼν, καὶ πάλιν ὅμοια τοῖς προτέροις ἰδὼν, τὸν μὲν τὸ στόμα θατέρᾳ τῶν ἀκωῶν παραβάλλοντα, καΐ ὡς ἀπόῤῥητά τινα διαψιθυρίζοντα, τὸν δὲ χάρτην μεταχειρίζοντα καὶ ἐοικότα γράφειν τὰ εἰσηγούμενα, συνῆκεν ὁ Πρόκλος οὐκ ἄθεσεί τήνδε τὴν ὄψιν γίνεσθαι, οὔτε μὴν εἶναι ἀνθρώπειόν τι τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ θεῖόν τι χρῆμα καὶ κρεῖττον ἢ κατ' ἄνθρωπον. Ἐπιστραφεὶς τοίνυν, Ἄπιθι, τῷ ἀνθρώπῳ φησὶ, καὶ καθ' ἑαυτὸν μένε τοῦ Θεοῦ δεόμενος. Εἰκὸς γάρ σου καὶ ἀβούλητον αὐτῷ τὴν εἴσοδον εἶναι, καὶ παρὰ τοῦτο κωλύεσθαι. Ἐπεὶ βέβαιον κεῖσθω σοι τοῦτο καὶ ἀναμφίλογον, μηδένα [ἴσ. μηδενὸς] τῶν περικειμένων σῶμα, ἀλλὰ θειοτέραν τινα καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς εἶναι τὴν ὁμιλίαν. Ἔχει γὰρ καὶ αὖθις ὁμοίως, ὡς αἱ προλαβοῦσαι δύο νύκτες μοι ἔδειξαν. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἀπῄει λύπῃ δεινῇ κάτοχος καὶ ἀπορίας κατάπλεως. Ἡμέρας δὲ ἤδη γενομένης, μνήμη τὸν μακάριον ὑπελθοῦσα μεταπαλέσασθαι τὸν Πρόκλον ποιεῖ· Καὶ ποῦ, φησὶν, ὁ πρὸ τῆσδε τῆς τρίτης ὡς ἡμᾶς ἐλθεῖν ἀξιώσας, καὶ τοῦτο παρ' ἡμῶν λαβὼν κατὰ θέλησιν; Ὁ δὲ τρίτον, ἔφη, τῶν τριῶν ἐφεξῆς νυκτῶν παρεγένετο, καὶ παρέτεινε προσμένων εἰς ὄρθρον. Ἀλλ' ἐπεὶ ἔτυχεν ἕτερον ὁμιλεῖν σοι, αὖθαδες ἐνομίσθη προσελθόντας ἐγκοπὴν δοῦναι τῷ λόγῳ. Τὸν δὲ θαυμάσαντα, Καὶ τίς, φάναι, ὁ προσελθὼν νυκτός μοι καὶ ὁμιλήσας; Εἶτα τὸν Πρόκλον, τούτῳ ἐοικώς, εἰπεῖν, ὁ προσομιλῶν σοι, δείξαντα ἐπὶ τῆς εἰκόνος τὸν Παῦλον, ἥτις τῷ Ἰωάννῃ πρὸ ὀφθαλμῶν ἵστατο, καὶ ἦν συνεχῶς εἰωθεὶ προσβλέπειν· ὃς καὶ διεφαίνετο καθημένῳ σοι, φησὶ, καὶ τῇ Γραφῇ προσκειμένῳ ἠρέμα τοῖς ὦμοις ἐπικλινόμενος, καὶ πρὸς τὸ οὖς ὁμιλῶν (ὡς δὲ ἐμὲ οἴεσθαι) καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ταῖς ἀληθείαις ἐστίν. Ἔγνω τοιγαροῦν ὁ μέγας ἐπήκοον αὐτοῦ γενέσθαι τὸ Θεῖον, ἐφ' οἷς ἐζήτει μαθεῖν, εἰ κατὰ νοῦν τῷ Ἀποστόλῳ τῶν ἐπιστολῶν ἡ ἐξ-

pus erat perpessus, non se benignum præbuisset, neque quam poterat opem ferre, ei tulisset: sed aliis potius ad magnum Joannem præbens aditum, dilationibus eum sic protelaret. Proclo autem affirmante, nihil esse hujusmodi: sed se non sentiente nec sciente hoc accidisse, cum jam magna pars noctis esset transacta, nequaquam autem minueretur illa collocutio, lignum rursus pulsatum, plenum dolore et animi ægritudine amandat hominem, non tamen ita, ut futuri reditus spem abjiceret. Proclo vero admirari quidem, ut par erat, veniebat in mentem, sed neminem habebat, quem reprehenderet: sed de se potius querebatur, ut qui sua negligentia hoc putaret accidere. Quamobrem apud se omnino constituit, non cibum sumere, non somno ne nimium quidem cedere, neque a foribus omnino discedere, donec vel ipse primus homini daret aditum: ut saltem sciret, quisnam is sit, qui præcedentibus diebus clanculum fuit ingressus. Cum autem arrectis oculis et auribus staret pro foribus, et totum animum adhiberet, hæc quidem erat nox tertia, et homo jam aderat. Statim ergo Proclus ei factus obviam: Esto, inquit, bono animo: ego enim modo tibi fui custos diligens, neque ullus hucusque ad magnum ingressus fuit, sed tibi primo et soli ad eum erit ingrediendum, et eum per otium convenies, quantum voles. Hoc cum dixisset, accedit quamprimum, et cum foramini oculum admovisset, et vidisset similia prioribus, illum quidem os admoventem alteri ex auribus, et tanquam arcanum quodpiam ei communicantem et submurmurantem: hunc autem chartam habentem in manibus, et qui videbatur scriptis mandare ea, quæ dictabantur, intellexit Proclus non sine Dei numine hanc fieri visionem, neque humanum quidpiam esse, quod apparebat, sed rem divinam et quæ sit supra hominem. Conversus ergo, homini dixit: Abi, et mane apud te, Deum rogans. Consentaneum enim est eum nolle, ut tu ingrediaris, et te ideo prohiberi. Hoc enim pro certo habeas, nullius omnino ex iis qui sunt corporati, sed diviniorem quamdam et quæ est supra nos, esse sermonicationem. Habet enim rursus se similiter, sicut duæ præcedentes nocte jam mihi ostenderunt. Et ille quidem sic abiit, gravi dolore oppressus, et plenus dubitatione. Cum autem jam esset dies (neque enim sivit ille bonus conturbatum animum sic manere absque consolatione) recordatus sanctus, jubet accersiri Proclum, et, Ubi est ille, inquit, qui tribus ante diebus ad nos cupiebat accedere? Quod quidem a nobis haud gravate impetravit. Ille autem, Ter, inquit, tribus deinceps noctibus accessit, et permansit usque ad matutinum. Sed quoniam alius tecum loquebatur, existimavimus futurum esse nimiæ arrogantiæ, si accedentes interrumperemus tuam collocutionem. Is autem admiratus, Et quis, inquit, noctu ad nos accesserit, et quis nos convenerit? Deinde Proclus, Est quidem, inquit, omnino mihi ignotus: qui autem te alloquebatur, inquit, erat

huic similis, ostendens Pauli imaginem, quæ perpetuo stabat ante Joannem, et quam solebat assidue intueri: qui etiam videbatur tibi sedenti et scriptioni incumbenti sensim in humeros inclinare, et tecum loqui in aurem. Ut autem ego opinor, erat ille ipse revera. Cognovit itaque magnus Joannes se a Deo fuisse exanditum de iis, quæ cupiebat scire, an Paulo grata esset Epistolarum expositio: et ideo ostendisse illum ipsum Paulum, qui cum eo versabatur, et ei tanquam discipulo opem ferebat in oratione: imo vero, qui nihil amplius afierebat, nisi quod iis, quæ dicebantur, solum servientem porrigebat dexteram. Cum sic sibi persuasisset Joannes, jussit quidem Proclum parum recedere. Ille autem inclusus, procedit in genua, et lacrymis plenos habens oculos, Deo magnas egit gratias, quod solvisset ea, quæ erant dubia. Deinde jussit Proclo, ne eum negligeret, qui petierat ut eum conveniret, sed juberet, ut nocte sequenti accederet. Dicit enim nihil tale amplius ab eo visum iri. Is autem vocatus accessit, et rogavit de iis, quæ erant proposita. Deinde Joannes nihil differens (quomodo enim, qui in talibus erat igni ardore similis?) imperatori quidem de eo significat: et ille quidem statim cessit: hic autem fuit revocatus, et priorem honorem rursus fuit assecutus. Aureus vero Joannes prompto et alacri animo repletus ex eo, quod illam divinam excepisset visionem, et tanquam discipulus in magistro haberet fiduciam, cum quæ restabant sacrarum illius Epistolarum, ad finem deduxisset et explicasset, dat Ecclesiæ divitias, quæ nunquam consummuntur.

A ἡγησις· καὶ διὰ τοῦτο δεῖξαι αὐτὸν ἐκεῖνον συνόντα τὸν Παῦλον, καὶ τοῦ λόγου καθάπερ δὴ καὶ μαθητῇ συναιρόμενον, καὶ τὸ ὅλον τοιαύτην γίνεσθαι τὴν ἐξήγησιν, οἵαν εἶναι τῷ Ἀποστόλῳ δοκοῦν, αὐτὸν οὐδὲν συνεισφέροντα πλέον, ὅτι μὴ μόνον ὑπηρετοῦσαν τὴν δεξιὰν παρέχοντα. Οὕτω πιστωθέντα τὸν Ἰωάννην κελεῦσαι τὸν Πρόκλον ἀποστῆναι μικρόν· ἐκεῖνον δὲ ἐγκλεισάμενον πρὸς γόνυ πεσεῖν, καὶ δακρύων ὑπόπλεω τοὺς ὀφθαλμοὺς θέμενον, πολλὴν τῷ Θεῷ χάριν τῆς τῶν ἠμφιβόλων ἐπιλύσεως καθομολογεῖν. Εἶθ' οὕτως ἐπιτρέψαι τῷ Πρόκλῳ, κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα τὸν ἄνθρωπον ἀγαγεῖν. Μηδὲν γὰρ ἔτι φησὶ τοιοῦτον ὀφθήσεσθαι, καὶ τὸν κληθέντα προσελθεῖν, καὶ ἀξιωσαι περὶ τῶν προκειμένων· εἶτα τὸν Ἰωάννην οὐδὲν ὑπερθέμενον (πῶς γὰρ, ὃς ἐν B τοῖς τοσούτοις πυρὶ τὴν θερμότητα ἐοικὼς ἦν;) τῷ βασιλεῖ γνωρίσαι περὶ αὐτοῦ· καὶ τὸν μὲν εὐθὺς εἶξαι, τὸν δὲ ἀναχληθῆναι, καὶ τῆς προτέρας αὖθις ἀξιωθῆναι τιμῆς. Ὁ μέντοι χρυσοῦς Ἰωάννης ὁρμῆς τε καὶ προθυμίας ἐκ τοῦ μαθεῖν περὶ τῆς θειοτέρας ἐκείνης ὄψεως ὑποπλησθεὶς, καὶ οἷα δὴ μαθητὴς τῷ διδασκάλῳ ἐπιθαῤῥήσας, τὰ ἐλλείποντα τῶν ἐπιστολῶν εἰς πέρας ἐνεγκὼν καὶ διασαφήσας, πλοῦτον δωρεῖται τῇ Ἐκκλησίᾳ μηδέποτε δαπανώμενον.

qui ipsum diligunt [35]. Deinde rogabat, ne quis sua causa vellet suam relinquere ecclesiam : Sed si vultis mihi, aiebat, gratificari, mementote nostri in vestris orationibus. Hæc dicens, postquam vidit eos vinci lacrymis, ecclesiam autem, ut magis ita dicam, deflere, eos recreabat spiritaliter, et indice sinistræ manus volam pulsans, ut solebat facere in curis animi: Satis, inquit, lamentationum. Quid enim vultis cor mihi frangere? Sed videte, ne relinquatis ecclesias, hoc enim, sicut prius dixi, volo a vobis, si quid aliud, fieri. Cum autem dixisset quidam : Sed necesse et nos manentes in ecclesiis, communicare cum insidiatoribus et dare manum iisdem subscriptionibus; beatus autem protinus: Sed permitto quidem, inquit, ut communices, te omnino abstinens ab ecclesiæ schismatibus, nequaquam autem subscribas, nulliüs enim rei mihi sum omnino conscius, cur deponar. Cum ii sic communiter colloquerentur, accedunt quidam afferentes litteras a Theophilo, quarum erat inscriptio: Sancta synodus (32) in Quercu congregata, Joanni : illum quidem adeo nude et tam ignominiose, ut ne nomen quidem darent episcopi, suam autem revera improbam synagogam, vocantes sanctam synodum. Videbantur enim eum condemnasse vel ante dictam causam, infames scilicet et exsecrandi eum, in quem non cadit reprehensio, estque purus et mundus. Quidnam autem continebant eæ litteræ? Libellos accepimus, qui erant pleni multis contra te accusationibus. Oportet ergo te venire, de eis redditurum rationem. Ad hæc Christi discipulus et imitans illius mansuetudinem, tres episcopos cum duobus presbyteris mittit ad eos, ipsum defensuros, sicut ille ipse scribit in epistola (33) ad Innocentium (is autem erat patriarcha Romanus), Misimus ad ipsum, dicens, episcopum Pessinuntis Demetrium, Apameæ Eulysium, et Apiareæ Lucipinum (34); presbyteros autem Germanum et Severum, cum ea, qua nos oportebat, moderatione respondentes, et dicentes nos non recusare judicium, sed apertum inimicum et hostem manifestum. Qui enim nondum libellos acceperat, et talia ab initio fecerat, et se ab Ecclesiæ communione et precatione absciderat, accusatores adornabat, clerum transmovebat, et desertas reddebat ecclesias : quomodo is jure potuerit ascendere sedem judicis, quæ ad eum minime pertinet? Neque enim erat consentaneum, ut qui ex Ægypto erat profectus, esset judex iis, qui erant in Thracia, et qui ipse erat reus hostisque et inimicus. Sed tamen nihil horum reveritus, sed implere studens ea, quæ statuerat, cum nos significassemus esse paratos diluere crimina vel mille et centum præsentibus episcopis, et nos puros esse ostendere, sicut

ἀπολιπεῖν· ἀλλ' εἴ τί μοι καὶ χαρίζεσθαι βούλεσθε, τοῦτο εἶναι καὶ τὸ μνημονεύειν ἡμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς. Ὡς δὲ εἶδε συγχεομένους τοὺς ὀφθαλμοὺς, τὴν Ἐκκλησίαν δὲ μᾶλλον εἰπεῖν ἀποδυρομένους, πατριῶς ἀνελάμβανε, καὶ τῷ λιχανῷ δακτύλῳ τὸν ταρσὸν τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς ἐπικόπτων (οὕτω γὰρ ἐν ταῖς ἐπὶ νοῦν φροντίσιν εἰώθει ποιεῖν), Ἄλις, εἶπε, τῶν θρήνων· τί μου συνθρύπτειν βούλεσθε τὴν καρδίαν; ἀλλ' ὅπως τὰς ἐκκλησίας μὴ ἀπολίπητε· τοῦτο γὰρ ὑμῖν καὶ πρότερον ἔφην. Εἰπόντος δέ τινος, Ἀλλ' ἀνάγκη ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιμένοντας ἡμᾶς κοινωνῆσαι τοῖς ἐπιβούλοις τούτοις, καὶ χεῖρα δοῦναι ταῖς ἴσαις ὑπογραφαῖς· τὸν μακάριον εὐθὺς, Ἀλλὰ κοινωνῆσαι μὲν, εἶπεν, ἐπιτρέπω χάριν τοῦ μὴ σχίσματος ὑμᾶς αἰτίους καταστῆναι τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὑπογράψαι δὲ οὐδαμῶς. Σύνοιδα γὰρ οὐδὲν ἐμαυτῷ καθαιρέσεως ἄξιον. Τούτων οὕτω διαλεγομένων προσέρχονταί τινες γράμματα παρὰ Θεοφίλου κομίζοντες, ὧν ἡ ἐπιγραφὴ, Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐπὶ Δρυὸς συναθροισθεῖσα τῷ Ἰωάννῃ, ψιλῶς οὕτω καὶ ἀτίμως αὐτὸν ὀνομάζουσα, καὶ μηδὲ ἐπίσκοπον ἀξιοῦσα καλεῖν. Ἐφάνησαν γὰρ καθαίρεσιν αὐτοῦ κατεψηφίσασθαι καὶ πρὸ ἐξετάσεως τοῦ ἀληπτου καὶ καθαροὶ οἱ ἐπίρρητοι, καὶ κατάπτυστοι, καὶ μυρίων ἀνεπλησμένοι κακῶν. Τίς δὲ καὶ ἡ τῶν ἐγκειμένων δύναμις; Λιβέλλους ἐδεξάμεθα κατὰ σοῦ πολλῶν ὄντας αἰτιαμάτων μεστούς. Χρὴ οὖν ἀπαντῆσαί σε τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ὑφέξοντα λόγον. Πρὸς ταῦτα ὁ Χριστοῦ μαθητὴς, καὶ τὴν ἐκείνου ζηλῶν ἐπιείκειαν, τρεῖς τῶν ἐπισκόπων ἐξαποστέλλας ἅμα δυοῖν πρεσβυτέροιν, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ἐν τῇ πρὸς Ἰννοκέντιον ἐπιστολῇ, Ἀπεστείλαμεν, φησὶ, πρὸς αὐτὸν ἐπίσκοπον τὸν Πισινοῦντος Δημήτριον, τὸν Ἀπαμείας Ἐλύσιον, καὶ τὸν Ἀπιαρίας Λουπικῖνον· πρεσβυτέρους δὲ Γερμανὸν καὶ Σεβῆρον, μετὰ τῆς προσηκούσης ἡμῖν ἐπιεικείας ἀποκρινομένους καὶ λέγοντες, μὴ παραιτεῖσθαι κρίσιν, Ἀλλ' ἐχθρὸν πρόδηλον καὶ πολέμιον φανερόν. Ὁ γὰρ μηδέπω λιβέλλους δεξάμενος, καὶ τοιαῦτα ἐκ προοιμίων ποιήσας, καὶ ἀποῤῥήξας ἑαυτὸν Ἐκκλησίας, κοινωνίας, εὐχῆς, καὶ κατηγόρους ἀλείφων, καὶ κλῆρον μεθιστὰς, καὶ ἐκκλησίας ἐρημῶν, πῶς ἂν ἦ δίκαιος ἐπὶ τὸν τοῦ δικαστοῦ θρόνον ἀναβαίνειν οὐδαμόθεν αὐτῷ προσήκοντα; Οὐδὲ γὰρ ἀκόλουθον ἦν τὸν ἐξ Αἰγύπτου τοῖς ἐν Θρᾴκῃ δικάζειν, καὶ τὸν ὑπεύθυνον αἰτίαις ὄντα καὶ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων αἰδεσθεὶς, ἀλλ' ἅπερ βεβούλευτο, πληρῶσαι κατεπειγόμενος, ἡμῶν δηλωσάντων ὅτι ἕτοιμοι καὶ ἑκατὸν καὶ χιλίων ἐπισκόπων παρόντων ἀποδύσασθαι τὰ ἐγκλήματα καὶ δεῖξαι καθαροὺς ὄντας ἑαυτοὺς, ὥσπερ οὖν καὶ ἐσμέν, οὐχ ἠνέσχετο, ἀλλ' ἀπόντων ἡμῶν καὶ σύνοδον ἐπικαλουμένων, καὶ κρίσιν ἐπιζητούντων, καὶ οὐκ ἀκρόασιν φευγόντων, ἀλλ' ἀπήχθειαν φανερὰν, καὶ κατηγόρους ἐδέχετο, καὶ τοὺς παρ' ἐμοῦ γενομένους ἀκοινωνή-

[35] Act. xxiv, 21.

(32) Synodus anno 403 a Theoph. congregatur; ad quam citatur Joannes Chrys. De hac synodo ad Quercum habita, vide tom. I *Conc. gen.* sub Innocent. I.

(33) Ex epistola Chrys. ad Innocentium Papam.

(34) Al. *Lupicinum*.

τους ἔλυσε καὶ παρ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν οὔπω τὰ ἐγκλήματα διαλυσαμένων λιβέλλους ἐλάμβανε, καὶ ὑπομνήματα ἔπραττεν, ἅπερ πάντα παρὰ κανόνων ἀκολουθίαν ἦν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τὰ ἑξῆς ἡ καλὴ διέξεισι γλῶττα, καὶ παρὰ τοῦτο οὐ δεῖ λέγειν ἡμᾶς, παρὸν ἐκείνης ἀκούειν. Ἀπαγγελθείσης δὲ τοῖς περὶ Θεόφιλον τῆς ἀπολογίας, αὐτοὶ τὴν ἀλήθειαν τῶν εἰρημένων οὐκ ἐνεγκόντες, εἶτα κατὰ τῶν ἀπεσταλμένων τὴν ὀργὴν ἐκένουν, καὶ λαβόμενοι τούτων ἔτυψάν τε καὶ χιτῶνας αὐτῶν διέρρηξαν· πρὸς δὲ καὶ σιδήροις ἐνὸς τὸν τράχηλον περιέβαλον, ἅπερ ἔτυχον τότε τῷ πατριάρχῃ παρασκευάσαντες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ πονηροῦ ταύτῃ διαθέντος αὐτῶν τὴν καρδίαν, καὶ φυγάδα τοῦτον ἐν ἀφανεῖ καθιστῶσι τόπῳ, τὰ σίδηρα ταυτὶ περιδεδλημένον. Ἐκείνου τοίνυν τοῦ γαροῦν, ὡς προείρηται, αὐτοὺς μὲν, ἅτε ἐχθροὺς σαφεῖς ὄντας παραιτουμένου, σύνοδον δὲ κανονικὴν ἐπικαλουμένου, οἱ ταχεῖς αἵμα ἐκχέαι, καὶ μὴ παρόντος μηδὲ τὸ παράπαν τι ἀπολογουμένου κατεψηφίζονται, σαθρά τινα λίαν, τοῦ ἀγγελικοῦ κατειπόντες βίου, παίζουσιν ἐοικότες μᾶλλον ἢ σπουδάζουσι, καὶ τὴν ἐν μακρῷ χρόνῳ διαμελετηθεῖσαν κακίαν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ συντελέσαι σπεύσαντες. Δειλὸν γάρ τι τὸ ψεῦδος καὶ δεινῶς εὐπτόητον· ἀμέλει καὶ τὴν πρᾶξιν ἐπιταχύνειν οἶδε, φεῦγον τὸν ἔλεγχον. Εἶτα σκεψάμενοι καὶ τὸν βασιλέα συνήγορον τῆς ψήφου λαβεῖν, ὥστε ἰσχυρότερον θεῖναι τὸ σπουδαζόμενον, συλλαβὰς αὐτῷ πέμπουσιν οὕτω ἐχούσας· Ἐπειδὴ κατηγορηθεὶς Ἰωάννης καὶ ἑαυτῷ χαλεπὰ συνειδὼς ἄλλα τε πλεῖστα, καὶ ὅτι καὶ καθοσιώσεως αἰτίᾳ ὑπόκειται (καθοσίωσιν δὲ ἀντικρυς τὴν πρὸς τὴν βασιλίδα διαφορὰν ὠνόμαζον) οὐκ ἠθέλησε πρὸς τὴν σύνοδον ἀπαντῆσαι, διὰ ταῦτα γοῦν καὶ κατὰ κανόνα ἤδη καθῃρεθη· καὶ τὸ λειπόμενον οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἐπιτρέψαι τὸ ὑμέτερον κράτος καὶ ἄκοντα τοῦτον εἰς τὴν ὑπερορίαν ἀπελαθῆναι. Ταῦτα τῶν καλῶν ἱερέων, καὶ βραδέων μὲν εἰς ὀργὴν ὀφειλόντων εἶναι, ταχέων δὲ εἰς χρηστότητα, ὧν οἱ ὀδόντες ὅπλα, καὶ βέλη, καὶ ἡ γλῶσσα, κατὰ τὸ θεῖον εἰπεῖν λόγιον, μάχαιρα ὀξεῖα. Εἶτα ἐπιτρέψαντος Ἀρκαδίου (πεπιστεύκει γὰρ ὡς ἱερεῖσιν αὐτοῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὰ κρυφῇ καὶ κατὰ διάνοιαν οὐχ ἱερεῦσιν, ἀλλὰ ἱερυσύλοις μᾶλλον ἐοικότες εἰσὶ), τί γίνεται; Κινεῖται μὲν ἅπας ὁ δῆμος, καὶ εἰς πολλὴν ἀθρόως στάσιν ἀνάπτεται· καὶ τοῦτο μὲν τοῦ βασιλέως καταδοᾷ, τοῦτο δὲ καὶ Θεοφίλου μᾶλλον τὴν κακίαν ἐλέγχει. Πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν τέως ἀπεχθῶς ἐχόντων μεταβαλόντες, μάτην ἔλεγον διαβεδλῆσθαι τὸν ἅγιον, μάρτυρα ἀψευδῆ τὸ συνειδὸς ἔχοντες, καὶ τὴν ἔκδηλον καὶ φανερὰν δυσωπηθέντες ἀλήθειαν. Τέλος ἰσχυροτέρας γενομένης τῆς πονηρίας, μᾶλλον δὲ τοῦ ἁγίου τοῦτο θελήσαντος, ἵνα μή τις καὶ τολμηθῇ κίνδυνος, ὥσπερ φίλον ἐν ταῖς τοιαύταις στάσεσι, πρὸς ἑσπέραν ἤδη βαθεῖαν ἐκβάλλεται, καθάπερ ἐν τῇ αὐτῇ πάλιν πρὸς Ἰννοκέντιον ἐπιστολῇ τῆς χρυσῆς γλώττης ἀκούειν ἔξεστιν οὕτω λεγούσης· Τί γὰρ δεῖ πολλὰ λέγειν; Οὐκ ἀπέστη πάντα ποιῶν καὶ πραγματευόμενος, ἕως ἡμᾶς μετὰ δυνάστείας καὶ

A nunc sumus, non passus est: sed nobis absentibus et synodum invocantibus, et judicium requirentibus, et non auditionem fugientibus, sed apertas inimicitias, admisit accusatores, et eos qui excommunicati a me fuerant, absolvit, et ab iis ipsis, qui nondum crimina diluerant, accepit libellos, et exegit commentarios: quæ quidem erant omnia præter canonum consequentiam. Sed hæc quidem, et quæ deinceps sequuntur, egregia illa lingua recenset: et ideo non opus est, ut ea nos dicamus, cum illam audire liceat. Verum enim vero renuntiata defensione iis, qui erant cum Theophilo, ipsi non ferentes veritatem eorum, quæ dicebantur, (quomodo enim, qui spem posuerant mendacium, ut ait beatus Isaias [36], et exspectabant fore, ut eo B tegerentur?) iram effuderunt in eos, qui missi fuerant: eosque apprehensos vehementer verberarunt, et eorum tunicas disruperunt: quin etiam ferro, quod tunc parabant in patriarcham, collum unius circumdederunt: quin etiam cum malignus eorum corda sic affecisset, eum mittunt in exsilium, in quemdam locum obscurum et occultum, ferro sic circumdatum. Illo ergo eos, ut diximus, recusante, tanquam apertos inimicos, canonicum autem invocante concilium, qui erant veloces ad effundendum sanguinem, etiam non præsentem aut aliquid respondentem condemnant, cum imbecilla quædam maledicta in vitam congessissent angelicam, visi potius ludere, quam serio agere, et quæ longo tempore instructa et ordinata fuerat, mali- C tiam uno die temere studentes effectam reddere. Res est enim timida mendacium, et quæ facile potest terreri: et ideo actionum exsecutionem novit accelerare, fugiens omnino, ne convincatur. Deinde cum considerassent fore sibi utile, si haberent imperatorem suæ defensorem sententiæ, ut quod improbe faciebant, redderent validius, ad eum mittunt litteras in hanc sententiam: Quoniam accusatus Joannes, et sibi cum aliorum plurimorum conscius, tum etiam, quod sit reus læsæ majestatis læsam plane majestatem nominantes, quæ ei cum imperatrice fuerat controversiam), non potuit sibi persuadere, ut veniret ad synodum; propterea si exacte considerentur canones, jam est depositus, nihil restat, nisi ut vestra jubeat potenD tia eum vel invitum mitti in exsilium. Hæc sunt egregiorum illorum sacerdotum, qui debebant quidem esse tardi ad iram incitandam, urgere autem ad benignitatem: quibus ira ad similitudinem serpentis, et lingua (rursus enim nobiscum loquatur divinus David [37]) gladius acutus. Deinde cum jussisset Arcadius (eis enim credebat tanquam sacerdotibus, nesciens eos in interiori homine non esse sacerdotibus, sed potius sacrilegis similes), quid fit? Movetur quidem universus populus, ut qui sensisset id, quod non erat faciendum, et repente in magnam accenditur seditionem: et par-

36 Isa. XXVIII, 15. 37 Psal. LXI 5; XXXVI, 14.

tim quidem vociferatur adversus imperatorem, partim autem Theophili quoque et multo magis arguit improbitatem. Multi enim etiam ex iis, qui erant ei infensi, jam mutati, dicebant fuisse sanctum temere accusatum, incorruptum testem habentes omnes conscientiam, apertamque et evidentem reverentes veritatem : tandem autem cum plus valuisset improbitas, imo vero cum justus Joannes hoc voluisset, ne aliquod oriretur periculum, ut solet accidere in talibus seditionibus, profundo vespere expellitur, sicut ipsam linguam auream licet audire in epistola ad Innocentium, quæ sic dicit : Quid enim multa opus est dicere ? Non destitit omnia facere et moliri, donec nos cum multa potestate et auctoritate e civitate ejecit et ex ecclesia, et profundo vespere, attracto omni populo, tractus a magistratu civitatis, per mediam civitatem, et per vim deductus sum, in navem immissus, et noctu navigavi, quoniam invocabam synodum ad justam auditionem. Quis hæc audiverit sine lacrymis, etiamsi cor habuerit lapideum? Sed sic quidem expulsus, appellit ad os Ponti, quod vocant Sacrum. Deinde etiam transit Prænetum, aut ab iis potius, qui agebant, transmittitur. Bonus autem Theophilus, postquam evenit, ut ex animi sententia fierent quæ volebat, mittit etiam litteras ad Innocentium Romanum episcopum, ei significans Joannis depositionem. Qui cum legisset litteras, et in eis vidisset multam insidere perversitatem, ne voluit quidem respondere, ut qui eum magnæ temeritatis damnasset et arrogantiæ, quod et solus scripsisset, et quod non aperte scripsisset, quanam de causa et cum quibus eum deposuisset. Hinc causam Heraclidis, quem magnus ille Joannes Ephesi constituerat antistitem, tractans Theophilus, et ex eo illi beato tentans labem inurere, ipsum etiam judicavit non præsentem, dicens, quod aliquos injuste verberasset, et per medium forum vinctos catena circumduxisset. Civibus autem contra dicentibus, non oportere absentes judicari, volentibus vero Alexandrinis attendere accusatores Heraclidis, ex eo orta est seditio : ex seditione autem ventum est ad manus : ex eo vero ad vulnera, ea autem mors quoque est consecuta, quorum omnium Theophilus dictus est et fuit causa. Hæc summe irritarunt Byzantinos, et eum quærebant perdere, et in profundum maris mittere eum qui erat dignus : ille autem posquam sensit persequentes, fuga statim sibi consuluit, et penetralia subiit Ægypti. Quod autem neque prius perturbator jure Dioscoro irascebatur, neque veram et accuratam defendens pietatem erat infestus libris Origenis, sed hinc captabat occasionem deponendi Joannis, ostendit id, quod est postea consecutum. Nam simul atque perfecit quod studebat, cum monachis statim fœdus iniit ; libros autem admisit (35), quos prius abdicarat synodice. Sed vult etiam reliqua persequi oratio.

A αὐθεντίας πάσης τῆς τε πόλεως καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐξέβαλε · καὶ πρὸς ἑσπέραν βαθεῖαν τοῦ δήμου πεντὸς ἐπισυρομένου, ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ Κυριόσσου τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει, καὶ πρὸς βίαν σωρόμενος κατηγόμην, καὶ εἰς πλοῖον ἐνεβαλόμην, καὶ διὰ νυκτὸς ἔπλεον, ἐπειδὴ σύνοδον πρὸς δικαίαν ἀκρόασιν ἐπεκαλούμην. Τίς ταῦτα ἀδάκρυτι, κἂν λιθίνην ἔχῃ διένοιαν, ἀκούσειεν ; Ἀλλ' οὕτω μὲν αὐτὸς Ἐκβληθεὶς τῷ τοῦ Πόντου στόματι, ὃ καὶ Ἱερὸν καλοῦσι, προσίσχει. Εἶτα καὶ εἰς Πραίνετον διαβαίνει, ἢ ὑπὸ τῶν ἀγόντων μᾶλλον μεταβιβάζεται. Ὁ δὲ χρηστὸς Θεόφιλος, ἐπεὶ γέγονεν αὐτῷ τελέσαι τὰ κατὰ γνώμην, γράμματα καὶ πρὸς Ἰννοκέντιον τοῦτον τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον πέμπει, δήλην αὐτῷ καθιστὰς τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν · ὃς καὶ τοῖς γράμμα- B σιν ἐντυχὼν, οὐδὲ ἀντιγράφων ὅλως ἔκρινεν ἀξιοῦν, πολλὴν αὐτοῦ προπέτειαν καὶ τῦφον κατεγνωκὼς, ὅτι τε μόνος γράψοι, καὶ ὅτι μηδὲ δηλώσοι σαφῶς οὗ χάριν καθεῖλε, καὶ μετὰ τίνων. Ἐντεῦθεν τὰ κατὰ Ἡρακλείδην, ὃν ὁ μέγας Ἐφέσου πρόεδρον καταστήσας ἦν, ἀναψηλαφῶν ὁ Θεόφιλος, καὶ μῶμον ἐκ τούτου περιάψειν τῷ μακαρίῳ πειρώμενος, καὶ αὐτὸν ἔκρινε μὴ παρόντα, ὡς εἴη τινας ἀδίκως τυπτήσας, καὶ διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς περιενεγκὼν ἀλύσει ἀσμίους. Ἀντιλεγόντων οὖν τῶν τῆς πόλεως μὴ δεῖν κατὰ ἀπόντων δικάζειν, Ἀλεξανδρέων δὲ ἀξιούντων τοῖς Ἡρακλείδου κατηγόροις προσέχειν, στάσις ἐκ τούτου φύεται · ἐκ δὲ τῆς, συμπλοκαὶ χειρῶν · ἐκ τούτων, τραύματα · τούτοις δὲ καὶ θάνατος ἠκολούθει · ὧν πάντων Θεόφιλος αἴτιος ἐλέγετο, καὶ ἦν. C Ταῦτα Κυζαντίους ἠρέθισεν ἄκρως, καὶ ἀωλέσαι αὐτὸν ἐζήτουν, καὶ βυθοῖς ἐκδοῦναι τοῖς θαλαττίοις. Ὁ δὲ τῶν διωκόντων ὡς ἤσθετο, φυγὰς εὐθὺς ἤγετο, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους εἰσέδυ μυχούς. Ὅτι δὲ οὐδὲ πρότερον ὁ ταραχοποιὸς οὑτοσὶ θυμῷ δικαίῳ τοῖς περὶ Διόσκορον χολούμενος ἦν, οὔτε μὲν εὐσεβεῖ λογισμῷ τοῖς Ὠριγένους ἀπήχθετο βίβλοις, ἀλλ' ἀφορμὰς ἐντεῦθεν ἑαυτῷ πορίζων πρὸς τὴν τοῦ ἁγίου καθαίρεσιν, τὸ μετὰ ταῦτα δηλοῖ. Ὁμοῦ τε γὰρ τὸ σπουδαζόμενον αὐτῷ διήνυστο, καὶ παραχρῆμα τοῖς μοναχοῖς μὲν ἐσπένδετο, τὰς βίβλους δὲ παρεδέχετο, ἃς τέως συνοδικῶς ἀπεκήρυττεν, Ἀλλ' ὁ λόγος ἐπιέναι καὶ τὰ λοιπὰ βούλεται.

XLVI. Interim enim, dum hæc fierent, Deus terræmotu terrefecit civitatem, communesque eam agitabant conquassationes, et graves terrores imperatorio imminebant cubiculo: adeo ut populus tu-

ΜΖ'. Ἐν ὅσῳ γὰρ ἐπράττετο ταῦτα, νύκτωρ τὴν πόλιν ἔσεισεν ὁ Θεὸς, καὶ θραῦσις καὶ δείματά τινα τῷ βασιλικῷ συμπέπτωκε κοιτῶνι, ὡς καὶ θορύβου τὸ πλῆθος ὑποπλησθῆναι, καὶ μέγα βοῶντας ἀνακαλεῖ-

(35) Theophilum Origenis errores tantum, non omnes libros damnasse, ex Ecclesiæ catholicæ sententia, quæ ejus Commentarios ita legit, ut ab ejus erroribus esse cavendum admoneat, docet Baronius tom. V *Annal.* an. 403.

σθαι τὸν ἱερέα. Καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτίκα κέντρῳ τινὶ λυπης τὴν καρδίαν πληγείς, μετάμελός τε γεγόνει, καὶ γράμμασι βασιλικοῖς τὴν Ἰωάννου ἀνάκλησιν ἐπισμεύδει. Πέμπει δὲ μετὰ τῶν γραμμάτων καὶ Βρίσωνα τὸν εὐνοῦχον, τινικαῦτα τῇ βασιλίδι Εὐδοξίᾳ ὑπηρετούμενον· ὃς τὸν ἅγιον ἐν Πραινέτῳ καταλαβὼν ὑπὸ τῶν ἐγχειρισθέντων φρουρούμενον, ἐπανελθεῖν ἠξίου καὶ τῇ πόλει στῆσαι τὸν κίνδυνον. Μετ' αὐτὸν δὲ ἄλλοι, καὶ μετ' ἐκείνους ἕτεροι, καὶ πλήρης οὕτω τῶν πεμπομένων ὁ Βόσπορος. Ἐπεὶ οὖν ὑποστρέφειν αὐτὸν ἔγνωσαν ἡ πόλις (τρίτῃ δὲ ἦν ἐπὶ δεκάτῃ τῷ Νοεμβρίῳ), πῶς ἄν τις τῶν ἐξιόντων ἀριθμήσοι τὸ πλῆθος, πῶς ἐκφράσοι τὴν ἡδονήν; τῶν ποτσμῶν γὰρ ἀτεχνῶς ἐμιμοῦντο τὰ ῥεύματα. Καὶ μνστὴ μὲν ἡ θάλαττα πορθμείων, μεστὴ δὲ ἦχων, μεστὴ δὲ ᾀσμάτων καὶ ὑμνῳδίας. Τοιαῦτα δύναται πόθος ψυχαῖς ἐντακεὶς ἀνδρὸς πολλήν τε ἀρετὴν ἔχοντος, καὶ ὠφελεῖν πλεῖστα δυναμένου, καὶ πατρικῶς στέργοντος. Γοῦτο τεκμήριον ἀκριβὲς ὑπῆρξεν ἧς ἀπέλαυον ἡδονῆς οἱ τῆς χρυσῆς ταύτης γλώττης ἐντρυφῶντες τοῖς ῥεύμασι. Τὸ γὰρ οὕτως αὐτὸν ἀπειληφότας ἡσθῆναι, σαφῶς ἐδήλου τὴν στέρησιν λύπης αἰτίαν αὐτοῖς καταστῆναι. Λύπη δὲ πολλὴ μετὰ στέρησιν, ἴσην εἶναι προὐπάρχουσαν ἡδονὴν μαρτυρεῖ. Ἐπεὶ τοίνυν ἐπανιὼν ἐγγιστά που τῆς πόλεως γίνεται, οὐ πρότερον εἰσελθεῖν ἠξίου, πρὶν ἂν μείζονι κριτηρίῳ τὰ κατ' ἐκεῖνον ἐπιτραπῇ. Ἀλλὰ τὸ πλῆθος ἠσχαλλε, καὶ τόλμης ἥπτετο, καὶ τοὺς κρατοῦντας ἐλοιδορεῖτο, ἕως ἅπαντες εἰς ταυτὸν συνελθόντες, καὶ τὰ μὲν δεήσει χρησάμενοι, τὰ δὲ καὶ προσδιασάμενοι, πείθουσι μόλις ἐπιβῆναι τῆς πόλεως. Ὡς δὲ καὶ τῷ θρόνῳ καθίζειν ἔμελλον, ἰσχυρῶς ἀντείχετο, πάλιν δεῖν, λέγων, τὰ ψηφισθέντα δοκιμασθῆναι πρότερον καθολικωτέρᾳ τυχόντα ἐπικρίσεως. Ἀλλ' ὁ τοῦ λαοῦ κρεείττων γίνεται πόθος (ἐγλίχοτο γὰρ τῆς μελιχρᾶς ἐπακοῦσαι γλώττης, ἧς συνήθως ἀπέλαυον), καὶ εἰς τὸν πατριαρχικὸν οὕτως ἀναγουσι θρόνον. Ὁ δὲ πάντας τε ἡδέως εἶδε, καὶ ὥσπερ ἔθος, τὴν εἰρήνην αὐτοῖς ἐπηύξατο. Οὕτω μὲν ἡ Ἐκκλησία τὸν ἑαυτῆς νυμφίον ἀπολαβοῦσα, καὶ τὸ περιελθὸν αὐτῇ τέως σκυθρωπὸν λύσασα, ἤνθει καὶ ἔθαλλε ταῖς ποτίμοις αὐτῶν τῶν λόγων ἀρδευομένη πηγαῖς. Ἀλλ', ὦ φθόνε, κακὸν ἄμαγον! Σοὶ γὰρ ὅλως οὐκ ἦν ἠρεμεῖν, οὐδέ τινο κόρον ἔσχες τῶν κατ' αὐτοῦ προσβολῶν, ἕως, ἀγριε καὶ ἀτίθασσε, τέλεον αὐτὸν ὑποῤῥῆξαι, καὶ μακρὰν θεῖναι τῆς ποίμνης ἴσχυσας, αἴ, αἴ, τὸν καλὸν ποιμένα, καὶ ὀφθαλμοῖς ἀγρύπνοις αὐτῆς προϊστάμενον. Πλὴν ἀλλὰ τίνα τρόπον πάντα συνέβη, καὶ πόθεν ἡ ἀφορμὴ τῷ φθόνῳ τοῦ τοσοῦδε κακοῦ;

A multa impleretur, et magna voce clamans, revocaret sacerdotem. Quin etiam ipse quoque imperator vehementi stimulo tristitiæ in corde sauciatus, movetur pœnitentia, et litteris imperatoriis quamprimum magnum illum revocat. Brison autem erat, cui datæ fuerunt litteræ, unus ex eunuchis, qui ministrabant Eudoxiæ. Qui cum pervenisset ad sanctum, qui Præneti asservabatur in custodia, rogavit ut veniret et civitatem liberaret a periculo. Sed non ad Brisonem usque constitit ejus reditus studium et acceleratio : sed post ipsum alii, et post illos alii. Sicque fuit Bosphorus plenus eorum, qui mittebantur. Cum itaque eum redire agnovisset civitas (erat autem decimus tertius Novembris), quemadmodum enumerarit quispiam multitudinem eorum, qui exibant? Quomodo explicarit studium in egrediendo? B Quomodo expresserit voluptatem? Plane enim imitabantur fluenta fluviorum, cum alii aliis agminatim succederent. Et erat quidem mare plenum navigiis, plenum autem sonitu canticisque et hymnis, qui Deo cum magna voluptate canebantur. Hoc potest insideus animæ viri desiderium, qui virtute quidem est ornatus, est autem sortitus populi administrationem, et eum amat paterne. Hoc est evidens argumentum voluptatis, qua tunc fruebantur, qui jucundis se explebant fluentis aureæ hujus linguæ. Quod enim, qui eum exceperunt, adeo sunt læti, id ostendebat privationem fuisse causam magni doloris. Magnus autem dolor, post privationem, testatur omnino fuisse parem antea voluptatem. Cum ergo revertens, esset proxime civitatem, nolebat prius ingredi, quam majori judicio res ejus committeretur: C sed populus ægre ferebat, et ad audendum jam se parabat, et eos, qui rerum potiebantur, insectabatur maledictis, donec omnes in idem convenientes, et partim quidem utentes precibus, partim autem vim afferentes (audaciæ enim aliquid habet desiderium) vix tandem persuadent ascendere civitatem. Cum vero essent eum in sede collocaturi, ipse rursus resistit vehementius, dicens opotere ea, quæ prius sunt decreta, examinari, et omnino magis generale assequi judicium. Sed vicit populi judicium, quod erat fortius omnibus : et sic eum rursus in sedem reducunt patriarchalem. Ille autem et omnes lubenter aspexit, et, ut mos est, pacem eis est precatus. Et sic quidem Ecclesia cum D suum sponsum accepisset, et quæ eam circumsistebat, tunc solvisset tristitiam, florebat et germinabat irrigata suavissimis verborum ejus fontibus. Sed, o invidia, malum invictum, malum, quod semper bonis insidiatur. Tibi enim omnino non licebat quiescere, neque ulla te cepit satietas continuorum insultuum, donec, o sæva et agrestis, eum valuisti omnino abrumpere et procul a grege removere, heu! heu! bonum pastorem, et qui vigilantibus oculis ei præerat. Sed quonam modo hæc evenerunt, et undenam rursus invidiæ tanti mali occasio?

ΜΖ'. Στήλη τις ἀργυρᾶ τῆς βασιλίδος ἐγγύς που τοῦ ἱεροῦ, ᾧ Σοφία ἐπώνυμον, ἐπὶ κίονος ἦν. Ἐν ταύτῃ συνήθως δημώδεις ἠθροίζοντο παιδιαί. Ὅθεν ὁ μέγας ὅδριν εἶναι τοῦ ναοῦ λογισάμενος, διὰ τὸ

XLVII. Statua quædam argentea imperatricis prope templum, cui cognomen est Sophia, erat super columnam. In ea de more fiebant ludi quidam publici. Quod quidem cum magnus ille recte

reputasset esse templi contumeliam (ad sacros enim, qui canebantur hymnos, confusæ et inordinatæ voces contra resonabant), sæpe autem adhortatus, non potuisset facere ut cessarent, linguam laxat in eos, qui hæc jubebant fieri. Itaque Eudoxia rursus ad se trahens ea quæ dicebantur, et existimans omnia ad se referri, graviori telo iræ sauciata, erat intolerabilis, nec poterat cohiberi, quantum efficere poterat, universum evertere aggrediens, et nihil aliud effectum reddere machinans, quam opportune eum ulcisci, qui visus fuerat eam afficere injuria (36). Rursus ergo statim congregabatur synodus (37), et litteræ mittebantur imperatoriæ, quæ et alios episcopos et eos, qui nuper accusatores fuerant, evocabant. Cum autem non esset eis honesta causa movendi ea, quorum jam fuerat accusatus, ars tamen non defuit malitiæ. Ad eum enim, qui in rebus ejusmodi erat ingeniosissimus, et ad hæc construenda solertissimus, nempe ad Theophilum, statuerunt scribere, ut vel veniret quamprimum, vel modum eis rursus suggereret, per quem possent adversus Joannis summam contendere veritatem. Ipse autem, ut qui quomodo fugisset esset memor, venire quidem ad eos recusavit, ut quod non esset sibi conducibile : mittit autem tres suis episcopis, eis dato canone ad accusationem (38), quem prius proposuerunt Ariani adversus validum Ecclesiæ propugnaculum, nempe Athanasium, qui dicit : Si quis episcopus aut presbyter juste aut etiam injuste depositus, per se redierit absque synodo Ecclesiæ, ei non detur amplius locus defensionis. Atque sic quidem is, cui nullus erat per improbitate, cochlear Ecclesiæ, Libyca plane fera, ex Ægypto Proteus, jussit eos dicere qui ab ipso missi fuerant, nihil aliud volens efficere, quam ut sic sua esset firma ac rata sententia, et ne viro egregio daretur locus diluendi calumnias, quæ ei objectæ fuerant. Sed ille non vulpinam, sed leoninam potius pellem induens, nempe veritatem, dicit nec se in judicio fuisse, neque accusationem audivisse, neque omnino habuisse tempus ad defensionem : ab imperatore autem fuisse expulsum, et ab illo rursus vel invitum introductum : alioqui autem se scire hunc canonem fuisse compositum ab Arianis : et quoniam non recte se habebat, a Sardicensi synodo fuisse abrogatum (39). Deinde cum simul cum Acacio et Antiocho et aliis calumniatoribus ex parte quoque Joannis decem ingressi fuissent ad imperatorem, et illi quidem affirmarent, dictum canonem esse firmum et validum, ut qui aperte factus esset ab orthodoxis : hi autem dicerent, eum esse et mentis et linguæ hæreticæ, et maligne ab eis esse inventum. Quamobrem sæpe ab Ecclesia injuste ex-

A τοὶς ἱεροῖς ὕμνοις ᾀδομένοις ἀτάκτους τε καὶ ἀσήμους ἀντηχεῖσθαι φωνὰς, ἐπεὶ πολλὰ παραινέσας παύειν οὐκ εἶχε, παραχωρεῖ τῇ γλώττῃ κατὰ τῶν ταῦτα γενέσθαι κελευόντων. Ἡ τοίνυν Εὐδοξία πάλιν εἰς ἑαυτὴν ἕλκουσα τὰ λεγόμενα, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀναφέρεσθαι τὸ πᾶν οἰομένη, βαρυτέρῳ τυπεῖσα τοῦ θυμοῦ κέντρῳ ἀφόρητός τε καὶ ἀκάθεκτος ἦν, γῇ θάλασσαν μιγνῦσα, καὶ τὸ πᾶν στρέφουσα, οὐδὲν ἄλλο περαίνειν βουλομένη πρότερον, ἢ ἀμύνασθαι τὸν δόζαντα ὑβρικέναι. Εὐθὺς οὖν σύνοδος ἐκροτεῖτο πάλιν, καὶ βασιλικὰ πρὸς τούτῳ γράμματα διεπέμποντο, ἄλλους τε τῶν ἐπισκόπων, καὶ τοὺς πρώην κατηγόρους μετακαλούμενα. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἦν αὐτοῖς εὐπρόσωπος ἀφορμὴ τοῦ τὰ ἤδη κατηγορηθέντα κινεῖν, ὅμως οὐκ ἄσπορον κατέστη τοῖς πονηροῖς, B μαθεῖν ἐκ ἑτέρου σπουδάσασιν, ὃ γνῶναι παρ' ἑαυτῶν ἄπορον ἦν. Τί οὖν σκέπτονται, καὶ ποῖ φέρονται ; Πρὸς τὸν σοφὸν τὰ τοιαῦτα καὶ πορριμώτατον κακουργεῖν γράφειν ἔγνωσαν, καὶ παρ' αὐτοῦ διδαχθῆναι τὴν τῶν ἀπορουμένων εὕρεσιν. Γράφουσιν οὖν Θεοφίλῳ ἢ ἀπαντῆσαι τὸ τάχος πάλιν, ἢ τρόπον αὐτοῖς ὑποθέσθαι, δι' οὗ ἂν δυνηθεῖεν πρὸς τὴν πολλὴν Ἰωάννου διαπαλαίειν ἀλήθειαν. Αὐτὸς οὖν συνειδὼς, ὅπως ἀπέδρα πρότερον, τὸ μὲν ἀπαντῆσαι, ἅτε μὴ λυσιτελοῦν αὐτῷ, παρητήσατο· τρεῖς δὲ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων ἐκπέμπει, κανόνα δοὺς εἰς κατηγορίαν, ὃν Ἀρειανοὶ πρότερον κατὰ τοῦ στερρᾶς τῆς Ἐκκλησίας ἐρεισματος Ἀθανασίου προέτειναν, Εἴ τις ἐπίσκοπος, λέγοντα, ἢ πρεσβύτερος δικαίως ἢ καὶ ἀδίκως καθαιρεθεὶς, ἑαυτῷ ἐπανέλθοι συνόδου C δίχα τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῷ τοιούτῳ μηκέτι δίκαιαν χώραν ἀπολογίας. Οὕτω μὲν οὖν ὁ μηδενὶ τὴν ἐνηρίαν ἰσούμενος, ὁ τῆς Ἐκκλησίας δοίδυξ, τὸ Λιβυκὸν θηρίον, ὁ ἐξ Αἰγύπτου Πρωτεὺς, οὕτως ἐκείνοις τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεισιν ἐπέτρεψε λέγειν, οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὴν αὐτοῦ βουλόμενος ψῆφον κρατεῖν, καὶ μηδὲ χώραν δοθῆναι τῷ μακαρίῳ τὰς διαβολὰς ἀποδύσασθαι. Αὐτὸς δὲ μήτε δικάσασθαι ἔφη, μήτε γραφῆς ἀκοῦσαι, μήθ' ὅλως καιροῦ τυχεῖν εἰς ἀπολογίαν· ὑπὸ βασιλέως δὲ ἐξωσθῆναι, καὶ παρ' ἐκείνου πάλιν εἰσαχθῆναι, καὶ μὴ βουλόμενος· ἄλλως τε δὲ καὶ τὸν κανόνα τοῦτον ὑπ' Ἀρειανῶν οἶδα συντεθέντα, καὶ ὅτι μὴ καλῶς εἶχεν, ὑπὸ τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου διαστράφεντα· εἶτα τοῖς περὶ Ἀκάκιον καὶ Ἀντίοχον, Σεβηριανόν τε καὶ Κυρῖνον, καὶ τοῦ μέρους Ἰωάννου δέκα συνεισεβθόντων εἰς βασιλέα, καὶ τῶν μὲν διατεινομένων τὸν ἤδη λεχθέντα συντηρεῖσθαι κανόνα, D ὡς γε καὶ ὑπὸ ὀρθοδόξων συντεθειμένον, τῶν δὲ αἱρετικῆς αὐτὸν ὀρθρενὸς εἶναι λεγόντων, καὶ ὑπὸ τούτων κακούργως ἐξευρημένον, ἀνθ' ὧν πολλάκις τῆς Ἐκκλησίας ἀδίκως ἀπελαθεὶς Ἀθανάσιος, εἶτα καιροῦ τυγχάνων ἑαυτῷ ἐπεισῆει· καὶ ὅτιπερ Ἰωάννης οὐδὲ καθήρηται πρότερον, ἀλλ' οὕτως ὑπὸ κό-

(36) Baronius justiorem commotionis causam Joannis contra Eudoxiam astruit, quod ejus simulacrum scilicet, non solum Constantinop. veneraretur sed per provincias etiam Ethnicorum instar circumferretur. Vide præd. Baron. ad an. 404.

(37) Anno 404. Iterum cogitur synodus contra virum Dei. Vide Niceph. lib. XIII, c. 17 ; Socr. lib. XI, c. 16 ; Sozom. lib. VIII, cap. 20, 21 ; Bar. ad an. 404.

(38) Erat hic canon concilii Antiocheni in Encæniis, ab Arianis celebrati, ut notat Bar.

(39) *Concil. Sardic.* c. 3.

μητος ἐξελαυνεται, καὶ οὐδὲ ἑαυτῷ ἐπεισῆλθεν, ἀλλὰ τῷ σῷ κράτει, φησὶν, εἶξας, ὡ βασιλεῦ, μᾶλλον δὲ βιασθείς. Τέλος ὑπογραψάτωσαν, οἱ τῆς Ἰωάννου καὶ Θεοῦ μοίρας εἶπον, οὗτοι (τοὺς περὶ τὸν Ἀκάκιόν καὶ Ἀντίοχον λέγοντες) οἱ ὀρθοδόξων εἶναι τὸν κανόνα διατεινόμενοι τῆς αὐτῆς εἶναι πίστεως τοῖς ἐκτεθεικόσι, καὶ διαλύουσι τὸ ἀμφίβολον. Ἐπῆνεσεν ὁ βασιλεὺς τὸ εἰρημένον, ὡς καλῶς ἔχον, καὶ γίνεσθαι οὕτως ἐπέτρεπεν· οἱ δὲ ὑπέσχοντο μὲν ποιήσειν, ἀπίσχοντο δὲ τὸ μὴ ἀσφαλὲς τοῦ πράγματος ὑποπτεύσαντες.

pulsus Athanasius, deinde occasionem nactus, per se rediit: et quod Joannes ne prius quidem fuerit depositus, et neque per se rursus esset ingressus: sed tuo cedens imperio, aiebant, o imperator, imo vero per vim coactus. Postremo inscribantur (40), dicebant, ii qui sunt Joannis et Dei partis, et isti, Acacium dicentes et Antiochum, qui orthodoxum affirmant esse canonem; et fateantur se esse ejusdem fidei, cujus ii, qui ediderunt: et sic solvitur id, de quo dubitatur. Laudavit quod dictum fuerat imperator, ut quod recte se haberet, et sic jussit eos facere. Illi autem se facturos quidem sunt polliciti, præ se ferentes, se confidere: destiterunt vero, ut qui sint suspicati rem minime esse tutam.

ΜΗ'. Ἐν τούτοις τῶν πραγμάτων ὄντων, καὶ τοῦ μὲν ὡς ἄριστα τὴν Ἐκκλησίαν διέποντος ἔτος ἐντελὲς μετὰ τὴν ἀνάκλησιν, τῶν δὲ τὰ ἑαυτῶν ποιούντων, καὶ τί μὴ κινούντων, ὥστε τὸν ἅγιον τοῦ θρόνου καταγαγεῖν, ἐπείπερ ἡ τοῦ Πάσχα παρέβαλλεν ἑορτὴ, τῶν συχνῶν ὀχλήσεων ἡ βασιλεὺς ἠττηθείς, δηλοῖ τῷ πατριάρχῃ τῆς Ἐκκλησίας ὑπεξελθεῖν, ὑπὸ συνόδων ἤδη δυεῖν καταψηφισθέντα. Πρὸς ταῦτα τοιγαροῦν ὁ μέγας, Εἴπατε τῷ βασιλεῖ, ἔφη. Ἐγὼ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος τὴν Ἐκκλησίαν ἐπιτραπεὶς, ὑποχωρῆσαι ταύτης ἐκὼν δέδοικα. Εἰ δέ σοι τοῦτο κατὰ γνώμην, ὦ βασιλεῦ, ἀλλὰ βίᾳ με ταύτης ἔξωσον, ἵν' ἔχω τῆς οἱονεὶ λειποταξίας ἀπολογίαν, τὴν σε σὴν ἐξουσίαν, καὶ τὴν ἐμοῦ παρὰ γνώμην αὐτῆς καταλειψιν. Πέμψαντες τοίνυν, τῆς μὲν λειτουργίας αὐτὸν ἀπέχεσθαι παραγγέλλουσι, τῷ ἐπισκοπεῖν δὲ τὸ παρὸν ἐνδιατρίβειν παραχωροῦσι, δείσαντες, οἶμαι, μή τι πάλιν καὶ Θεὸς ἄνωθεν ἐπιδικάσῃ τῇ τόλμῃ, καὶ ἵν' ἐγγὺς αὐτὸν ἔχοντες διορθώσοιντο. Οὕτως οὖν ἰδιάζων μεταξὺ διῆγεν ὁ μέγας διαλέξεων τε καὶ τῶν καλῶν τῆς γλώττης ῥευμάτων εἰργόμενος. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τοῦ μεγάλου Σαββάτου ἡμέρα ἦν, ὁ βασιλεὺς τοὺς περὶ Ἀκάκιόν τε καὶ Ἀντίοχον μεταστειλάμενος, τί δέοι πράττειν ἠρώτα. Σκοπεῖτε γὰρ, ἔφη, καὶ εἰ καλῶς ἔχει τὰ παρ' ὑμῶν εἰσηγούμενα. Οἱ δὲ, Ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἡμῶν, εἶπον, ἡ Ἰωάννου καθαίρεσις, ἐοικότα τυχὸν τοῖς, Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, εἰποῦσι, καὶ οὐ πολὺ πόρρω τῆς γνώμης αὐτῶν φθεγξάμενοι. Καὶ οὕτως ἐρήμην καταψηφίζονται τοῦ δικαίου, μήτε λόγου μεταδόντες, ἐφ' οἷς κατηγόρουν, μήτ' ἀπολογίαν ἠντιανοῦν παρ' ἐκείνου δεξάμενοι. Ταῦτ' οὖν μαθόντες οἱ τῆς Ἰωάννου μερίδος, οἱ μὲν ἐπίσκοποι, λύπῃ καὶ δάκρυσι δόντες ἑαυτοὺς, ταῖς καταγωγαῖς ἡσύχαζον· ἱερεῖς δὲ καὶ ὅσοι τοῦ κλήρου ἔν τισι τῶν εὐκτηρίων οἴκων περὶ τὸν τόπον, ὃς Κωνσταντιναὶ λέγεται, συναγόμενοι, μετὰ πολλοῦ τοῦ συνδεδραμηκότος πλήθους τῶν ἱερῶν ὕμνων καὶ τῆς συνήθους εἴχοντο δοξολογίας, βαπτίσματός τε θείου τοὺς προσιόντας ἠξίουν. Δείσαντες οἱ τοῦ πονηροῦ συνεδρίου, μὴ τῷ ἱερῷ προσβαλὼν, ὡς ἔθος, ὁ

XLVIII. Cum res ita se haberent, et ille quidem anno integro optime administraret Ecclesiam post revocationem: isti autem, quæ sibi erant propria, facerent: ea vero erant artes et imposturæ: et quid non moverent, ut Sanctum e sede deponerent, etiamsi non potuerint ejus spiritus dejicere? Cum adesset festus dies Paschæ, a multis molestiis, quas ei exhibuerunt isti, victus imperator, significat patriarchæ, ut excedat ex ecclesia, ut qui jam a duabus synodis sit condemnatus. Adhæc magnus ille Joannes: Ego, inquit, cui Deus et Servator Ecclesiam tradidit regendam, ab ea mea sponte vereor recedere. Sin autem hoc ita tibi videtur, o imperator, at me ex ea vi expelle, ut me possim omnino defendere, quod ordine vel vi deseruerim. Ad eum itaque mittentes prohibent quidem sacrificare: concedunt autem, ut in præsentia quidem versetur in episcopatu; timentes, ut opinor, ne Deus rursus desuper ferat sententiam in eorum audaciam, et ut prope eum habentes, Dei iram per ipsum reprimant. Sic ergo seorsum interim egit vir ille magnus, cessans a sermonibus et pulchris linguæ fluentis. Cum autem esset dies magni Sabbati (41), imperator fecit quod non recte se habebat, nec animi erat imperatorii. Accersitis Acacio et Antiocho, rogavit quidnam oporteret facere. Sed oportet, inquit, considerare, an Deo grata sint, quæ a vobis fiunt. Illi autem (quid enim erat eis Deus curæ?), In nostrum, inquiunt, redeat caput Joannis depositio: similia iis, qui dixerunt: « Sanguis ejus super nos 38, » et non procul ab eorum sententia, eloculi. Sic absentem condemnant virum justum, cum nec de iis, quorum accusabatur, dicendi potestatem ei permisissent, quod est commune omnibus, qui judicant sine ulla animi perturbatione: neque ab illo ullam accepissent defensionem. Cum hæc autem audivissent, qui erant a partibus Joannis, episcopi quidem se animi ægritudini dedentes et lacrymis, in angulis latebant et silentium agebant in habitaculis: sacerdotes autem et quicunque erant ex clero, congregabantur ad quasdam ædes

38 Matth. XXVII, 25.

(40) Elpidium Laodiceæ Syriæ episcopum fuisse, memorat ex Palladio Baron. qui hujus causæ decisionem perfacilem imperatori proposuerit.

(41) Nota, cum esset dies magni Sabbati, hoc est, Sabbatum sanctum.

oratorias (vocatur autem locus Constantianæ) et cum magna concurrisset multitudo, iis omnibus curæ erant sacri hymni et consueta glorificatio : præterea vero eos quoque,qui accedebant, divino dignabantur baptismo. Timentes ergo, qui erant improbi concilii,ne si in templum,ut solebat,venisset imperator, et vidisset id vacuum populo, hinc quidem sentiret populi in magnum Joannem benevolentiam, eorum autem, ut erat consentaneum,condemnaret invidiam : efficiunt ut quidem Lucius dux militum numeri gravis armaturæ,quem etiam fama erat esse gentilem religione, vadens convocaret populum ad ecclesiam, mansuetudine primum utens et persuasione,lege ut aiunt Bœotia; sin minus, vim etiam inferret, lanceam miscens cum caduceo. Ille autem cum statim cum iis,quos habebat, quadringentis vespere irruisset,illa fecit, quæ par erat eos solos pati, qui fecerant : dicere autem et explicare non nos oportet, sed id concedere illi linguæ omnium pulcherrimæ, et eam audire narrantem. Ipse enim sicut fortiter sustinuit,ita etiam vere narravit quod accidit.Scribens enim ad Innocentium, et quæ ausi fuerant, oratione persequens, eum autem antea diximus Romanum fuisse episcopum, sic rem tractavit: Quomodo quæ hic facta sunt deinceps, narraverim, quæ omnem superant tragœdiam ? Quænam ea explicarit oratio ? Quænam aures ea absque horrore acceperint ? Nam cum nos eadem sicut prius proponeremus, repente multitudo militum in ipso magno Sabbato, die jam inclinante ad vesperam, in ecclesias irruens, universum clerum, qui erat nobiscum,expulit, armisque circumdedit; et mulieres, quæ se ad baptismum exuerant, ex ædibus oratoriis nudæ eo tempore evaserunt, metu gravis hujus irruptionis,ne eum quidem,quem decet mulieres,pudoris ornatum induere permissæ: multæ vero etiam acceptis vulneribus expulsæ sunt, et lavacra sanguine sunt impleta, et sacra fluenta sanguine evaserunt purpurea. Et nec hic quidem malum constitit : sed ingressi milites, ubi sancta erant reposita, quorum, sicut cognovimus, nonnulli non erant mysteriis initiati quæ intus erant, omnia viderunt,et sanctissimus Christi sanguis, ut in tanto tumultu, in prædictorum militum vestes fuit effusus (42),et tanquam in barbarica captivitate ausi sunt illa omnia, et populus ejectus fuit in solitudinem, et universus populi cœtus versabatur extra civitatem:et in tali festo ecclesiæ erant inanes populo,et plus quam quadraginta episcopi, qui nobiscum communicabant,cum populo et clero temere expulsi sunt,gemitusque et planctus erat in solitudinibus, et quælibet pars civitatis erat plena his calamitatibus.Nam propter insignem iniquitatem,non solum qui patiebantur,sed etiam qui nihil

A βασιλεὺς, καὶ τοῦ λαοῦ κενωθὲν αὐτὸ θεασάμενος, αἴσθησιν μὲν ἐντεῦθεν λάβοι τῆς τοῦ λαοῦ πρὸς τὸν μέγαν εὐνοίας, αὐτῶν δὲ βασκανίαν εὐθὺς καταγνῷ, παρασκευάζουσι Λούκιόν τινα τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ὁπλοφόρων ἡγούμενον, ὃ, καὶ Ἕλληνα τὴν θρησκείαν ὁ τῶν πολλῶν εἶχε λόγος, ἀπελθόντα, τὸ πλῆθος εἰς τὴν ἐκκλησίαν μεταπαλέσασθαι, ἐπιεικείᾳ τὸ πρῶτον καὶ πειθοῖ χρώμενον, εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ καὶ βίαν ἐπαγαγεῖν. Ὁ δ' εὐθὺς πρὸς [Ἴσ. σὺν] τετρακοσίοις, οἷς περὶ αὐτὸν εἶχεν, ἐσπέρας ἐπεισπεσών, ἐκεῖνα εἰργάσατο, ἃ πυθέσθαι μὲν τοὺς δεδρακότας μόνους ἦν ἄξιον · εἰπεῖν δὲ καὶ διασαφῆσαι παραχωρεῖν ἡμᾶς προσῆχον τῇ καλλίστῃ γλωσσῶν, καὶ παρ' αὐτῆς ἀκούειν διηγουμένης. Αὐτὸς γὰρ ὥσπερ ὑπέστη γενναίως, οὕτω δὴ καὶ γενναιότατα διηγήσατο. Καὶ B γὰρ ἐπιστέλλων Ἰννοκεντίῳ, καὶ τὰ τολμηθέντα δεξιὼν (Ῥώμης δὲ αὐτὸν ἐπίσκοπον ὁ λόγος φθάσας ἐδέλωσε), διέλαβεν οὕτω · Πῶς ἂν τὰ ἐνταῦθα διηγησαίμην λοιπὸν, πᾶσαν ὑπερβαίνοντα τραγῳδίαν ; τίς αὐτὰ παραστήσειε λόγος ; ποία χωρὶς φρίκης δέξεται ἀκοή ; Ἡμῶν γὰρ ταῦτα, καθάπερ ἔμπροσθεν εἶπον, προτεινόντων, ἀθρόον στρατιωτῶν πλῆθος αὐτῷ τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ, πρὸς ἑσπέραν λοιπὸν τῆς ἡμέρας ἐπειγομένης, ταῖς ἐκκλησίαις ἐπεισελθόντες, τὸν κλῆρον ἅπαντα τὸν σὺν ἡμῖν πρὸς βίαν ἐξέβαλον, καὶ ὅπλοις τὸ βῆμα περιεστοίχιστο. Καὶ γυναῖκες τῶν εὐκτηρίων οἴκων, πρὸς τὸ βάπτισμα ἀποδυσάμεναι, κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν γυμναὶ ἔφυγον ἀπὸ τοῦ φόβου τῆς χαλεπῆς ταύτης ἐφόδου, οὐδὲ τὴν πρέπουσαν γυναιξὶν εὐσχημοσύνην συγχωρούμεναι περιθέσθαι. Πολλαὶ δὲ καὶ τραύματα δεξάμεναι ἐξέβαλλοντο, καὶ αἵματος αἱ κολυμβῆθραι ἐπλήσθησαν, καὶ τὰ ἱερὰ ἀπὸ τῶν αἱμάτων ἐφοινίσσετο νάματα. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα εἱστήκει τὸ δεινὸν, ἀλλ' ἔνθα τὰ ἅγια ἀπέκειτο, εἰσελθόντες οἱ στρατιῶται, ὧν ἵνα καθὼς ἐπέγνωμεν, καὶ ἀμύητοι ἦσαν, πάντα τὰ ἐώρων τὰ ἔνδον, καὶ τὸ ἁγιώτατον αἷμα τοῦ Χριστοῦ ὡς ἐν τοσούτῳ θορύβῳ εἰς τὰ τῶν προειρημένων στρατιωτῶν ἱμάτια ἐξεχεῖτο, καὶ ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ βαρβαρικῇ, πάντα ἐτολμᾶτο · καὶ ὁ δῆμος πρὸς τὴν ἐρημίαν ἠλαύνετο, καὶ ἅπας ὁ λαὸς τῆς πόλεως ἔξω διέτριβε. Καὶ κεναὶ ἐν ἑορτῇ τοιαύτῃ τῶν λαῶν αἱ ἐκκλησίαι ἐγίνοντο, καὶ πλείους ἢ τεσσαράκοντα ἐπίσκοποι οἱ οἰκονομοῦντες ἡμῖν μετὰ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου εἰλῇ καὶ μάτην ἠλαύνοντο. Καὶ ὀλολυγαὶ καὶ οἰμωγαὶ τὰς οἰκίας κατὰ τὰς ἐρημίας καὶ D κατὰ πᾶν τῆς πόλεως μέρος τῶν συμφορῶν ἐπλήρουν τούτων. Διὰ γαρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παρανομίας, οὐχ οἱ πάσχοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ μηδὲν τοιοῦτον ὑπομένοντες, συνήλγουν ἡμῖν, οὐχὶ ὁμόδοξοι μόνοι, ἀλλά καὶ αἱρετικοὶ καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες. Ὡς τῆς πόλεως κατὰ κράτος ἀλούσης, οὕτως ἐν θορύβοις καὶ ταραχαῖς καὶ ὀλολυγαῖς ἅπαντα ἦν. Καὶ ταῦτα ἐτολμᾶτο παρὰ γνώμην τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, νυκτὸς καταλαβούσης, ἐπισκό-

(42) Nota hic contra hujus temporis hæreticos, qui negant asservandam sacratissimam Eucharistiam, quam non tantum sub specie panis, sed et vini asservatam, hæc Chrysostomi memorat epistola. Idem etiam S. Gregor. *Dial.* l. III, c. 36, astruit.

πων αὐτὰ κατασκευαζόντων, καὶ πολλαχοῦ στρατηγούντων, οἳ οὐκ ἠσχύνοντο καμπιθούκτωρας ἀντὶ διακόνων προηγουμένους ἔχοντες, Ἡμέρας δὲ γενομένης, πᾶσα ἡ πόλις ἔξω των τειχῶν μετῳκίζετο, ὑπὸ δένδρα καὶ νάπας, καθάπερ πρόβατα διεσπαρμένα, τὴν ἑορτὴν ἐπιτελοῦντες. Ἀλλ' οὕτω μὲν ἡ χρυσῆ γλῶσσα. Τοιαῦτα δὲ κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα οἱ καλοὶ ποιμένες καὶ ψυχῶν προστασίαν πεπιστευμένοι τῷ ἀναστάντι ἐκαρποφόρουν. Ἐντεῦθεν καὶ διατάγματα πανταχοῦ προτίθετο, τῆς Ἰωάννου διείργοντα κοινωνίας· ἃ τοσοῦτον ἐκράτει, ὡς τὴν ἐναντίαν μᾶλλον εἰληφότα παραγγελίαν, καὶ ταύτῃ πλέον τοὺς πολεμουμένους ῥωννύοντα, ὥσπερ δὴ τοῦ Θεοῦ τρόπος ἐν καιροῖς τοιούτοις οἰκονομουμένος. Καὶ γὰρ καὶ αἱ ἐκκλησίαι καὶ ὁ ἀριθμὸς ηὔξανε καθ' ἑκάστην τῶν ἐκείνῳ προστιθεμένων. Ἐν τούτοις οὖν τῆς Πεντηκοστῆς ἤδη καταλαβούσης, ἐπεὶ οὐκ ἦν ὅλως τῷ διαβόλῳ φορητὰ τὰ γενόμενα, προσελθόντες οἷς ἐκεῖνος ἐνέπνει, καὶ θεραπευτὰς εἶχε γνησίους, Σοὶ μέν, τῷ βασιλεῖ ἔφησαν, ἐξουσία τῶν ἀνθρωπίνων παρὰ Θεοῦ ἀλλὰ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἡμῖν ἐπιτέτραπται. Τοιγαροῦν μήτε ἱερέων ἱερώτερος, μήτε κανόνων ἀκριβέστερος εἶναι βουλόμενος, παραχώρει τῶν τοιούτων ἡμῖν. Ἔφημεν σοι καὶ πρότερον, βασιλεῦ, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν εἶη τὴν ἡμετέραν ἡ Ἰωάννου καθαίρεσις. Μὴ τοίνυν φριδόμενος τοῦ ἑνὸς, τοὺς πάντας θέλε λυπεῖν. Τότε παῤῥησίᾳ πέμψας ὁ βασιλεὺς, Οἱ κατήγοροί σου, γνωρίζει τῷ πατριάρχῃ, τὸ κρῖμα τὸ σὸν, ὅπως ἂν ἔχοι, καὶ ἣν ἔθεντο ψῆφον τῆς καθαιρέσεως, κατὰ τῆς ἑαυτῶν ἔλκουσι κεφαλῆς. Τῷ Θεῷ τοίνυν τὰ κατὰ σαυτὸν ἐπιτρέψας, τῆς Ἐκκλησίας ἀπόστηθι. Τί τοῦτο, ἀνδρῶν εὐμεταβαλώτατε, καὶ βασιλέων τῷ κρατεῖν ἀγεννέστατε ; πῶς ᾧ τοσαύτην εἰσήνεγκας τὴν σπουδὴν ἐκ τῆς Ἀντιοχέων μεταλαβόμενος, καὶ Χριστοῦ τὴν Ἐκκλησίαν πιστεύων, καὶ οὗ πεῖραν ὅσην ἔσχες τῆς ἀρετῆς, τοῦτον οὐ τῆς Ἐκκλησίας ἁπλῶς ἐκβέβληκας, ἀλλὰ καὶ ὑπεροψίαν αὐτοῦ κατεδίκασας, ἄνδρα τὴν Χριστοῦ ζημιώσας ποίμνην, Οὗ, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον εἰπεῖν, οὐδὲ ὁ πᾶς κόσμος ἄξιος ; Ἀλλὰ καὶ σὲ πάντως ἠπάτησεν Εὔα, ἡ δολιωτάτη, φημὶ, γυναικῶν, ἡ γνώμην καὶ γλῶτταν ὀφιώδης καὶ μοχθηρὰ, ὥσπερ δι' ἐκείνης ὁ ὄφις, οὕτως αὐτὴ διὰ τῶν οὐ καλῶν ποιμένων εἰς ὠτα τὰ σὰ λαλήσασα. Τούτων ὁ μέγας ἀκούσας, μηδὲν σκυθρωπὸν ἢ κατηφὲς μήτ' ἐν καρδίᾳ δεξάμενος, μήτ' ἐν ὄψει παρασημήνας, Δεῦτε, τοῖς περὶ αὐτόν ἐπισκόποις ἔφη, τῷ ἀγγέλῳ τῆς Ἐκκλησίας ἤδη καὶ συνταξώμεθα. Εἶτα μετὰ τὴν καθήκουσαν προσευχὴν, πολλὰ περὶ τῆς ὀρθοδόξου διαμαρτύρεται πίστεως, καὶ ταύτης ἀμεταθέτως ἔχεσθαι παραινεῖ, ἔπειτα καὶ πάσας αὐτοῖς αἱρέσεις ἀπαγορεύει. Οὕτως ὁμιλίας ἔχοντι προσέρχεταί τις ἀγγέλλων τὸν θεομισῆ Λούκιον μετὰ τοῦ ὑπ' αὐτὸν στρατεύματος προσάγειν οὕτω παρεσκευασμένον, ὡς, εἴπερ ἀναβάλῃ τὴν ἔξοδον, καὶ βίαν ἐπενεγκεῖν, καὶ μεθ' ὕβρεως ἐξῶσαι τῆς Ἐκκλησίας. Κλονεῖται δὲ καὶ τὸ πλῆθος τὴν σὴν οὐχ οἷόν τε ὂν ὑπομεῖναι

tale sustinebant, per consensum nobiscum dolorem accipiebant: non solum qui erant ejusdem opinionis, sed etiam hæretici, et Judæi, et gentiles : perinde ac si vi capta esset civitas, sic in tumultibus, perturbationibus et gemitibus erant omnia. Et hæc facta sunt præter sententiam pii imperatoris, noctu hæc comparantibus episcopis, et multis in locis exercentibus munus ducis exercitus, qui non erubescebant pro diaconis campi ductores habere præcedentes. Cum autem fuisset dies, tota civitas migravit extra mœnia, sub arboribus et nemoribus sicut dispersæ oves festum celebrantes. Sed sic quidem lingua illa aurea. Hæc autem in festo Paschæ egregii pastores et quibus animarum cura erat credita, obtulerunt ei, qui surrexerat. Hinc etiam in omnem partem missa sunt edicta, quæ prohibebant ab Joannis communione : quæ tantam vim habuerunt, perinde ac si præcepissent contrarium : et eos, qui oppugnabantur, magis sic confirmarunt : quem quidem modum solet tenere Deus in hujusmodi temporibus Ecclesiæ, certe et numerus crescebat assidue eorum, qui illi adjiciebantur. Interim autem dum jam venisset Pentecoste, quoniam fieri non poterat, ut occulto inimico hæc essent tolerabilia, accedentes ii, quos ille inspirabat, et a quibus ipse valde observabatur: Tibi quidem, dixerunt imperatori, rerum humanarum data est a Deo potestas, sed Ecclesiarum res sunt nobis commissæ. Itaque nec sacerdotibus sanctior, nec canonibus volens majorem habere auctoritatem, hæc relinque episcopis. Tibi quidem prius quoque diximus, o imperator, in nostrum redeat caput Joannis depositio. Vide ergo, ne unum sic complectens, omnes pergas afficere tristitia. Non amplius hæc sustinere poterat imperator, sed protinus aperte mittens, significat patriarchæ in hunc modum: Accusatores tui judicium tuum, quomodocunque se habeat, et quam depositionis tulerunt sententiam, trahunt in suum caput. Item itaque tuam Deo committens, recede ab Ecclesia Quid hoc, o virorum longe mutabilissime, et imperatorum in administrando imperio ignavissime, quomodo cui tantum adhibuisti studium, eum accersens Antiochia, et Christi ei credens Ecclesiam, cujus virtutis non parvum fecisti periculum, eum non solum ejecisti ex Ecclesia : sed eum etiam virum turpiter damnasti exsilio, Christi gregem damno afficiens: quo quidem viro, ut cum magno dicam Paulo, ne dignus quidem erat universus mundus [39] ? Sed te quoque omnino cepit mulier. Eva rursus tuas aures, quæ sunt faciles, decepit miserabiliter: quomodo per illam serpens, ita ipsa per non bonos pastores cordis virus evomens. Hæc cum magnus ille audivisset, nullo mœrore aut tristitia, nec in corde affectus, nec vultu præ se ferens, sed virum ostendens in tentationibus, sicut in tempestate gubernatorem : Adeste, inquit suis episcopis, jam valere jubeamus

[39] Hebr. xi, 28.

angelum Ecclesiæ. Deinde post factas, quas conveniebat, preces, de fide orthodoxa multa testificatur, et hortatur, ut eam sequantur immutabiliter. Præterea vero eis quoque prohibet omnes hæreses. cum hæc autem verba faceret, accedit quidam, nuntians Deo invisum Lucium cum suo exercitu accedere ita paratum, ut si qua fiat in exitu dilatio, non sileat omnino nec mitigetur: sed manum quoque protinus afferat, et cum contumelia expellat ex Ecclesia. Porro autem commovetur quoque populus, qui ferre non potest sui privationem. Expedit ergo accelerare exitum, ne forte te nimium defendens populus, quod absit ut videamus, manus conserat cum militibus, et inducatur ut aliquid faciat nimis præceps et periculosum. Hæc cum magnus audisset Joannes, episcopisque aliquot porrecta dextera (neque enim, ut omnibus porrigeret, concedebat tempus), et osculo miserabiles miscuisset lacrymas, propterea quod separaretur a familiaribus, deinde etiam jussisset valere reliquos, præcepit ut tibi utique manerent, donec cum paululum abscessisset, reverteretur.

A στέρησιν. Ἐπιταχύναι τοιγαροῦν λυσιτελεῖ τὴν ἐξέλευσιν, μή ποτέ σου λίαν ἀντιποιούμενος ὁ λαὸς, καὶ εἰς χεῖρας τοῖς στρατιώταις ἔλθῃ, καί τι τῶν παραβόλων ἐργάσασθαι προχθῇ. Τούτων ὁ μέγας ἀκούσας, δεξιάν τισι τῶν ἐπισκόπων (οὐδὲ γὰρ ἐδίδου πάσιν ὁ καιρὸς) ἐμβαλὼν, καὶ τῷ φιλήματι μῖξας δάκρυον διὰ τὴν τῶν συνήθων ζημίαν, εἶτα καὶ τοῖς λοιποῖς συνταξάμενος, ἐνταῦθά που παρηγγύα μένειν, Ἕως ἀπελθὼν, φησὶ, μικρὸν ἀνεθῶ.

XLIX. Hæc cum dixisset, sacrum ingreditur baptisterium, et sanctam vocat Olympiadem: est autem omnino clara mulier vel solo nomine. Sed non fuerit fortasse deterius permittere orationi, ut se paululum recreet ejus bonorum deliciis. Ea cum et genere et divitiis et specie corporis et aliis hujusmodi valde resplenderet, cum viro quidem jungitur matrimonio, sed non amittit virginitatem: sed cum sic cum eo vixisset circa viginti menses, ille autem excessisset ex hominibus, etsi non ea esset ætate, cui pudori essent secundæ nuptiæ, pulchrum revera amplexa temperantiam, per totam vitam eam amare voluit: et licet imperator eam vocaret ad matrimonium suorum cognatorum, et eam magnis afficeret honoribus, illa omnibus relictis deliciis, ut quæ cum ingenuis nihil haberent commune, se oblectabat jejunio, non solum cibi, sed etiam somni, pulchre exercens corpus, et id studens habere opem ferens, non autem insidians ad virtutem: temperantiam ac pudicitiam complectens usque ad cogitationem, non solum usque ad contactum. Postquam autem omnium bonorum fuit domina, ea in usus sanctorum studuit effundere: fuitque diaconissa totius Ecclesiæ, propter insignem ejus pietatem et hospitalitatem. Eos enim maxime, qui virtutem exercebant, hospitio magnifice excipiebat, et quocunque poterat officio hilariter prosequebatur. Quæ etiam Theophilum tanquam Dei amicum observans, suam in eum ostendit magnificentiam, etiamsi ejus linguæ impudentiam et maledicentiam ne ipsa quidem omnino potuit effugere, data ei occasione, quod quos ille fuerat persecutus, Ammonium scilicet et Isidorum, viros Deo charos, exceperit (43). Atque omnium quidem, sicut dixi, virorum virtutis amantium magnam curam gerebat, et eis omnibus modis providebat: huic autem viro beato fuit etiam familiaris, quomodo Thecla Paulo, ab ejus lingua tota vita dependens. Quoniam vero cum ea aliæ quoque erant diaconissæ, Procula, et Pentadia, et Sylvana (44), quæ bonam partem ele-

B Μθ'. Οὕτως εἰπὼν, ἐπὶ τὸν ἱερὸν εἰσέρχεται βαπτιστῆρα, καὶ Ὀλυμπιάδα καλεῖ τὴν ὁσίαν. Δῆλη δὲ ἡ γυνὴ πάντως πρὸς αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος. Ὅμως οὐ χεῖρον ἐφεῖναι μικρὸν καὶ τῷ λόγῳ, καὶ παρατρυφῆσαι τῶν ταύτης καλῶν, ἢ ζημίαν ὑπομεῖναι τελείαν ἡδίστης οὕτω καὶ ψυχωφελοῦς διηγήσεως. Λῦτη γένει καὶ πλούτῳ καὶ ὥρᾳ σώματος, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὁμοίως ἔχουσιν ἀτεχνῶς διαλάμψασα, ἀνδρὶ συνάπτεται μὲν, τὴν δὲ παρθενίαν οὐκ ἀποβάλλεται. Ἀλλ' οὕτως αὐτῷ περί που μῆνας εἴκοσι συμβιώσασα, ἐπεὶ ἐκεῖνος ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο, καίτοι τὴν ἡλικίαν οὐκ ἔχουσα τοὺς δευτέρους γάμους αἰσχυνομένην, αὐτὴ τὴν σωφροσύνην ἀσπασαμένη, στέργειν αὐτὴν εἵλετο διὰ βίου, καὶ ταῦτα τοῦ βασιλέως αὐτὴν εἰς συγγενεῖς ἕλκοντος γάμους, C νηστείαις δὲ μᾶλλον καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐντρυφῶσα τῶν ἐπιπόνων. Ὡς ἤδη καὶ τῆς οἰκίας πάσης κατέστη κυρία, ἐπὶ τὴν θεραπείαν αὐτὴν τῶν ἁγίων ἐκκενοῦν ἔγνω, διάκονός τε τῆς Ἐκκλησίας ἠξίωτο καταστῆναι πάσης, διὰ πολλὴν, ἣν εἶχε τῆς εὐλαβείας περιουσίαν, καὶ τὸ τῆς φιλοξενίας ἐπιφανέστατον. Ἦν γὰρ καὶ μάλιστα τοὺς ἀρετὴν μετιόντας ξενίζουσα φιλοτίμως, καὶ θεραπείαν, εἴ τίς ἐστι, προσάγουσα, ἣ καὶ Θεοφίλῳ πολλάκις τὸ ἑαυτῆς μεγαλόψυχον ἐπεδείξατο· κἂν τῆς ἐκείνου γλώττης τὸ φιλολοίδορον οὐδὲ αὐτὴ ἔσχατον ἠδυνήθη φυγεῖν, πρόφασιν δοῦσα, τὸ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ διωχθέντας, τοὺς περὶ Ἀμμώνιόν φημι καὶ Ἰσίδωρον, ἄνδρας θεοφιλεῖς ὑποδέξασθαι. Πάντων μὲν οὖν, ὥσπερ ἔφην, τῶν φιλαρέτων ἀνδρῶν θερμῶς ἐκήδετο, καὶ προνοίας αὐτοὺς πάσης ἠξίου· τῷ δὲ μακαρίῳ τούτῳ D καὶ συνήθης ἐγένετο, καθάπερ Θέκλα τῷ Παύλῳ, τῆς αὐτοῦ γλώττης ὅλῳ βίῳ ἑαυτὴν ἐξαρτήσασα. Ἐπεὶ δὲ αὐτῇ καὶ ἕτεραι διάκονοι συνῆσαν, Πρόκλη τε καὶ Πενταδία καὶ Σιλβανή, καὶ αὐτὰς τότε συγκαλέσας, Δεῦτε, ἔφη, θυγατέρες, πρόσχετέ μοι τὸν νοῦν. Τάχα γὰρ καὶ πρὸς τέλος ἤδη κλίνει τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ οὐκέτι με κατὰ τὸν νῦν ὄψεσθε κόσμον. Ταύτην δὲ ὑμῶν δέομαι δάνησιν τὴν ἰσχάτην, μηδὲν τῆς συνήθους περὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ναὸν προσεδρείας

(43) De Ammonio et Isidoro Origenistis ab Olympia, inscie tamen susceptis, vide quæ superius dicta sunt.

(44) Al. *Salvinam*.

e Syria ad gloriam Dei. Hæc ad vos scripsi nono
Kal. Septemb. Valete perpetuo, fratres, in tole-
rantia Jesu Christi. Amen.

XIV. Sed est hæc quidem epistola. Ipse autem
paulo post e Smyrna deductus a militibus : et cum
appulisset Troadam et Neapolim, transiit pede per
Philippos et Macedoniam, eas quæ sunt in via invi-
sens Ecclesias, et in eis docens; exhortans, disse-
rens, fratres qui erant paulo simpliciores et imbe-
cilliores, confirmans, et efficiens ut omnes vigila-
rent et essent sobrii. Cum vero transisset Epirum,
et mare transiisset Adriaticum et Tyrhenum,
appellit Puteolos. Hospitio autem exceptus simul

cum militibus ab iis, qui illic erant, fidelibus, cum eos quoque valere jussisset in Domino, venit Romam, et sistitur ante præfectum Urbis. Cum is ergo Theophorum vidisset, et litteras accepisset imperatorias, dies autem advenisset opportunus, quando erat dies festus et celebris Romanorum, ducit eum in medium theatrum, sicut jubebat improbum edictum imperatoris.

XV. Cum ergo universa civitas sederet in theatro, cum ardenti spiritu et oculis jam spectaculum amantibus, utpote quod jam fama ubique annuntiasset, Syriæ episcopum cum feris esse pugnaturum; conversus ille ad populum, cum quodam generoso et inflexibili animo, ut qui gloriaretur et sibi placeret propter eam, quæ pro Christo suscipi cernebatur, ignominiam: Viri, inquit, Romani, et præsentis hujus certaminis spectatores: non hæc mihi fiunt, ut luam pœnas alicujus maleficii, aut sceleratæ alicujus actionis, sed ut Deum assequar: cujus quidem teneor desiderio et quem cupio insatiabiliter. Sum enim ejus frumentum et molor per dentes bestiarum, ut fiam ei purus panis. Hæc dixit, et dimissi leones eum statim dilacerarunt et devorarunt, a solis asperioribus illius ossibus abstinentes, ejus revera impletis votis, ut bestiæ essent ejus sepulcrum et nihil reliquum esset ejus corporis: utpote quod Deus pluris faceret famuli preces et amorem ferre usque ad finem, quam efficere, ut non tangeretur a leonibus, ut suo nomini tribueret gloriam.

XVI. Postquam autem hæc evenerunt et finem acceperunt, qui Romæ erant fideles, ad quos adhuc vivens, divinus scripserat Ignatius, postquam dimissum fuerat theathrum, convenientes, cum ossa, id cupientibus manibus, sustulissent, et honorifice ac reverenter composuissent, ea deposuerunt in loco insigni extra Urbem, vicesimo mensis Decembris. Hæc postea deportata sunt in patriam martyris Antiochiam: et quæ intercedunt civitates, duplicem accepere benedictionem, et prius, quando Martyr vinctus ducebatur Romam ex Antiochia, et nunc, quando cum præclaris tropæis illinc referebatur, tanquam apes favum, illum circumvolantes.

XVII. Atque dicitur quidem, quod post martyricam ejus consummationem, lugentibus illius privationem iis, qui Romæ erant fideles, et nullam accipientibus doloris consolationem, et vacantibus sepulcralibus hymnis et vigiliis, ipse in somnis apparens, et eos quasi amplectens, qui scilicet se ipsos præbuerunt dignos illius consuetudine, luctum eis effecit facilem et leniorem, et doloris sedavit vehementiam. Alii rursus dixerunt, se vidisse eum sudore diffluentem, tanquam qui nuper respirasset a laboribus decertationis, et precantem salutem civitati et omnibus fidelibus.

καταίρει. Ἐπιξενωθεὶς δὲ μετὰ τῶν στρατιωτῶν τοῖς ἐκεῖσε πιστοῖς καὶ τὸν ἐν Κυρίῳ καὶ αὐτοὺς μεταδοὺς ἀσπασμόν, τὴν Ῥώμην κατελαμβάνει, καὶ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως ἐμφανίζεται. Οὗτος τοίνυν τὸν Θεοφόρον ἰδὼν καὶ τὰ βασιλικὰ δεξάμενος γράμματα, ἡμέρας ἐπιστάσης εὐκαίρου, ἡνίκα δημοτελὴς ὑπῆρχε τοῖς Ῥωμαίοις πανήγυρις, κατὰ μέσον αὐτὸν εἰσάγει τὸ θέατρον, ὥσπερ οὖν εἶχε τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο τοῦ βασιλέως ἐπίταγμα.

ΙΕ'. Τῆς πόλεως οὖν πάσης τοῦ θεάτρου προκαθημένης κατὰ θερμοῦ πνεύματος καὶ ὀφθαλμῶν ἤδη θέας ἱρώντων, ἅτε πανταχοῦ τῆς φήμης διαγγειλάσης τὸν τῆς Συρίας ἐπίσκοπον μέλλειν σήμερον θηριομαχεῖν, ἐπιστραφεὶς πρός τὸ πλῆθος ἐκεῖνος μετὰ γενναίου λίαν καὶ ἀτρέπτου φρονήματος, οἷα δὴ καὶ καυχώμενος ἐπὶ τῇ δοκούσῃ ταύτῃ διὰ Χριστὸν αἰσχύνῃ καὶ μεγαφρονῶν. Ἄνδρες, ἔφη, Ῥωμαῖοι, καὶ τοῦ παρόντος ἀγῶνός μοι θεαταί, οὐ φαύλου τινὸς ἕνεκα ἐμοὶ ταῦτα, οὐδὲ μονηρῶν πράξεων ὑπέχοντι δίκην, ἀλλ' ὥστε τοῦ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν, οὗπερ ἐρῶ καὶ ἀπλήστως ἔφεμαι. Σῖτος γάρ εἰμι αὐτοῦ καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς αὐτῷ ἄρτος γένωμαι. Ταῦτα εἶπε καὶ ἀφαθέντες οἱ λέοντες διεσπάσαντό τε αὐτὸν εὐθὺς καὶ κατέφαγον· μόνων ἐκείνου τῶν τραχυτέρων ὀστῶν ἀπεσχόμενοι, ἔργῳ τῆς εὐχῆς τῷ ἀνδρὶ πλήρωθείσης, ὥστε τάφον αὐτῷ τὰ θηρία γενέσθαι καὶ μηδὲν ὑπολειφθῆναι τοῦ σώματος, οἱονεὶ περὶ πλείονος τοῦ Θεοῦ θεμένου τὴν εὐχὴν καὶ τὸν ἔρωτα τοῦ θεράποντος ἐνεγκεῖν εἰς πέρας ἢ τῷ ἄψαυστον αὐτὸν τοῖς λέουσιν ἀποδεῖξαι, τῷ οἰκείῳ ὀνόματι περιθεῖναι δόξαν.

ΙϚ'. Ἐπεὶ καὶ ταῦτα ἐξέβη καὶ τέλος ἔλαβεν, οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην πιστοί, οἷς καὶ ζῶν ἔτι ὁ Θεοφόρος ἐπέστειλε, μετὰ τὸ διαλυθῆναι τὸ θέατρον συνελθόντες καὶ τὰ ὀστᾶ ποθούσαις χερσὶν ἀνελόμενοι καὶ σεβαστῶς αὐτὰ περιστείλαντες, ἔξω τῆς πόλεως ἐν ἐπισήμῳ κατέθεντο τόπῳ, εἰκάδι τότε τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἄγοντος. Ταῦτα δὲ καὶ εἰς Ἀντιόχειαν ὕστερον, τὴν τοῦ μάρτυρος ἀνεκομίσθη πατρίδα, καὶ διπλῆν αἱ μεταξὺ πόλεις τὴν εὐλογίαν ἐτύγχανον, πρότερόν τε ἡνίκα δέσμιος ἐξ Ἀντιοχείας ὁ μάρτυς εἰς Ῥώμην κατήγετο. καὶ νῦν ὅτε μετὰ λαμπρῶν τῶν τροπαίων ἐκεῖθεν ἀνεκομίζετο, καθάπερ μέλισσαι κηρίον, τοῦτο περιπτάμενοι.

ΙΖ'. Λέγεται γοῦν, ὅτι μετὰ τὴν μαρτυρικὴν τοῦ ἀνδρὸς τελείωσιν, πενθούντων τὴν ἐκείνου στέρησιν τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ πιστῶν καὶ οὐδὲν ὅλως τῆς ὀδύνης παραμύθιον δεχομένων, ὕμνοις τε σχολαζόντων ἐπιταφίοις καὶ παννυχίσιν, αὐτὸς ὄναρ ἐπιφαινόμενος καὶ οἱονεὶ περιβάλλων αὐτοὺς καὶ περιπτυσσόμενος, ὅσοι δηλαδὴ καὶ ἀξίους ἑαυτοὺς πρότερον τῆς ἐκείνου κατέστησαν συνουσίας, ὁμαλὲς αὐτοῖς καὶ μρότερον ἐποίει τὸ πένθος, καὶ τῆς ὀδύνης τὸ ἄγριον ἀπεσβέννυ. Ἕτεροι δὲ πάλιν ἴδειν αὐτὸν ἔφησαν ἱδρῶτι καταῤῥεόμενον καθάπερ ἄρτι τῶν τῆς ἀθλήσεως ἀναπεπνευκότα πόνων καὶ σωτηρίαν τῇ τε πόλει καὶ πᾶσι πιστοῖς ἐπευχόμενον.

ὗτον μὲν δὴ τὸ τοῦ Θεοφόρου τέλος, οὗτοι
τοιοῦτοι οἱ πρὸς Χριστὸν αὐτοῦ περιμα-
Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ Εἰρηναῖος, ὁ Λουσκόπος, ἀνὴρ λόγου ἄξιος, διὰ πολλῆς οὖ Θεοφόρου ποιούμενος [*add.* : Καὶ γὰρ ος] ὁ τῆς κατὰ Σμύρναν Ἐκκλησίας τε αὐτῷ καὶ εἰς Ἰωάννου συνεφοίτα ιστοῦ καὶ θεολόγου, καὶ δεσμώτην ἐξ ἀγόμενον εἰς Ῥώμην ἠσπάσατο, καθὼς αθήκαμεν, τοιαῦτα που τῶν αὐτοῦ γρά-λῶν· Παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοί, πειθαρ-ἄσαν ὑπομονὴν ασκεῖν, ἣν εἴδετε κατ' οὐ μόνον ἐν τοῖς μακαρίοις Ἰγνατίῳ καὶ Ζωσίμῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς καὶ ἐν αὐτῷ Παύλῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ ν, ὅτι καὶ οὗτοι πάντες οὐκ εἰς κενὸν δὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασαν, ἀλλ' ἐν πίστει τῇ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Διὸ καὶ εἰς τὸν τόπον εἰσὶν ἄρτι παρὰ Κυρίου, ᾧ καὶ οὐ γὰρ τὸν νῦν αἰῶνά ἠγάπησαν, ἀλλὰ λῶν ἀποθανόντα καὶ ἀναστάντα Χριστόν. ὃν ὁ θεῖος Ἰγνάτιος ἐν ταῖς ἱεραῖς ἐκεί-ἔκειτο, καὶ θηρίων γαστέρας ἑαυτῷ θέ-ἐπιθυμήσας, ἀνδρῶν φιλοθέων μᾶλλον ικεῖ.

λεὺς δὲ Τραϊανὸς τὰ κατὰ τὸν Θεοφόρον τιον ὕστερον ἐκμαθών, ὅπως γε γενναίως ρτυρος ἆθλον ἀνύσειε καὶ ὅπως κατὰ τὴν ρον θηρίων βορὰ γένοιτο, ἀκούσας δὲ περὶ τῶν κατὰ χώραν Χριστιανῶν, ὡς ἀρὰ τοὺς νόμους πράττοιεν, ἀνόσιόν τε , ἀλλ' ἅμα ἕῳ διανιστάμενοι Χριστόν τε οὗ προσκυνοῦσιν ἐγκράτειαν τε πᾶσαν τε βρωτῶν ὁμοίως καὶ ποτῶν μεταλή-α νόμος ἀπαγορεύει, τούτων οὐδενὸς αὖτα ἐκεῖνον ἀκούσαντα μετάνοιαν τε ν ἤδη γεγενημένων καὶ δόγμα τοιοῦτον εται, ὥστε τὸ τῶν Χριστιανῶν φῦλον μὲν καὶ γνώριμον πανταχοῦ καθίστα-μενοι δὲ μὴ ἀναιρεῖσθαι μέν, πλὴν ἀρχὰς ἢ δημοσίων πραγμάτων ἐγχειρί-σεις. Οὕτως οὐχ ἡ ζωὴ μόνον Ἰγνα-καὶ ἡ τελευτὴ πολλῶν πρόξενος ἀγαθῶν ύχημα τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως, εὐσε-ις, παράκλησις πρὸς τοὺς κατὰ Θεὸν πρὸ καιροῦ ζωῆς καταφρόνησις, ἐγκρά-βλαβερῶν καὶ βίου καθαρειότητος ἐπι-ιτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν οὗ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἰώνων. Ἀμήν.

A XVIII. Hic quidem fuit exitus Theophori: hæc sunt certamina: hi sunt conspicui ejus amores in Christum. Et fert testimonium Irenæus Lugdunensis episcopus, vir magni faciendus, qui Theophori crebro meminit. Quin etiam Polycarpus, qui Smyrnensi præerat Ecclesiæ, qui cum eo ventitabat ad Joannem evangelistam et theologum; et cum captivus Romam duceretur Antiochia, eum, sicut diximuus, salutavit, hæc alicubi scribens in suis epistolis: Rogo vos, fratres, ut obediatis, et omnem exercitetis tolerantiam, quam vidistis oculis, non solum in BB. Ignatio, Rufo et Zosimo, sed etiam in multis aliis ex vobis, et in ipso Paulo, et iis qui cum ipso crediderunt: quod il omnes non in vanum concurrerunt, neque
B in vanum laboraverunt, sed in fide et justitia, quæ est in Christo Jesu. Quamobrem sunt etiam in loco, qui eis debetur a Domino, cum quo passi sunt. Non enim præsens sæculum dilexerunt, sed Christum, qui pro nobis mortuus est et resurrexit. Sic ergo situs erat divinus Ignatius in sacris illorum animis: et cum desiderasset bestiarum ventres sibi sepulcrum efficere, in piorum virorum magis habitat animis.

XIX. Imperator autem Trajanus cum de Theophoro hoc Ignatio postea didicisset, et quam fortiter peregisset hoc certamen martyrii, et quod, ut ipse tulerat sententiam, a bestiis fuisset devoratus, et multa etiam audivisset de Christianis,
C qui erant in regione, quod scilicet nihil præter leges facerent, neque rem ullam agerent impiam; sed diluculo surgentes, et Christum adorarent tanquam Dei Filium, et omnem exercerent abstinentiam in cibo et in potu sumendo, et nihil tangerent ex iis quæ lex prohibet; cum ille, inquam, hæc audivisset, et ductus est pœnitentia eorum, quæ facta fuerant, et dicitur tale decretum proposuisse, ut gens quidem Christianorum exquireretur et omnibus esset cognita; inventi autem non interficerentur; sed neque magistratus gererent, neque susciperent ullam reipublicæ
D administrationem. Sic non vita solum Ignatii, sed jam mors etiam fuit multorum bonorum conciliatrix, gloriatio fidei, quæ est in Christo, augmentum pietatis, adhortatio ad eos qui sunt ex Deo labores, et contemptio ejus vitæ, quæ est ad tempus, et continentia ab iis quæ sunt noxia, et studium vitæ puritatis: gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria et sancto et vivifico Spiritui nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

DE SANCTO CORNELIO CENTURIONE

EPISC. CÆSAREÆ ET SCEPSI.

(Sæculo I, Februarii die 2. — *Acta Sanctorum Bolland.* Februar. tom. I, p. 279.)

§ I. *S. Cornelii patria.*

1. Cæsarea urbs Palestinæ, olim Stratonis turris, teste Plinio lib. v, cap. 13, ab Herode « ad honorem Octaviani principis exædificata, » ut habet Ammianus Marcellinus lib. XIV, unde et appellationem sortita : post « Colonia Flavia, a Vespasiano imp. deducta, » ait Plinius. Retinuit tamen Cæsareæ ad posteros nomen : Ptolomæo tab. 4 Astæ, Καισάρεια Στράτωνος, Cæsarea Stratonis Stratonis dicta. Est ea nobilitata plurimorum martyrum tropæis, antistitum eruditione, ac præsertim primum isthic gentibus patefacto immediato in Ecclesiam ingressu, Cornelio centurione per apostolorum principum baptismate initiato.

2. Erat sicut scribit S. Lucas Act. X, « centurio cohortis quæ dicitur Italica. » Quibus ex verbis colligit Baronius t. I Annal., an. Christi 41, n. 2, eum genere Romanum fuisse, milites Italos ; et quidem ex legione sexta, *Ferrera*, vel *Ferrata* dicta : nam στρατόπεδον τὸ Σιδηροῦν, legionem Ferream in Judæa collocatam inde a temporibus Augusti, scribit Dio Cassius lib. LV. Tacitus plura ab ea gesta in Syria Armeniaque (sed post Cornelii conversionem) narrat. Chronicum Hispaniense, quod Flavio Dextro ascribunt auctores moderni, ad annum Christi 40 Cornelium *Italicensem* facit. Italica nempe oriundum, Bæticæ urbe, unde et post Trajanus atque Adrianus Imps., cujus urbis ruinas ad Bætim flumen, leuca una ab Hispali, etiamnum spectari, ac *Hispalim antiquam* dici, scribit Ludovicus Nonius *Hispaniæ* cap. 17. Multis argumentis Cornelium Italicæ vindicare nititur Franciscus Bivarius in suis ad illud Chronicon Commentariis, ad an. Chr. 34, Comm. 3. Sextam enim legionem, Judææ impositam ad præsidium, Italicam fuisse; Sextam appellatam, quod apud Livium uspiam, provinciarum Sexta dicatur Hispania ulterior, ubi urbs Italica : quasi vero legio tertia Gallica, tertia Cyrenaica, quarta Scythica, quinta Macedonica, nuncupatæ sint, quia Gallia ac Cyrene tertia provincia fuerint, Scythia quarta, quinta Macedonia. Quam deinde illud ridicule ab eo scriptum ! Micuisse vero mirum in modum Italicam inter cæteras Romanas legiones multis testatur Dio lib. v *Hist. Roman.*, qui etiam auctor est, ab Augusto Cæsare eam id Judæam deductam. » Voluit Dionis LV librum citare, nam 34 priores libri ejus non exstant. At lib. LV ista habet : « Sextæ duæ (legiones), una in inferiori Britannia, Victrix ; altera in Judæa Ferreæ vocabulo insignis. » Et quibusdam interjectis, « Nero legionem primam, Italicam nuncupatam, instituit, in inferiore Mysia hyemantem. . . . . Trajanus secundam Ægyptiam, tricesimam Germanicam ; quibus a suo nomine imposuit M. Antoninus : item secundam in Norico, tertiam in Rhætia, quæ etiam Italicæ vocantur. » An hic mirum in modum legionem Italicam inter cæteras micuisse Dio testatur ? An in Judæam deductam ab Augusto quæ instituta nondum erat ? At si Italica erat, quæ Judæam tutabatur legio, quid necesse erat peculiarem unam illius cohortem Italicam appellari? Verum Bivarius *cohortem* ac *legionem* confundit ; scribit enim : « In Judæa una eademque erat cohors militum Romanorum..... sola enim cohors sexta, quæ est Italica, et Ferrata, in Palæstina, Dione teste, degebat. » Dionis jam verba protulimus. An tam honorificum censet Bivarius, Christo truculentas manus intulisse, id quoque decus suis gentilibus assertum velit ? An quando Matth. XIVII, congregata est « universa cohors, » etiam accitii sunt Cæsarea omnes Cornelii milites, si unica erat in Judæa cohors ? Non inficiamur tamen sextam aliquam legionem legi, versatam in Hispania, sed ab hac Ferrata diversam.

3. Validius est aliquanto, quod ex S. Hieronymo Bivarius affert argumentum. Hic epist. 28 ad Lucinium Bæticum, inter alia scribit : « Vere nunc in te sermo Dominicus impletus est [1] : *Multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent in sinu Abrahæ.* Cornelius, centurio cohortis Italicæ, jam tunc Lucinii mei præfigurabat fidem. Apostolus Paulus scribens ad Romanos, *Cum* inquit, *in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos, et a vobis deducar illuc* [2]. Tantis fructibus approbavit, quid de illa provincia quæreret. » Cur enim vero scribens ad hominem Hispanum Hieronymus, referensque Pauli Hispaniæ adeundæ desiderium, Cornelii meminit, nisi quod in eo Hispanicæ gentis velut consecratæ primitiæ sunt? Quia tamen responderi potest, in Cornelio apertam gentibus, etiam remotis, ut erant Hispani, fidei januam esse, eoque illius ab Hieronymo ad Hispanum scribente relatam conversionem ; nos (ut cum Ruderico Caro,

[1] Matth. VIII, 11. [2] Rom. XV, 24.

l locum jam citatum Dextri, loquamur) præjudicium afferre nolumus : » deque patria illud solum pronuntiamus, «Non Nam quæ Joannes Tamaius de Salazar in Hispan. congessit argumenta, eadem fere ivarii Si S. Lucas cohortem Italicensem lli dubium hæreret, quin ex Italica urbe sset : sed *Italicam* vocat. Addit idem sse in Hispania nobilem domum *del Ca* ab hoc sancto centurione sese ortam

§ II. *S. Cornelii episcopatus.*

inque ergo ortus patria, certe cœli civis, eculi centurione miles Christi, imo novæ ionis primipilus est factus. Nam episcoreæ ordinatum testantur Martyrologia. us hoc die: «Apud Cæsaream beatissimi enturionis, quem B. Petrus baptizavit. Hic am urbem episcopali honore sublima-.» Eadem habet Beda vulgatus, Ado, mss. et recentiores verbis nonnihil mutatis, Romanum, ab ipso S. Petro episcopum im indicat. Notkerus prolixum ejus elo- ncludit : «Qui Cornelius, relicta militia, ıtam urbem episcopi honore sublimatus Petrus de Natalib. lib. III, cap. 73, nar- onversione, subdit: « Deinde Cornelius, nuntians, discipulus apostolorum effici- isdem episcopus Cæsareæ ordinatur. Qui em urbem officio prædicationis fideliter netitate conspicuus ad Christum migra- sepultus quievit IV Nonas Februarii.» refelli potest quod lib. X Recognitionum narratur, Simone Mago Antiochiæ S. Pe- ntem criminante, atque Ecclesiam con- supervenisse Cornelium centurionem, Cæsare ad præsidem Cæsareæ, publici ıtia; » et quæ agerentur edoctum, spargi curasse, quia Cæsar in urbe Roma et per maleficos inquiri jusserit ac perimi, se, agum caperet, venisse, et ob hoc missum Qui dolus feliciter evenerit, ac Simonem nterritum inde fugarit. An tamen conti- tizatus est Cornelius, nuntium militiæ an idoneam ejus rei opportunitatem ex- n obscuro est. Ejusdem Clementis apo- Constitut. lib. VII, cap. 47 habetur, « Za- i antea fuerat publicanus, primum epis- sareæ Palæstinæ fuisse: huic successisse), et huic rursus tertium episcopum Theo- Verum, ut alibi diximus, quæ eo capite , haud satis veritate videntur nixa, ut a scripta credantur ; nisi ab aliquo inter- amur. Ac S. Theophilus quidem Cæsareen- us sub Severo principe floruit, ut v Mar- ex libro S. Hieronymi *De illust. Eccles.* eque Cornelio successisse, nisi longo ex

A intervallo, potuerit, neque ab S. Clemente, qui in Trajani anno mortuus est, ejus fieri mentio.

6. Acta S. Cornelii (quæ ex vetustioribus monumentis descripsisse Symeonem Metaphrasten fatetur Baronius; nos ab Aloysio Lipomano, dein a Surio, edita, cum ms. Græco bibliothecæ Christianissimi regis collata hic damus), ea, inquam, Acta episcopatus Cæsareensis non meminerunt. Solum Petro aliquandiu adhæsisse comitem peregrinationis referunt, ab eoque ad Scepsæorum civitatem missum, ac multa perpessum incommoda, multis clarum miraculis, Demetrio principi ac populo fere universo fidei suscipiendæ auctorem exstitisse. In ea vero oratione, qua S. Petri certamina, labores, peregrinationes complexus idem est Metaphrastes, seu quis B alius auctor apud Lipomanum et Surium XXIX Junii, dicitur Petrus postquam e carcere, in quem illum Herodes conjecerat, eductus ab angelo est, «venisse Cæsaream Stratonis, » ubi antea Cornelium baptizarat, «et ex iis, qui ipsum sequebantur, presbyteris episcopum ibi constituisse: »post annos deinde aliquot, multis lustratis urbibus, venisse « Ilium, civitatem Hellesponti, eoque in loco Cornelium centurionem episcopum constituisse. »

7. Inde fortassis revocatus est Cæsaream, Zachæo, seu quo alio ejus urbis antistite, decedente. Scribit Baronius in Not. ad Martyrol. « sedem Cæsariensem, ea occasione, quod ex conversione Cornelii (Deo monente) illic primum apertum est ostium C fidei gentibus, meruisse sigulari prærogativa exaltari, ut non Hierosolymitana, sed ipsa fieret metropolis Palæstinæ. » Fuit sane Cæsarea olim metropolis Palæstinæ, eique subjecta Hierosolyma, ut patet ex canone 7 concilii Nicæni, qui ita habet : «Quia consuetudo obtinuit, et antiqua traditio, ut Æliæ episcopus honoretur, habeat honoris consequentiam, salva metropoli propria dignitate. » Theodorus Balsamon, in schollis in hunc ac præcedentem canonem, recte monet Æliam dictam urbem Hierosolymorum, quod ab Ælio Adriano instaurata esset At fœde hallucinatur, cum scribit eo canone decerni «ut metropoli Cæsareæ sua jura serventur, etiamsi ab ea Ælia abstracta sit, et honoratus ejus patriarcha, propter salutiferam Christi passionem.» Melius canonem Nicænum intellexit propinquior illis temporibus Hieronymus. Is ep. 61 ad Pammachium adversus errores Joannis Hierosolymitani D cap. 15 ita scribit : » Tu qui regulas quæris ecclesiasticas, et Nicæni concilii canonibus uteris, et alienos clericos, et cum suis episcopis commorantes, niteris usurpare, responde mihi: Ad Alexandrinum episcopum Palæstina quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi decernitur, ut Palæstinæ metropolis Cæsarea sit. » Quin et S. Leo I papa epist. 62 ad Maximum Antiochenum episc. data Opilione V. Cl. Cos. an. Chr. 453, Juvenalem episcopum Hierosolymitanum reprehendit, «ad obtinendum Palæstinæ principatum aspirantem, et insolentes ausus per commentitia scripta firmantem. » Postea tamen, annuente

Romano pontifice, patriarchali titulo et auctoritate ornata est sedes Hierosolymitana. At non ob solam conversi isthic Cornelii memoriam, antea metropolis Palæstinæ erat Cæsarea; sed quia, « ipsa Judææ maxima urbs erat, » uti scribit Josephus *De bello Judaic.* lib. III, cap. 14, sub finem, ast in Basileensi Græca edit. an. 1544 initio capitis 283 : licet Ammiani Marcellini ævo egregiæ quoque aliæ essent urbes, Eleutheropolis, Neapolis, Ascalon, Gaza.

8. Græci Cornelium solemniter venerantur XIII Septembris, ut patet ex Menologio et Menæis, ubi tamen Cæsareensis cathedræ mentio nulla. Menæa postquam retulere, S. Petrum ei catechesi imbuto baptisma impertiisse, subdunt : τὴν προστασίαν τῆς Σκήπσεως πόλεως ἐγχειρίζει, « præfecturam Scepseos urbis illi committit, » quod cum Actis a Metaphraste descriptis consentit. Raderus vertit: « Illique (Cæsareæ) urbis curam et præfecturam (in rebus fidei) commisit: quam Cornelius cum totam idolis addictam invenisset, per Christi gratiam conversam totam, adeoque ipsum urbis prætorem Demetrium cum tota domo in Christum credentem sacro fonte lustravit. Cornelius demum vita apostolico more peracta ad Dominum emigravit. » At Scepsin ei commissam asserunt Acta. Fuit urbs episcopalis in Hellesponto, uti Troas et Ilium.

§ III. *S. Cornelii labores, miracula, inventio.*

9. Eadem Menæa non Cæsareæ substitisse, sed varia percurrisse loca tradunt, et quidem cum S. Petro apostolo : « Maxima, inquiunt, dignatus celebritate nominis, Corneli, cum apostolorum principe ac pluribus aliis, discurristi, ubique divinum peragens præconium, per quod et ad lumen perducti, ab ignorantiæ tenebris eruti sumus. » In alia ode : « Accepta Spiritus gratia, veluti splendidus quidam sol, terram illustrasti, Corneli, depulsa idolomaniæ caligine. » Alia : « Quasi fluvius ingens egressus es, irrigans cœlesti doctrina universam terræ faciem, multiplicis deorum culturæ zizania suffocans, Corneli. » Alia : « Toti mundo mortuus, ejus qui pro nobis mortuus est, resurrectionem, omnibus, qui per animi passiones mortui erant, annuntiasti, beatissime Corneli. » Alia : « Spiritu illustratus stella effectus es lucidua, splendidissimo fulgore fines terræ collustrans, hieromysta Corneli. » Alia plura id genus de eo prædicant; Christi præconem appellant, « et sanctorum discipulorum æqualem, qui sanctum Spiritum ut illi acceperit. » Quin et alia celebrant, quæ ab eo Scepsi gesta esse in Actis dicuntur. Ejusmodi hæc sunt : « Totus Deo omnipotenti deditus, surdis simulacris cultum non exhibuisti, compellentibus sanguinariis hominibus Altissimum invisibilem Deum, Corneli, ter invocasti, et abominandorum idolorum plum funditus evertisti, vehementi homin miratione. Omnipotentis servans mandata servatus es: vincula sustinuisti, et insipien mines vinculis superstitionum solvisti, o phe.

10. Sepulcrum quoque illius celebrant, et ad illud miracula. Domus ejus exstitit Cæs Hieronymi ætate, sed in templum conversa cri ac reliquiarum nulla apud eum mem scribit epist. 27, sive in Vita S. Paulæ, qu Januarii dedimus, cap. 2, n. 8, ubi loca mari læstinæ enumerat, quæ Paula Hierosolym dens lustravit: « Et versa vice (mirata est) S turrim, ab Herode rege Judææ in honor saris Augusti Cæsaream nuncupatam, in qua lii domum, Christi vidit ecclesiam. » Cur sepulcrum? Atqui hoc, ut Menæa habent, fons profundit large curationes fidelibus, ab quam spiritus, illuminatque omnium oculos fide eum laudant. » Item : « Semper scatu rentibus curationum, humanas ægritudines gens. » Dein : « Exaltatus virtutibus es, pr cedri in modum, et suaveolentes nobis fruct tulisti, doctrinæ nimirum largitionem, g miraculorum, curationum efficaciam, bea rarcha Corneli. » Ac deinde : « Natura quide tuus, usu vero beatum sepulcrum inhabita lud multorum miraculorum fontem effici piens Corneli, ægrotos sanans, spiritum m abigens in Spiritu sancto. »

11. Ignotum diu id sepulcrum fuit, tuli traditur; donec id S. Silvanus, Troadensium pus, invenit, Theodosii Junioris temporibus Latini, ut diximus, 11 Februarii, Græci m tembris eum venerantur; altera fortassis di tas ejus gloriosi decessus est, altera inve ac translationis.

12. Nec illud omittendum, martyrem a Menæis appellari, seu vere pro Christi fide i fectus est, seu solum quæstioni, quæ in memoratur, adhibitus. Ita habent Menæa in diei XIII Septembr. « Et sancti martyris Co centurionis. » Et in cantico quodam : « Cap sacerdotii perfusus, discurristi, præconium tis faciens in gentibus, erroris spinas exstir divina sapiens, et doctrinam nulli obnoxiam rori mentibus inserens. Ideo benedicimus i pontificem Deo afflatum, et martyrem invic Corneli. » Huc facit quod in miraculis S. Ana Persæ habetur XXII Januar. miraculo 10 Cæs patrato : « Receptor quidam templi sancti et riosi martyris Cornelii, Joannes nomine. » Q quam et in Actis cap. 3, n. 12 martyr appell

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΝΔΟΞΟΥ ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΚΟΡΝΕΛΙΟΥ ΕΚΑΤΟΝΤΑΡΧΟΥ.

MARTYRIUM SANCTI ET GLORIOSI MARTYRIS CORNELII CENTURIONIS.

(Græce nunc primum typis mandatur ex cod. ms. Paris. n. 1489. EDIT. PATR.)

CAPUT I.

S. Cornelii conversio, baptismus.

Α'. Μετὰ τὴν σωτήριον ἐπὶ γῆς τοῦ Λόγου ἐπιδη- A μίαν τὸν ἑκούσιόν τε σταυρὸν καὶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἐπάνοδον ὅθεν ἐπῆλυθεν οἰκοδομῆσαι τὴν σκηνὴν Δαυὶδ, κατὰ τοὺς προφήτας, τὴν πεπτωκυῖαν, εἷς ὑπῆρχε καὶ ὁ ἐκ τῆς Ἰταλικῆς σπείρης ἑκατόνταρχος Κορνήλιος τῶν ἐκζητούντων αὐτὸν καὶ τὰ ἀρεστὰ ἐκείνῳ ποιούντων, καὶ πολὺς ἐν ἀγαθοῖς ἔργοις ἦν, εἰ καὶ μηδέπω τῆς χάριτος τούτου τῆς θείας, μηδὲ τῆς πρὸς αὐτὸν ἠξίωτο κλήσεως. Ἀνὴρ οὗτος εὐσεβὴς καὶ τὸν Θεὸν αὐτός τε καὶ ὁ πᾶς αὐτῷ οἶκος φοβούμενοι, ὧν τε εἶχε τοῖς δεομένοις μεταδιδοὺς καὶ τοῦ Θεοῦ διὰ παντὸς πάλιν ἐκεῖνος δεόμενος· τούτῳ ἐν Καισαρείᾳ διάγοντι, ὡς ὁ θεῖος Λουκᾶς σαφέστατα περὶ αὐτοῦ διέξεισιν, ἄγγελος περί που τὴν ἐνάτην ὥραν ἐφοίτησε τῆς ἡμέρας, καὶ, Κορνήλιε, ἔφη, αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ B ἐλεημοσύναι ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ νῦν πέμψον εἰς Ἰόππην ἄνδρας καὶ μετάπεμψαι Σίμωνα τὸν ἐπικαλούμενον Πέτρον· οὗτος ἐλθὼν λαλήσει σοι ῥήματα ζωῆς. Ταῦτα ὁ μὲν ἐπισκήψας, οὐκ ἔτι φανερὸς ἦν· Κορνήλιος δὲ τῶν οἰκετῶν δύο καὶ στρατιώτην αὐτίκα εὐσεβῆ τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ ἕνα καλέσας ἀνακαλύπτει τε αὐτοῖς ἅπερ ἴδοι· καὶ εἰς Ἰόππην ἐκπέμπει· τῆδε δὲ γὰρ διατρίβειν τὸν Πέτρον ὁ ἄγγελος εἶπεν, καὶ τὴν ξενίαν ἐδήλωσε παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ γινομένην. Πέτρος οὖν καὶ γῆν τῷ κηρύγματι πᾶσαν καὶ θάλατταν ἐπερχόμενος, καὶ πανταχοῦ τὴν ἀλήθειαν καταγγέλλων (ἔκειτο γὰρ ὡς ἀληθῶς εἰς φῶς ἐθνῶν καὶ σωτηρίαν πολλῶν) παρὰ τοὺς κατοικοῦντας Λύδδαν ἁγίους ἐλθὼν καί τινα Αἰνέαν παρειμένον ἐξ ἐτῶν C ὀκτὼ κατακείμενον, ἀναστήσας, εἰς Ἰόππην διαβὰς, καὶ τὸ κατὰ Ταβηθὰ, ἥτις ἑκαλεῖτο Δορκὰς, θαῦμα διαπεπλάσας, ἐνταῦθα παρὰ τῷ βυρσεῖ κατήγετο.

I. Post salutarem Verbi in terram adventum crucemque et mortem pro nobis sua sponte ab eo susceptam, et in cœlos ascensionem, unde descenderat ad ædificandum Davidis tabernaculum (ut cum prophetis dicam [3]) quod ceciderat; unus erat ex cohorte Italica centurio Cornelius, ex iis qui ipsum quærebant, et faciebant quæ illi placebant, et qui multa bona faciebat opera (etiamsi nondum divina Christi gratia, neque vocatione ad ipsum esset dignatus hic vir pius) ut qui Deum timeret ipse, et tota ejus familia, et iis, quæ habebat, impertiret egentes; rursusque Deum precaretur assidue. Ad eum agentem Cæsareæ (ut divinus Lucas de ipso refert apertissime [4]) venit angelus circa nonam horam diei, et dixit ei: Corneli, orationes et eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei: et nunc mitte viros Joppen, et accerse Simonem, qui appellatur Petrus: is cum venerit, loquetur tibi verba vitæ. Hæc cum ille quidem mandasset, non amplius apparebat. Cornelius autem statim duobus vocatis famulis, et pio quodam milite, ex iis qui illi perpetuo aderant, illis aperit, quæ viderat, et eos mittit Joppen. Illic enim versari Petrum dixit angelus, apud quemdam Simonem coriarium. Petrus autem, qui omnem terram et mare obibat prædicando, et veritatem ubique annuntiabat (erat enim revera positus in lucem gentium et salutem multorum), ingressus ad sanctos qui habitabant Lyddam, cum quemdam Æneam, qui octo annis jacebat paralyticus, fecisset surgere, Joppen deinde venisset, et in Tabitha, quæ vocatur Dorcas, fecisset magnum illud miraculum, hic degebat apud coriarium.

[3] Amos IX, 11. [4] Act. X.

II. Sed nec eum quoque dimisit Deus ignarum mysterii, quo erat initiandus Cornelius : aut potius Cornelii justitiam et preces non despexit. Sed quoniam ii qui erant ex circumcisione, dissidebant ab iis qui habebant præputium ; ne Petrus eos, qui missi erant a Cornelio, ut qui haberent præputium, incassum rursus remitteret, propterea quod nefas sibi putaret congredi cum alienigena, aut ad eum accedere ; cum illi Cæsarea profecti, non procul essent ab Joppe, ostendit ei Deus Cornelii virtutem et agnitionem. Cum itaque ascendisset in superiorem domus partem, ut quæ hora sexta fiunt, preces redderet, se cibo reficere opus habuit, et esuriit. Interim autem dum Petro parabatur cibus, videt cœlum apertum, et vas quoddam, tanquam magnum linteum, qua quatuor initiis in terram demitti, et ad ipsum venire. Vas autem continebat bestias, tam omnes terræ quadrupedes, et reptiles, quam volucres cæli. Voxque ex illo visa est ad eum exire, dicens : « Surge, Petre, macta et comede. » Deinde cum is dixisset, « Nequaquam, Domine; » et cum deinde etiam causam adjecisset, « Nunquam enim, inquit, comedi omne commune aut immundum », vox ei rursus respondit : « Quæ Deus mundavit, tu ne dixeris communia. » Cumque hoc ter factum esset, vas rursus assumptum est in cœlum. Hoc autem significabat conversionem Cornelii, et eorum qui erant cum ipso. Nam esuries quidem, qua laborabat Petrus, significabat illius in pietatem propositum et studium ; et quod is nihil adeo esuriebat et desiderabat, atque infidelium agnitionem, et eis omnino dare verum Dei cultum et prædicationem Evangelii. Quadrupedes autem et serpentes ac volucres erant signum multitudinis eorum qui erant convertendi cum Cornelio. Vas autem e cœlo ter demissum, significabat ternam in baptismo demersionem. Mundatas autem eas esse a Deo, significabat Cornelii justitiam et misericordiam cum universa domo, et quod ii quoque Deo accepti evaserunt.

III. Cogitante autem Petro, et non valente visionem conjicere, qui missi fuerant a Cornelio, jam ad fores venerant. Et protinus incidens Spiritus, et illorum adventum significat, et jubet Petrum eos convenire minime hæsitantem. Atque ei quidem, cum ad eos descendisset, quæ vidisset Cornelius, et quæ ab angelo audivisset, omnia renuntiant. Itaque die sequenti simul veniunt Cæsaream. Cum eis autem obviam processisset Cornelius, et procidisset ad ejus pedes, erigit eum Petrus, dicens : « Ego quoque sum homo. » Deinde cum in eo seminasset verbum pietatis, et in animis eorum qui convenerant, postquam vidit Spiritus gratiam in eos illapsum, et baptismum præcipientem, eos ad veritatem deducit, et baptismo initiat.

A Β'. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτον ἀφῆκε πάλιν τῶν κατὰ τὸν Κορνήλιον ἀμύητον ὁ Θεός · μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὴν τοῦ Κορνηλίου δικαιοσύνην, οὐδὲ τὰς προσευχὰς περιεῖδεν · ἀλλ' ἐπεὶ οἱ ἐκ περιτομῆς διεκρίνοντο πρὸς τοὺς ἀκροβυστίαν ἔχοντας, ἵνα μὴ καὶ οὗτος τοὺς ὑπὸ Κορνηλίου πεμφθέντας ὡς ἀκροβύστους διακενῆς ἀποπέμψαιτο πάλιν, οἷα οὐ θέμις ὂν τῷ Πέτρῳ κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ · ὡς ἤδη τῆς Καισαρείας ἀπάραντες ἐκεῖνοι οὐ πόρρω Ἰόππης ἦσαν, παραδείκνυσι καὶ αὐτῷ τὴν Κορνηλίου ἀρετὴν καὶ τὴν ἐπίγνωσιν ὁ Θεός. Ἐντεῦθεν ὁ μὲν ἐπὶ τὸ δωμάτιον ἀναβὰς, ἐφ' ᾧ τὰς ἐπὶ τῇ ἕκτῃ ὥρᾳ εὐχὰς ἀποδῴη κατὰ χρείαν τε τροφῆς ἐγεγόνει καὶ πρόσπεινος ἦν. Ἐν ὅσῳ δὲ ἡ ἑστίασις τῷ Πέτρῳ παρεσκευάζετο, ὁρᾷ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ σκεῦός τι ὡς ὀθόνην B μεγάλην τέσσαρσιν ἀρχαῖς ἐπὶ τῆς γῆς καθιέμενον καὶ ὡς αὐτὸν ἦκον · τὸ δὲ σκεῦος τά τε θηρία καὶ τὰ τετράποδα τῆς γῆς πάντα καὶ τὰ ἑρπετὰ καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἐν ἑαυτῷ εἶχε, καὶ φωνή τις ἐκεῖθεν ἐξιέναι πρὸς αὐτὸν ἐδόκει · « Ἀναστὰς, Πέτρε, λέγουσα, θῦσον καὶ φάγε » « Μηδαμῶς » δὲ αὐτῇ, « Κύριε, » εἰπόντι, εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν προσθέντι· « Οὐ, Δέσποτα, γὰρ, φησὶν, ἔφαγον πᾶν κοινὸν οὐδὲ ἀκάθαρτον, » ἡ φωνὴ ἀπεκρίνατο πάλιν · « Ἃ ὁ Θεὸς ἀκαθάρισεν, μὴ κοίνου σύ. » Καὶ τοῦτο ἐπὶ τρὶς γεγονὸς, εἰς τὸν οὐρανὸν τὸ σκεῦος ἀνελήφθη πάλιν. Τὸ δὲ ἄρα τὴν ἐπιστροφὴν Κορνηλίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ὑπεδήλου. Ἡ μὲν γὰρ τῆς τροφῆς τοῦ Πέτρου χρεία τὴν ἐκείνου περὶ τὴν εὐσέβειαν πρόθεσιν καὶ τὴν σπουδὴν ὑπεσήμαινε · καὶ ὡς οὐδένος οὕτω τοσοῦτον ἐπείνα, οὐδὲ ἠφίετο, ὡς τῆς τῶν ἐθνῶν C ἐπιγνώσεως, καὶ τοῦ τὴν εὐσέβειαν ἑκάστοτε καὶ τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου ἐπιδιδόναι. Τὰ δὲ τετράποδα, καὶ τὰ ἑρπτὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ πλήθους ἦν μετὰ Κορνηλίου μελλόντων ἐπιστρέφειν τεκμήριον ἦν · τὸ δὲ καὶ τρὶς καθίσθαι τοῦ οὐρανοῦ τὸ σκεῦος, τὸ τρισσὸν τῆς ἐν τῷ βαπτίσματι καταδύσεως ὑπηνίττετο · τὸ δὲ κεκαθαρίσθαι αὐτὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ, τὴν δικαιοσύνην Κορνηλίου καὶ τὸν ἔλεον σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ ἐδήλου· καὶ ὡς ἄρα δεκτοὶ τῷ Θεῷ καὶ οὗτοι γεγένηνται.

Γ'. Διενθυμουμένῳ τοίνυν τῷ Πέτρῳ, καὶ μὴ συνιέναι τὴν ὄψιν μηδὲ συμβαλεῖν ἔχοντι, οἱ ὑπὸ Κορνηλίου σταλέντες πρὸς ταῖς θύραις ἦκον ἤδη, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐπιπτὰν αὐτίκα τήν τε ἄφιξιν ἐκείνων μηνύει · καὶ συνελθεῖν αὐτοῖς ἐπιτρέπει τὸν Πέτρον μηδὲν διακρινόμενον. Τότε μὲν δὴ πρὸς αὐτοὺς κατ- D βάντι ὅσα τε Κορνήλιος ἴδοι καὶ ὅσα παρὰ τοῦ ἀγγέλου ἀκούσειεν, ἀπαγγέλλουσιν αὐτῷ πάντα, καὶ τῇ ἑξῆς ἐπὶ Καισάρειαν ἀφικνοῦνται. Προϋπαντήσαντος δὲ Κορνηλίου καὶ πεσόντος πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἀνίστησιν αὐτὸν Πέτρος · « Κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι, » εἰπών. Εἶτα τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας αὐτῷ τε καὶ ταῖς τῶν συνεληλυθότων ψυχαῖς κατασπείρας, ὡς καὶ τὴν τοῦ Πνεύμονος χάριν ἐφ' ἁπταμένην αὐτοῖς εἶδε καὶ τὸ βάπτισμα παρεγγυῶσαν, εἰς τὴν ἀλήθειάν τε αὐτοὺς ἐπαναγαγεῖν καὶ τελειοῦ τῷ βαπτίσματι.

CAPUT II.

S. Cornelii labores, præsertim Scepsi.

παρεὶς δὲ μετὰ τὴν ἐπὶ Στεφάνῳ λύπην Α
λύμων τοῖς ἀποστόλοις παρῆν καὶ Κορ-
μέχρι Φοινίκης ἦλθε, καὶ Κύπρου, καὶ
αὐτῆς· καὶ Πέτρῳ συναπῆρε πάλιν καὶ
αἱ οὐδὲ ἐν Ἐφέσῳ αὐτῶν ἀπολέλειπτο.
καὶ τῶν Σκεψαίων μάθοιεν πόλιν εἰδώλοις
, ἐσκέπτοντο μὲν ὅστις αὐτὴν καταλά-
πρᾶγμα κλήροις ἐπέτρεπον. Τοῦ κλήρου
ον λαχόντος, ἰδὲ εὐθέως ἐπιδημεῖ τῇ
τάρχει δὲ αὐτῆς Δημήτριός τις φιλόσοφος
τὰ Ἑλληνικα, φοβερὸν κατὰ τῆς εὐσεβοὺς
ανῶν πνέων πίστεως, ἄλλους τε θεοὺς
μῶν, καὶ Ἀπόλλωνα μάλιστα καὶ Δία·
Κορνηλίου ἐπιδημίαν μαθών, μετεπέμ-
τὸν ἄνδρα, καὶ ἐφ' ὅτῳ ἥκοι καὶ ὅθεν
αὐτῷ τὸ ἐπιτήδευμα, ἐπυνθάνετο. Ὁ δέ· Β
εἰμι τοῦ ζῶντος Θεου, ἔφη· ἐστειλάμην
ὑθα, ὥστε ἀναλαβεῖν μέν σε τοῦ βαθυτά-
τῆς ἀγνωσίας, τῷ φωτὶ δὲ οἰκειῶσαι
καὶ καθαρὰν ἐπιγνώσεως ἀκτῖνα τῇ σῇ
ναι. Τούτων οὐδὲ ὀλίγα συνιεὶς ἐκεῖνος,
κατὰ βραχὺ ὑπεπίμπλατο, καὶ μανικὸν
ἰ ἄγριον ἀναφθέγγεται· Ἄλλα σε ἠρό-
δέ μοι αὐτὸς ἀποκρίνῃ· μὰ τοὺς θεοὺς
μὴ ἐν κόσμῳ καὶ μετὰ σπουδῆς ἀποκρίνῃ,
τοῦ σοῦ γήρως, οὐ δώσω συγγνώμην
οὐ τὴν πολιὰν αἰδεσθήσομαι, πλὴν ἀλλ'
στράτευμαι, καὶ ἐφ' ᾧ παραγέγονας.

Κορνήλιος· Εἰ βούλει μαθεῖν καὶ ἥτις ἡ
οἱ, ἔφη, ἑκατοντάρχης εἰμί. Καὶ εὐθὺς C
μεῖνα σαφέστερον ἀνεκύκλει πάλιν. Μα-
ησίν, ὡς μεγάλῃ πλάνῃ αὐτός τε καὶ ἡ
πᾶσα ἡ ὑπὸ σοὶ κειμένη ἀρχὴ περιπέ-
τὴν ἀπάτην λύσων καὶ χειραγωγήσων
τῆς ἀληθείας ὑμᾶς καὶ τῷ μόνῳ ζῶντι
ἄξων, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν
οὗ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα παρήχθη, καὶ οὗ
ἄγεται. Πρὸς ταῦτα τὸν Δημήτριον
δύτατον ἤδη φάναι, Καὶ μέ τις διὰ τὴν
τος εἰσέρχεται· τοὺς μακροὺς τοίνυν
(βραχὺ γάρ σοι ἐρῷ)· θύσον, προσελ-
ῖς· τοῦ δὲ καὶ, Ποίοις θεοῖς; ἐπανερο-
ἄλλοις γε, εἶπεν ἐκεῖνος, ἢ Διΐ καὶ
Εἰ δὲ καὶ τοῦτο ἀνανεύσεις, χαλεπαῖς, D
λάσεσι καὶ στρέβλαις παραδοθήσῃ· καὶ
οὕτω δυνατος παρὰ τούτους ἔσται θεὸς,
ἐξελεῖταί σε χειρῶν. Ὁ δέ· Δύναται,
ὃς θεὸς, οὐ κακῶν ἀπαθῆ μόνον, οὐδὲ
ώπων κρείττονα ἐπερείσας ἐμὲ διασῶ-
οὓς αὐτὸς ὀνομάζεις θεοὺς καθελεῖν,

IV. Cum dispersis autem ab Hierosolymis apostolis, post vexationem quæ a Stephani morte accidit (1), simul aderat etiam Cornelius, et venit usque in Phœniciam, et Cyprum, et ipsam Antiochiam: et rursus profectus est una cum Petro et Timotheo: et nec Ephesi quidem ab eis abfuit. Cum autem accepissent, Scepsæorum civitatem (2) esse subjectam cultui simulacrorum, consultabant, quisnam eo iret; et rem permiserunt sortibus. Cum sors autem venisset ad Cornelium, ille quidem recta vadit ad civitatem. Ejus autem præfectus erat quidam Demetrius, qui erat philosophus, et gentilium superstitionibus mire deditus, horrendum spirans adversus piam fidem Christianorum; et alios gentilium colens deos, maxime autem Apollinem et Jovem. Is cum accedisset de adventu Cornelii, cum statim accersiit, et cur venisset, et unde, et quodnam esset ejus studium, interrogavit. Ille autem: Sum quidem, inquit, servus Dei vivi. Veni autem huc missus, ut te revocem a profundissimis tenebris ignorantiæ, deducamque ad lucem veritatis, et purum radium agnitionis immittam in tuam animam. Horum ille ne pauca quidem intelligens, ira illico fuit repletus, sæveque repente loquitur et ferociter: Alia te rogavi, tu autem alia mihi respondens. Per deos omnes, si non singula dicis ad propositum, si non moderate et diligenter respondes, non parcam tuæ senectuti, non ignoscam tuæ ætati, non reverebor canitiem. Sed dic, et cui milites, et quanam de causa accesseris.

V. Cornelius autem, Si velis, inquit, scire, quænam sit mea militia, sum quidem centurio. Et rursus C apertius evolvit et explicavit ea quæ prius dicta sunt. Nam cum, inquit, accepissem, quod ipse et uxor tua, et quidquid est in tua ditione, in magnum errorem incideritis, venio vos liberaturus a deceptione, et vos deducturus ad viam veritatis, et soli viventi Deo reconciliaturus, qui fecit cœlum et terram, et a quo producta sunt, quæcunque sunt in ipsis, et cujus nutu ducuntur. Ad hæc Demetrius, Video te, inquit, jam senio esse confectum, et me tui miseret propter ætatem. Prolixas ergo nugas jubens valere (paucis enim tecum agam), accede et diis sacrifica. Cum ille autem rogasset, Quibusnam diis? Quibusnam aliis, inquit præfectus, nisi Jovi et Apollini? Sin autem recusaveris, scias fore, ut gravibus suppliciis et tormentis tradaris: neque ullus D præter eos erit Deus adeo potens, qui te sit a meis erepturus manibus. Ille autem, Potest, inquit, Deus meus me non solum a malis conservare illæsum, et efficere ut sint hominum injuriis et insultibus superior, sed eos etiam destruere, quos tu deos no-

ıt ex Actis patet, Stephani cædes ante
versionem contigit. Melius in orat. de S.
ınibus supra citata num. 6 tradit idem
, Cornelium cum Petro peregrinatum,
c ex Hierosolymitano carcere ereptus

fuit.

(2) Scepsis regio est apud Plin. lib. v. cap. 30. Ejus fortassis primaria urbs Scepsis, quam Σκῆψιν vocat Ptolemæus tab. I, Asiæ, locatque in Mysia minori, quæ est ad Hellespontum. »

minas,evertereque et confringere illorum simulacra, eaque in pulverem redigere et in cinerem, et te vana, quam de illis concepisti, spe privare, et per agnitionem ad se traducere.

VI. Hæc cum respondisset Cornelius, jam juravi per omnes deos,inquit Demetrius,quod nisi moderate respondeas, et nisi diis obtuleris sacrificium, te gravia supplicia accipient et cruciatus: et nondum mihi credis?Rursus ergo dixit præclare Cornelius: Me recte dicentem audi, o judex. Dæmonibus, et surdis ac inanimis simulacris ego nunquam sacrificaverim. Scriptum est enim : « Dii, qui cœlum et terram non fecerunt,pereant[5]. »Et rursus: «Adorabis Dominum Deum tuum et ei soli servies. » Ego igitur veni, ut det vobis quoque Deus pœnitentiam ad agnitionem veritatis,et resipiscatis a diaboli laqueo ad illius voluntatem. Sin autem tibi videtur, eos, quos dicis deos, ostende mihi. Hoc cum ille audiisset, valde lætatus est cum iis qui cum ipso erant, et bona spe sunt repleti, putantes stulti, se mox esse visuros Cornelium sacrificantem. Eis itaque mox fuit apertum templum Jovis, ut qui putarent Cornelium statim esse deo sacrificaturum. Cum itaque venisset id templum Cornelius, omnes illuc celeriter confluxerunt, non solum Demetrius, et ii qui eum assectabantur, sed ejus etiam conjux Evanthia et filius Demetrius : nam ipse quoque sic vocabatur. Cum itaque ad orientem genu flexisset, dixit ex animo Cornelius: Deus,qui conturbas terram, et montes transfers in cor maris ; qui tempore Danielis famuli tui Belum evertisti, et draconem sustulisti,et ora obstruxisti leonibus, ut tuum servares famulum [6];tu quoque nunc everte hæc simulacra,tam fusilia, quam sulptilia; et agnitionem præbe tuo populo, et sciant tuum esse brachium cum potentia. Tu es nostræ potestatis gloriatio. σχου τὴν σὴν ἐπίγνωσιν τῷ λαῷ σῷ, καὶ γνώτωσαν τῆς δυνάμεως ἡμῶν σὺ εἶ·

VII. Cum hæc esset precatus,egreditur e templo: simul autem cum eo egreditur etiam Demetrius,et quæcunque alia gentium convenerat multitudo. Evanthia autem et filius Demetrius adhuc manebant intus. Repente vero maximo quidem terræ motu Deus concutit civitatem : templum autem mox deturbatum,simulacra confringit,et in cinerem comminuit,et in pulverem,Demetriumque filium et matrem Evanthiam intus intercipit. Cum pater ergo Demetrius templi aspexisset eversionem, nondum autem accepisset uxorem et filium fuisse intus interceptos, ducitur quidem in judicium divinus Cornelius, cogendus utique dicere causam eversionis. Ille autem lætus ingreditur,Deum alloquens,qui ei dabat vires, et magis exsultans propter hoc miraculum incredibile, quam propter thronum Demetrius,et propter illud excelsum et sublime tribunal. Præveniens autem interrogationem : Ubi nunc sunt, inquit, o Demetri, magni tui dii ? Ille autem continuo, Quibusnam, inquit, magicis artibus et

[5] Deut. x, 20. [6] Dan. IV.

A τὰ ἐκείνων τε εἰδωλα καταστρέψαι καὶ διακλάσαι καὶ τέφραν ἀποφῆναι καὶ κόνιν· καὶ σὲ τῆς ἐπ' αὐτοῖς κενῆς ἐλπίδος ἀποστῆσαι, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀναβιβάσαι δι' ἐπιγνώσεως.

ς'. Ταῦτα τοῦ Κορνηλίου ἀποκριναμένου, Ὤμοσε πάντας ἤδη θεοὺς, ὁ Δημήτριος ἔφη, ὡς εἰ μὴ ἐπιεικῶς ἀποκρίνῃ, εἰ μὴ θυσίαν τοῖς θεοῖς προσενέγκῃς, χαλεπαί σε καὶ τιμωρίαι καὶ κολάσεις ἐκδέξονται· καὶ οὐ πιστεύσεις μοι ἔτι ; Γενναίως τοίνυν αὖθις ὁ γενναῖος Κορνήλιος, Ὀρθῶς ἐμοῦ λέγοντος, εἶπεν, ὦ δικαστά, ἄκουε· δαίμοσιν ἐγὼ καὶ κωφοῖς εἰδώλοις καὶ ἀψύχοις οὐκ ἄν ποτε θύσαιμι· γέγραπται γὰρ, « Θεοὶ οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν· » καὶ πάλιν· « Προσκυνήσεις Κύριον τὸν Θεὸν, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Ἐγὼ τοίνυν ἦλθον ὅπως δῶ καὶ ὑμῖν ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς B ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψητε ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Εἰ δοκεῖ σοι, καὶ οὓς λέγεις ἐπίδειξόν μοι θεούς. Τοῦτο ἐκείνος ἀκούσας, πάνυ τε σφόδρα μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ ἤδη καὶ χρηστῶν ὑπεπλήσθησαν τῶν ἐλπίδων, οἰόμενοι ὅσον οὔπω οἱ μάταιοι θύσαντα ἰδεῖν καὶ Κορνήλιον ἀμελεῖ καὶ θᾶττον αὐτοῖς ὁ τοῦ Διὸς ναὸς ἠνοικται, οἷα παρελθεῖν εἴσω νομίζουσι τὸν Κορνήλιον καὶ τῷ θεῷ θῦσαι. Εἰς τὸν ναὸν τοίνυν του ἀνδρὸς παρελθόντος συνέρρευσαν ἐκεῖ μετὰ σπουδῆς πάντες, οὐ Δημήτριος μόνον, οὐδὲ ὅσοι περὶ αὐτὸν ἦσαν, ἀλλὰ καὶ ἡ σύζυγος Εὐανθία, καὶ ὁ υἱὸς Δημήτριος· τούτῳ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐκαλεῖτο ὀνόματι. Κλίνας τοίνυν πρὸς ἀνατολὰς τὸ γόνυ μετὰ τῆς καρδίας Κορνήλιος, C Ὁ Θεὸς εἶπεν, ταράσσων τὴν γῆν καὶ μετατιθεὶς ὄρη ἐν καρδίαις θαλασσῶν, ὁ τὸν Βὴλ ἐπὶ τῷ σῷ δούλου Δανιὴλ καταστρέψας, καὶ τὸν δράκοντα ἀπελὼν, καὶ τοὺς λέοντας φιμώσας, ἵνα τὸν σὸν σώσῃς θεράποντα, οὗτος καὶ νῦν τὰ εἴδωλα συστρεψον, ταῦτα τὰ χωνευτὰ καὶ γλυπτὰ, καὶ παράδος ὅτι σὸς ὁ βραχίων μετὰ δυναστείας καὶ τὸ κράτος

ζ'. Ταῦτα προσευξάμενος ἔξεισι τοῦ ναοῦ, συνεξεισι δὲ αὐτῷ καὶ Δημήτριος καὶ ὅσον ἄλλο τῶν Ἑλλήνων πλῆθος συνεληλύθεσαν· Εὐανθία μέντοι καὶ ὁ υἱὸς Δημήτριος ἔνδον ὑπέμενον ἔτι. Ἄφνω δὲ τὰ μέγιστα μὲν ὁ Θεὸς κατασείει τὴν πόλιν. Κατενεχθεὶς D δὲ ὁ ναὸν αὐτίκα τά τε εἴδωλα διαθρύπτει καὶ εἰς κόνιν λεπτύνει καὶ χοῦν, καὶ Δημήτριον τὸν υἱὸν ἔνδον καὶ τὴν μητέρα Εὐανθίαν ἀπολαμβάνει. Τῷ πατρὸς τοίνυν Δημητρίου τὴν καταστροφὴν τοῦ νεὼ θεασαμένου, μήπω δὲ μαθόντος, ὡς ἄρα καὶ ἡ γυνὴ ἔνδον καὶ ὁ υἱὸς ἐναπολειφθεῖεν, ἄγεται μὲν εἰς τὸ δικαστήριον ὁ θεῖος Κορνήλιος τὸ αἴτιον ἔσθεν τῆς καταστροφῆς εἰπεῖν ἀναγκασθησόμενος. Ὁ δὲ εὐθαρσῶς τε εἰσῆει τῷ ἐνδυναμοῦντι αὐτὸν ἠρέμα διαλεγόμενος Ἰησοῦ, καὶ μέγα φρονῶν ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τούτῳ θαύματι μᾶλλον ἢ ἐπὶ τῷ θρόνῳ Δημήτριος καὶ τῷ μετεώρῳ ἐκείνῳ καὶ ὑψηλῷ βήματι. Καὶ προλαβὼν τὴν ἐρώτησιν· Ποῦ νῦν εἰσι, Δημήτριε, οἱ μεγάλοι σου θεοὶ ἔφη ; Ὁ δὲ εὐθὺς, Ποίαις, φησὶ, ταῖς μαγγανείαις, ἄθλιε, καὶ τὸν ναὸν κατεστρέψα

τριψας τὰ ἀγάλματα ; ἀλλὰ βαρυτάταις σε ἅπαντες ἴστωσαν τιμωρίαις ὑποβαλῶ. Καὶ ἐσκέπτετο τί ἂν ποιῶν πικροτάτην αὐτῷ σιν ἐπάγοι. Ἑσπέρας δὲ ἤδη καταλαβούσης, δεθέντα χεῖρας ὁμοῦ καὶ πόδας τὸν ἅγιον ἶναι παρὰ τῇ φυλακῇ, καὶ οὕτω παρ' ὅλην τα διατελέσαι κρεμάμενον. Ταῦτα ἔφη, καὶ ν εὐθὺς εἶχεν ἡ φυλακή.

præstigiis templum evertisti,et statuas confregisti? Sed te gravissimis (sciant omnes dii) subjiciam suppliciis.Et statim consultabat, quidnam agens, cum acerbissimo afficeret supplicio.Cum jam autem adventasset vespera,jubet sanctum ligatis simul pedibus et manibus suspendi in custodia,et ita totam noctem manere suspensum. Hæc dixit, et statim sanctus fuit conjectus in carcerem.

CAPUT III.

Scepsæorum conversio. S. Cornelii obitus.

αργῆμα δὲ τῶν οἰκείων τις ἐπικαταλαμουδῇ Τελεφῶν τὸ ὄνομα. Ὦ δέσποτα, λέγων, να ἡ ἐμὴ καὶ ὁ μονογενὴς υἱὸς διεφθάρησαν, τισθέντος αὐτοῖς τοῦ νεῴ. Δημήτριος οὖν ιούσας περιερρήξατο τὴν ἐσθῆτα καὶ πένθει συνείχετο. Μεταξὺ δὲ καὶ τὸν χοῦν εἰς τάχος αὐτὸν ἐκέλευεν ἐκφορεῖν, Ἕως τὰ τῆς ἀγαὶ, λέγων, καὶ πιστῆς συζύγου καὶ τοῦ γλυκυιδοῦς τοῦ μονογενοῦς ἀνευρόντες ὀστέα, εἰς ρας κομίσετε. Ταῦτα ὁμοῦ πρὸς αὐτοὺς καὶ μετὰ τῆς φωνῆς ἔῤῥει τὰ δάκρυα, καὶ ἔστενε, καὶ ἐπένθει, καὶ τοὺς ἐκείνου θεοὺς ὅτι ζῶν εἰς δεῦρο τετήρητο, τοιαύτην ἀγγεῖσαι πικράν. Περικαθισαμένων δὲ αὐτὸν τῇ πόλει πρώτων καὶ τοῦτο μὲν συνθρηνούτο δὲ καὶ παρεκαλούντων καὶ τὸ πάθος ὑειν αὐτῷ, καθόσον δυνατὸν ἦν, σπευδόντων, καὶ ὁ κατὰ τοῦ Κορνηλίου αὐτοῖς μεμελέτητο · ἀπῄρτιστο δὲ καὶ τὸ μνῆμα, ἔνθα ἡ σύζυὸ τοῦ παιδὸς ἔμελλεν ταφῆναι, ἀρχιερεύς Ἑλλήνων θεῶν ὄνομα Βαρβάτος, ὁ καὶ τὴν σιν τοῦ νεῴ ἐπιτετραμμένος πρὸς τοὺς τοῦ ου ὑπηρέτας, ἦκει σπουδῇ (οὐ γὰρ παριέναι ὸν διὰ τὸ πένθος συνεχωρεῖτο), φωνὴν ἀνατοῦ χώματος ἀπαγγέλλων Εὐανθίας καὶ τοῦ ἣν δὲ φωνὴν ταῦτα διασημαίνειν · Μέγας ὁ ν Χριστιανῶν, ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τοῦ κινύτου διὰ τοῦ θεράποντος αὐτοῦ Κορνηλίου, τελείᾳ παραδέδωκεν ἀπωλείᾳ. Σπεῦσον τοίνυν Δημήτριε, καὶ ἐξάγαγε τῆς φυλακῆς τὸν ὁρα τοῦτον, καὶ προσκύνησον αὐτῷ μετὰ τῶν ἐν τῷ οἴκῳ ἡμῶν καὶ τῶν ἐγγιζόντων ὶ δεήθητι αὐτοῦ, ὅπως ἐλθὼν ἐν τῷ καταλύτῳ σώσῃ ἡμᾶς καὶ ἐξαγάγῃ ἡμᾶς τοῦ χαλούτου καὶ τοῦ βυθοῦ, ἵνα μὴ τέλεον ἀπολώεγάλα γὰρ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ ἐνταῦθα ὁρῶἀγγέλων κραζόντων· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, ἧς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. ούτων ἀκούσαντες οἱ ὑπηρέται, ἀποτρέχου; ἅμα Βαρβάτῳ ἀρχιερεῖ πρὸς Δημήτριον, γγέλλουσιν αὐτῷ μετὰ σπουδῆς ἕκαστα. Ὁ ναι ἔτι τὴν γυναῖκα καὶ τὸν παῖδα πυθόμεστήν τε ἡδονῆς ἅμα καὶ σάλου τὴν καρδίαν ἡ ὁρμαῖος παρὰ τῇ φυλακῇ ἐλθών, καταλαμριπατοῦντα τὸν θεῖον Κορνήλιον, βιβλίον τε ὸς ἔχοντα καὶ ταύτῃ τὸν Θεὸν αἰτοῦντα. : γὰρ αὐτῷ ἐπιπτὰς ἔλυσε τῶν δεσμῶν, καὶ

versus est spiritus : et statim assedit, qui fuerat mortuus, et cœpit loqui. Data autem ei manu, fecit eum surgere, et sanum reddidit parentibus, adeo ut universa civitas Deum laudaret propter factum miraculum. Quædam autem mulier diaconissa, nomine Theophila, ex Asermo vico Cherronesi, et cum ipsa, Rufina impubes ex eodem vico, ab immundo spiritu dissoluta, et effecta paralytica, allatæ sunt ad sanctum virum. Quas paucis diebus aqua irrigans et precans, virtute Domini sanas emisit ad suos. Hilarii cujusdam presbyteri ex Ausadia filius unigena, nomine Thalassius, qui a maligno spiritu fuerat mente motus, portatus est ad sanctum. Quem cum accepisset, orans totos septem dies, reduxit ad naturam, et Domino agentem gratias, cum patre remisit ad patriam. Vetulas vero quasdam duas pauperes, quarum uni nomen erat Calliope, alteri vero Cyriaca, quæ ambæ ab immundo spiritu castigabantur, tulerunt ad Sanctum : qui per suas ad Deum preces ambas curavit. Cum autem eis quoque dedisset ea quæ erant ad victum necessaria, dimisit in pace.

Θ'. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἀνεκδιηγήτοις θαυμασίοις συνέβη τότε τὸ τιμιακὸν βαφεῖον τῆς πορφύρας ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου ἐνσκήψαντος, ἐμποδίζεσθαι, καὶ μὴ ἀποτελεῖν τὴν ἐξ ἔθους βαφὴν, ἀλλὰ καὶ φανερῶς ἐπιφαίνεσθαι τὸν ἀκάθαρτον δαίμονα τοῖς βαφεῦσιν καὶ μὴ συγχωρεῖν τὸ βασιλικὸν ἀποτελεῖσθαι ἔργον, ὡς ἐκ τούτου πολὺν κίνδυνον καὶ ζημίαν ὑπομένειν τοὺς δουλεύοντας καὶ τοὺς βάφεις. Ταῦτα μαθὼν ὁ ὅσιος ἀνὴρ, προθύμως εἰς τὸν τοῦ βαφείου παρεγένετο τόπον, καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ἐνεργοῦντα ἀκάθαρτον δαίμονα, καὶ ἐπιτιμήσας αὐτὸν ἐπὶ τῷ φοβερῷ καὶ ἁγίῳ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ, ἄφαντον αὐτὸν πεποίηκεν ἀπὸ πάσης τῆς ἐνεργείας, ἐκείνου κράξαντος εἰς ἐξάκουσιν πάντων, ὅτι ὑπὸ πυρὸς ἐλαύνεται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Κελεύσαντος δὲ τοῦ ἁγίου ἐγέμισαν οἱ βαφεῖς τοὺς λέβητας, καὶ παρόντος αὐτοῦ ἐχέλων ἔριον καὶ τὴν δέουσαν βαφὴν ἀνεμποδίστως ἐξ ἐκείνου ἐδέχετο καὶ εἰς τὸν μετέπειτα χρόνον· καὶ οὕτως ἐρρύσθησαν οἵ τε πολιτευόμενοι καὶ οἱ βαφεῖς πάντες τοῦ βασιλικοῦ κινδύνου.

IX. Præter hæc autem et alia, quæ narrari non possunt, sancti hujus viri miracula, accidit ut officina quoque, in qua tingebatur purpura, impediretur ab immundo spiritu, qui in eam incubuerat, et non efficeret eam quam solebat tincturam : sed etiam immundus dæmon appareret tinctoribus, et opus imperatoris non sineret effectum reddere : adeo ut ex hac re magnum periculum et damnum servi sustinerent et tinctores. Quamobrem cum rescivisset homo Dei Parthenius et ab eis fuisset rogatus, prompto et alacri animo venit ad locum officinæ : et cum advocasset immundum operantem dæmonem, et eum increpasset terribili et sancto nomine Christi, fecit eum evanescere ab omnibus finibus, illo clamante omnibus audientibus : Tanquam ab igne expellor in gehennam ignis. Cum autem jussisset Sanctus, tinctores impleverunt lebetes, et eo præsente immiserunt lanam. Ea vero ab illo tempore, eam, quam oportebat tincturam citra ullum impedimentum accepit etiam in futurum. Sicque et qui gerebant rempublicam, et tinctores omnes liberati fuerunt a periculo imperatoris.

Ι'. Τεράστιον θέαμα γενόμενον ὑπὸ τοῦ ὁσίου τούτου Πατρὸς ἡμῶν Παρθενίου ἀκούσατε. Ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν θύννων ἁλείας ὅτε οἱ μὲν ἰχθύες ὁρῶντο τοῖς ἁλιεῦσιν, ὡς ἤδη ἐν χερσὶν ὑπάρχοντες· χαλωμένων δὲ τῶν δικτύων οὐδὲν πλέον ἦνυον ἢ τὸν κόπον μόνον ὑπέμενον. Τοῦτο δὲ ὑπὸ διαβολικῆς αὔρας τὸ ἐμπόδιον ὑπῆρχεν, οὐκ εἰς ἓν ἢ δεύτερον ἐμπόριον γενόμενον, ἀλλ' εἰς ὅλην τὴν παραλίαν, ἄχρις Ἀβύδου. Καὶ συναχθέντες ἅπαντες ἐπὶ τῷ αὐτῷ, ἐδεήθησαν τοῦ δικαίου ἀνδρὸς, εὔξασθαι πρὸς τὸν Θεὸν περὶ αὐτῶν. Εὐχομένου δὲ αὐτοῦ μετὰ νηστείας καὶ κλαυθμοῦ, ἐφανέρωσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς τὴν σατανικὴν ἐνέργειαν. Ὁ δὲ διεγερθεὶς οὐκ ὤκνησεν παραγενέσθαι ἐν ἑκάστῳ ἐμπορίῳ ἕως Ἀβύδου, καὶ εὐλογῶν ὕδωρ καὶ ἐμβάλλων ἅλας, ἐοικαλούμενος τὸν Θεὸν

X. Audite aliud quoque magnum miraculum, quod factum est a sancto Patre nostro Parthenio. Tempore piscationis thynnorum, cernebantur quidem pisces a piscatoribus, tanquam qui jam essent in manibus. Cum laxarentur autem retia, nihil proficiebant, sed laborem inanem sustinebant. Fuit vero hoc a diabolica aura impedimentum non in uno tantum aut altero emporio, sed in tota regione maritima usque ad Abydum. Omnes autem simul congregati, rogarunt virum justum, ut Deum pro eis precaretur. Eo vero precante cum jejunio et fletu, Deus ei aperuit causam et Satanicam operationem. Experrectus autem, citra moram profectus est in unum quodque emporium usque ad Abydum, et aquam benedicens, et sal injiciens (5), et

(5) Vide hic aquam benedici cum sale.

Deum invocans, jussit afferri retia, et eo præsente piscium consuetam facere piscationem. Tunc cum magno gaudio sua retia laxantes, Domini virtute et sancti precibus, tanta bona consecuti sunt in piscatione, ut præteriti temporis defectum suppleverint. Sedente autem viro sancto in emporio Catapteleæ, cum piscatio fieret piscium, reteque traheretur, thynnus maximus e reti exsiliens, se projecit ad pedes sancti. Quem cum signasset, et precatus esset, jussit scindi et distribui fratribus ad gloriam Dei.

XI. Aliquando Heracleotem quemdam nomine Callistum, cui a diabolica operatione fuerant pedes soluti, duxerunt ad beatum Parthenium. Quem quidem, cum esset precatus, et curasset virtute Domini, propriis pedibus ambulantem remisit in domum suam, lætantem et Deum glorificantem. Alium autem quemdam, nomine Lesbum, ex insula, quæ dicitur Oa, duxerunt ad hominem Dei. Qui quidem a pedibus ad caput usque erat totus ulceratus, a leproso nihil differens. Eum oleo ungens et precans tribus diebus, sanum remisit ad suos. Ex magnis ergo et multis miraculis, quæ a sancto Patre nostro Parthenio Dei gratia facta sunt, partem, prout potui, significavi vestræ charitati : non tanquam de Patre et decore verba faciens ad eum ornandum, propter id, quod dicitur : «Perdet Dominus omnes, qui loquuntur mendacium [2]:» sed res ipsæ testantur, etiam quæ fiunt post ejus obitum. Unde etiam cum eo adhuc vivo usus aliquando eum vocasset, ivit in Thraciæ metropolim Heracleam : et conveniens archiepiscopum, qui illic erat, nomine Hypatianum, qui ad extrema fere erat redactus, rogavit causam morbi. Cum per divinam autem revelationem cognovisset beatus Parthenius, eum castigari propter avaritiam, ut qui res pauperum usurparet, et eos illis privaret, mane ivit rursus ad eum visendum, et ei dicit : Surge, magne domine. Non enim laboras infirmitate corporis, sed castigaris propter morbum animæ. Hæc ergo depone, et rursus evades sanus. Respondit ægrotus et dixit : Scio ego quoque me esse peccatorem, et ideo castigari. Sed ora pro me, rogo te, ut lever meis iniquitatibus. Dicit ei sanctus Parthenius : Si quis in hominem peccaverit, de eo fortasse exaudietur oratio : morbus autem tuus ad Deum tendit. Quæ sunt ergo pauperum, redde Deo, et eris semper sanus animo et corpore. Tunc is ad se rediens, dixit : Revera, Pater, peccavi Domino meo : Dominus vero justus : et protinus accersito suo œconomo, jussit in medium afferri, quidquid auri colleetum fuerat ex pauperibus. Cum autem satis auri fuisset allatum, sanctum rogavit episcopus, ut id distribueret pauperibus. Ille vero non sustinuit, dicens : Cum Deus tibi det vires, tu per teipsum redde eis, quæ sua sunt.

[2] Psal. x, 7.

(4) Sic. ms. ; fort. οὐχ εἵλετο.

ἐπέβαινε τοῖς δικτύοις καὶ ἐπέτρεπε πρόντος αὐτοῦ τὴν συνήθη ἄγραν τῶν ἰχθύων ποιήσασθαι. Τότε χαλῶντες μετὰ πολλῆς χαρᾶς τὰ δίκτυα, τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου καὶ τῇ εὐχῇ τοῦ ὁσίου τοσούτων ἀγαθῶν ἐντὸς ἐγένοντο ἅπαντες ἐν τῇ ἄγρᾳ, ὡς καὶ τοῦ παρελθόντος χρόνου ἀναπληρῶσαι τὸ λεῖπον. Καθημένου δὲ τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς ἐν τῷ κατὰ Πτελαίας ἐμπορίῳ, καὶ γινομένης τῆς ἄγρας τῶν ἰχθύων, ἐλκομένου τοῦ δικτύου, θῦνος μέγιστος ἐκ τοῦ διατύου πρωτηδήσας, ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν εἰς τοὺς πόδας τοῦ ἁγίου ἀνδρός, ὅνπερ σφραγίσας καὶ ἐπευξάμενος ἐκέλευσεν τηθῆναι καὶ τοῖς ἀδελφοῖς διαδοθῆναι εἰς δόξαν Θεοῦ.

ΙΑ'. Ἡρακλεώτην μονηρίῳ ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας παρεθέντα τοὺς πόδας ὀνόματι Κάλλιστον ἤγαγον πρὸς τὸν μακάριον, ὃν ἰασάμενος τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου ἰδίοις ποσὶν περιπατοῦντα ἀπέπεμψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἕτερον δέ τινα ὀνόματι Λέσβιον ἀπὸ τῆς νήσου τῆς λεγομένης Ὤας ἤγαγον πρὸς τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ ὅλον ἡλκωμένον ἀπὸ τῶν ποδῶν ἕως κεφαλῆς, μηδὲν διαφέροντα λεπροῦ, ὃν ἀλείφων ἐλαίῳ, καὶ ἐπευχόμενος ἐν τρισὶν ὅλαις ἡμέραις ὑγιῆ ἀπέστειλεν. Ἐκ πολλῶν δὲ καὶ μεγάλων θαυμασίων ὑπ' αὐτοῦ χάριτι Χριστοῦ γεγονότων ἐν μέρει καθ' ἃ ἠδυνήθην ἐγνώρισα τῇ ἀγάπῃ ὑμῶν, οὐχ ὡς διαβεβλημένου ποιούμενος λόγον ἐπὶ τὸ σεμνῦναι, διότι « ἀπολεῖ Κύριος πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, » ἀλλ' αὐτὰ τὰ πράγματα μαρτυρεῖ καὶ μετὰ τέλος γινόμενα· χρείας αὐτὸν καλεσάσης, κατέλαβε τὴν μητρόπολιν Ἡράκλειαν τῆς Θρᾴκης, καὶ συντυχὼν τῷ ἐκεῖσε ἀρχιεπισκόπῳ ἐσχάτως ἔχοντι, ἐπύθετο τῆς ἀῤῥωστίας τὸ αἴτιον. Γνοὺς δὲ διὰ θείας ἀποκαλύψεως ὅτι φιλαργυρίας ἕνεκα παιδεύεται, νοσφιζόμενος τὰ τῶν πτωχῶν, καὶ τούτους στερίσκων, τῇ ἑαυτοῦ ἐπῆλθε πάλιν εἰς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἔγειρε, ὁ μέγας. Οὐ γὰρ ἀῤῥωστίαν σωματικὴν ἔχεις, ἀλλὰ νόσῳ ψυχικῇ παιδεύῃ· τούτην ἀπόθου, καὶ εἶ ὑγιαίνεις. Λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος· Οἶδα καὶ αὐτὸς ὅτι ἁμαρτωλός εἰμι καὶ τούτου χάριν παιδεύομαι· ἀλλ' εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ ὅπως κουφισθῶ τῶν ἀνομιῶν μου. Λέγει αὐτῷ ὁ ὅσιος· Ἐὰν εἷς ἄνθρωπόν τις ἁμάρτῃ, ἴσως ἡ περὶ αὐτοῦ εὐχὴ ἀκουσθήσεται· τὸ δὲ σὸν τόσημι εἰς Θεὸν συντείνει. Ἀπόδος οὖν τὰ τῶν πτωχῶν τῷ Θεῷ, καὶ ἔσῃ ὑγιὴς ψυχῇ τε καὶ σώματι. Τότε εἰς αὐτὸν ἐλθὼν εἶπεν· Ἐπ' ἀληθείας, Πάτερ,, ἡμάρτηκα τῷ Κυρίῳ· ὁ δὲ Κύριος δίκαιος. Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν διέποντα αὐτοῦ, ἐκέλευσεν εἰς μέσον ἐλθεῖν πᾶν τὸ ψρυσίον τὸ ἐκ τῶν πτωχῶν συναχθέν, καὶ ἠνέχθη χρυσίον ἱκανόν. Παρεκάλει δὲ τὸν ὅσιον ὁ ἐπίσκοπος, διαδοῦναι αὐτὸ τοῖς πτωχοῖς· ὁ δὲ οὐκ ἤλατο (4) εἰπὼν, τοῦ Θεοῦ ἐνισχύοντος σε, σὺ ἀ' ἑαυτοῦ ἀπόδος αὐτοῖς τὰ αὐτῶν. Τότε καθεσθεὶς ἐπὶ φορίῳ ἀπῆλθεν εἰς τὸ μαρτύριον τῆς ἁγίας μάρτυρος Γλυκερίας, καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς πενομένους τῆς πόλεως, πᾶσι διέδωκεν ἀφειδῶς. Ὁ δὲ φιλάνθρωπος Θεὸς ὁ τὰ δύο λεπτὰ τῆς πενιχρᾶς χήρας μὴ παριδὼν, καὶ τὴν πλουσίαν πρόθεσιν τῆς χήρας ἐπ

Ἠλίου τοῦ προφήτου ἀποδεξάμενος, καὶ τῆς ἐναγοῦς πόρνης τὰ δάκρυα μὴ ἀποστραφείς, καὶ τοῦ τελώνου τὸν στεναγμὸν δικαιώσας, αὐτὸς καὶ τοῦ προῤῥηθέντος ἀρχιεπισκόπου τὸν μεταμελον εἰσδεξάμενος, ἐν τρισὶν ἡμέραις τελείαν παρέσχε τὴν ὑγείαν.

A Tunc is sedens in lectica, ivit ad templum sanctæ martyris Glyceriæ : et cum congregasset omnes pauperes civitatis, affatim omnibus distribuit. Benignus autem et clemens Deus, qui viduæ duo minuta non despexit numismata, et rursus dives viduæ propositum acceptum habuit tempore Eliæ prophetæ, et pauperis flagitiosæque meretricis lacrymas non est aversatus, et publicani suspirium comprobavit, ipse quoque prædicti archiepiscopi acceptam habens pœnitentiam, in tribus diebus ei perfectam præbuit sanitatem.

ΙΒ'. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ θεράπων Παρθένιος περιῆγεν ἐφ' ἑκάστης τοὺς εὐκτηρίους οἴκους τῆς πόλεως, τὰς συνήθεις εὐχὰς ἐπιτελῶν · ἐν οἷς εἰσελθὼν ἐν τῷ κατὰ Χλας μαρτύριον οὕτως ἐπιλεγόμενον, εὗρεν ἐκεῖ τινα κατακείμενον ὅλον ξηρόν. Αἰτήσας δὲ ἔλαιον καὶ ἐπευξάμενος, κλίνας τε τὰ γόνατα, μετὰ δακρύων ἐδέετο τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἀναστὰς ἐκ τῆς προσευχῆς, ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν τοῦτον τῷ ἐλαίῳ διαμαλάσσων, εὐθὺς καὶ παραχρῆμα ἀνέστησεν, καὶ ὑγιῆ εἰς τὰ ἴδια ἰδίοις ποσὶν ἀπιέναι ἀπέτρεψεν. Τούτου δὲ γενομένου τοῦ παραδόξου θαύματος ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ πόλει, πάντες ὅσοι εἶχον ἀσθενείας, κατέδραμον πρὸς τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ δυνάμει τοῦ Χριστοῦ ὑγιεῖς ὑπέστρεφον ἅπαντες. Συμπαρῆν δὲ αὐτῷ καὶ Ὑπατιανὸς, ὁ κατ' ἐκείνου καιροῦ ἀρχιδιάκονος τῆς πόλεως Ἡρακλείας, ὅτε τὰ θαυμάσια ἐγένοντο. Ὅπερ θεασάμενος, πίστει εἰς πόδας τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς πορακαλῶν αὐτὸν μετὰ δακρύων, ὅτι ἐν κτήματι αὐτοῦ ἔσπαρται πολλὰ, ὑπὸ δὲ τῆς ἀδροχίας ἅπαντα ἐξηράνθη · ἀλλὰ παραγενοῦ ἐπὶ τὸν τόπον καὶ πρόσευξαι πρὸς τὸν Θεὸν, ὅπως παράσχῃ ὑετὸν τῇ γῇ, ἵνα σωθῇ πᾶσα ἡ πατρίς. Ὁ δὲ ὅσιος ἀνὴρ προθύμως ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐδάδιζε · καὶ γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, καὶ ἰδὼν ἅπαντα ἐξηραμμένα, κλίνας τὰ γόνατα καὶ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανοὺς ἀνατείνας, μετὰ δακρύων ἐδέετο τοῦ Θεοῦ καταπέμψαι ὑετὸν τῇ γῇ εἰς καρποφορίαν. Ὁ δὲ φιλάνθρωπος Θεὸς ὁ ἀεὶ τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιῶν, ἔτι τῆς εὐχῆς ἐν τῷ στόματι τοῦ ἁγίου οὔσης, συνεσχέθη ὑπὸ νεφῶν ὁ οὐρανὸς καὶ κάτεισιν ὑετὸς καὶ ἐκόρεσε πᾶσαν τὴν γῆν. Εἰσελθόντων δὲ αὐτῶν ἐν τῷ ἀγρῷ, ἐπεζήτησεν οἴκημα, ἐν ᾧ τὰς εὐχὰς ἐκτελέσει. Καὶ εἰσήγαγεν αὐτὸν ὁ ἀρχιδιάκονος ὁ κύριος τοῦ ἀγροῦ εἰς ἕνα τῶν κοιτωνίσκων, καὶ διενυκτέρευσεν ἐκεῖ ἐν ταῖς προσευχαῖς, καὶ τῇ ἑωθεν προσκαλεσάμενος τὸν ἀρχιδιάκονον, ἔφη αὐτῷ · Πρόσεχε ἑαυτῷ · οὐ γὰρ ἀγνοεῖς, ὡς ἐπαιδεύθη ὁ ἐπίσκοπος διὰ φιλαργυρίαν · ἔδειξεν γάρ μοι ὁ Θεὸς ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, ὅτι ἐπίσκοπος γενήσῃ οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας. Ὅρα οὖν, ἵνα τῶν πτωχῶν πρόνοιαν ποιῶν ἔσῃ · τοῦτο γὰρ ὑπὲρ πάντα τὸν Θεὸν θεραπεύει.

XII. Dei vero servus Parthenius quotidie obibat sacras ædes civitatis, consuetas preces in eis peragens. Quodam autem die in martyrium, quod Achilas dicitur, invenit illic hominem quemdam jacentem omnino aridum. Cujus misertus, cum oleum petiisset, flexis genibus, cum lacrymis oravit pro ipso benignum et clementem Deum. Et cum deinde surrexisset a precatione, sensim et paulatim eum B sancto oleo molliens, protinus et ipsa hora fecit eum sanum surgere, et jussit eum suis pedibus ad suos redire Deum glorificantem. Cum hoc autem terribile et quod opinionem superat miraculum factum esset in Heraclea civitate, quicunque habebant ægrotos, cum eis concurrebant ad Dei hominem Parthenium, et virtute Domini nostri Jesu Christi, omnes revertebantur sani. Simul vero cum eo adet rat etiam Hypatianus, qui illo tempore erat archidiaconus civitatis Heracleæ, quando hæc fiebant miracula. Quæ cum vidisset, procidit ad pedes sancti viri, rogans eum cum lacrymis et dicens, quod in prædio multo sua quidem sunt seminata, propter pluviæ autem egestatem omnia sunt exsiccata. Sed, veni ad locum, dicebat, o venerande Pater, et C ora Deum, ut terræ præbeat pluviam, ut conservetur universa nostra patria. Venerandus vero et sanctus vir Parthenius, ivit prompto et alacri animo. Cumque venisset ad locum, et vidisset omnia exsiccata, lacrymatus est, flexisque genibus diu precans eum lacrymis, clementem Deum rogavit, ut pluviam in terram demitteret ad fructus producendos. Benignus autem et clemens Deus, qui semper facit voluntatem eorum qui ipsum timent[3], cum adhuc preces essent in ore ejus, tectum fuit cœlum nubibus, et descendit multa pluvia, et satiavit terram. Ingressis autem ipsis in agrum, quæ sivit habitaculum, in quo preces suas perageret. Archidiaconus vero Hypatianus, qui fuit etiam agri domiD nus, introduxit eum in unum ex suis cubiculis. Qui pernoctavit illic in orationibus: et cum mane accersiisset archidiaconum, dixit ei: Attende tibi, o frater ; non enim ignoras episcopum tuum fuisse castigatum propter avaritiam. Ostendit enim mihi Deus hac nocte, te non multis post diebus futurum episcopum. Vide ergo, ut semper curam geras pauperum, hoc enim Deum placat super omnia.

ΙΓ'. Παρεκάλει οὖν αὐτὸν ὁ ἀρχιδιάκονος, ἵνα ἀπέλθῃ εἰς τὸ κτῆμα καὶ ἐπεύξηται ταῖς χώραις καὶ ταῖς ἀμπέλοις · ἐν οἷς εἰσελθὼν εἰς μίαν μεγίστην χώραν μηδὲν ἔχουσαν εἶπεν αὐτῷ · Διὰ τί αὐτὴν οὐκ ἔσπειρας μεγίστην οὖσαν ; Ὁ δὲ σύνδακους γενόμε-

XIII. Sanctum autem rogavit archidiaconus, ut veniret in suum prædium, et bene precaretur agris et vitibus. Ingressus vero beatus in unam maximam regionem, quæ nihil habebat, dixit ei : Cur non seminasti eam, cum sit maxima ? Archidiaconus

[3] Psal. CXLIV, 19.

autem lacrymans, dixit : Seminata quidem est, o bone : sed mea peccata et pluviæ defectus eam, ut vides, exsiccavit. Dicit ei sanctus : Quot modios tibi præbuit Deus ex hac regione? Ille dixit: Mille, o bone. Sanctus autem dixit ei : Ne sis tristis, o frater. Omnia sunt possibilia credenti.Sed Deus tibi dicit per me peccatorem, quod si in tempore æstatis fructum qui ex hoc agro nascitur, solum triveris, invenies sicut dixisti,mille modios,quoniam leve est in conspectu Domini hæc facere. Eum quoque introduxit in vineam recens plantatam : erat autem omnino exsiccata et exesa a vermibus, propter pluviæ egestatem : erat vero totus satis amplus,ut caperet sementem octoginta modiorum. Beatus autem sale injecto, totam vitem conspersit, et dixit archidiacono: Esto bono animo: nam Deus dat tibi ex hoc loco satis magnam benedictionem, sicut ei placet.Cum vero ingressi essent in civitatem, ivit ad episcopum,ut ei valediceret, et navigaret. Ille autem ei processit obviam,et eum est complexus.Ii vero cum assedissent,sanctus dixit episcopo : Annuntio tibi,o domine,quod post non multos hos dies excedes e corpore,et migrabis ad Dominum. Ecce enim Christus te accersiit,qui est verus Deus noster, et bonum successorem relinques,ut mihi revelavit Dominus, dominum Hypatianum, tuum archidiaconum.Dixit episcopus: Fiat voluntas Domini. Et cum se invicem osculati essent in osculo sancto,Heraclea sanctus navigavit Parthenius, et venit in suam civitatem Lampsacum.

XIV. Accidit autem non multis post diebus, ut morbo correptus Heracleæ episcopus, in Christo requiesceret.Pro ipso vero factus est episcopus dominus Hypatianus archidiaconus, convenienter ei quod dixerat servus Dei Parthenius.Cum esset autem æstas,egressus episcopus Hypatianus in agrum suum ad colligendos fructus terræ, et metendum id quod erat natum ex exsiccata et squalida regione, invenit mille modios plenos frumento,convenienter verbo servi Dei Parthenii. Similiter vero in tempore quoque vindemiarum,ex plantatione exsiccatarum vinearum Deus dedit magnam vini quantitatem.Qui cum experientia accepisset eventum ejus, quod sanctus prædixerat,decimam fructuum utrorumque,nempe tam aridorum quam humidorum, navi impositam duxit Lampsacum,ut sancto offerret, maximas ei agens gratias. Ille autem noluit accipere,dicens domino Hypatiano episcopo: Deo agens gratias in omnibus,eas distribue nostris fratribus,et cum se invicem salutassent, reversus est sanctus episcopus Heracleam, et distribuit frumentum et vinum suis fratribus,ut jusserat homo Dei. Episcopus ergo Hypatianus non cessavit usque ad finem vitæ,narrare omnibus Dei magnalia quæ fecit cum ipso per servum suum Parthenium.

XV.Cum ergo in hac pia et angelica vita refulsisset in terra Dei servus et vir venerandus Parthenius, et multos convertisset a simulacris ad Deum virum, perinde ac morbo arreptus,a Deo vocatus,requie-

A νος ἔφη · Ἔσπαρται, δέομαί σου · ἀλλ' εἰ ἐμοὶ ἁμαρτίαι καὶ ἡ ἀβροχία ταύτην, ὡς ὁρᾷς, ἐξήρανεν. Λέγει αὐτῷ ὁ ὅσιος · Πόσους μοδίους παρεῖχέν σοι ὁ Θεὸς ἐκ ταύτης τῆς χώρας ; Ὁ δὲ εἶπεν· Χιλίους, δέομαί σου. Ὁ δὲ ὅσιος εἶπεν αὐτῷ · Μὴ ἀθύμει · πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι. Πλὴν λέγει σοι δι' ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θέρους τὸν γινόμενον καρπὸν τῆς χώρας ταύτης κατὰ μόνας ἁλοήσας, εὑρήσεις, καθὼς εἶρηκας, τοὺς χιλίους μοδίους, διότι κοῦφον ἐνώπιον Θεοῦ ποιῆσαι τοῦτο. Εἰσήγαγεν δὲ αὐτὸν καὶ εἰς ἀμπελῶνα νεόφυτον, καὶ ἦν ἐξηραμμένος ὅλος καὶ σκωληκόβρωτος ἐκ τῆς ἀβροχίας. Ἦν δὲ ὁ τόπος ἱκανὸς ὡς μοδίων ὀγδοήκοντα σπόρου · καὶ ἐμβαλὼν ἅλας κατέῤῥανεν πάντα τὸν ἀμπελῶνα, καὶ εἶπεν τῷ ἀρχιδιακόνῳ · Εὔθυμος ἴσο, διότι δίδωσίν σοι ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ τόπου τούτου ἱκανὴν εὐλογίαν κατὰ τὸ αὐτῷ ἀρεστόν. Καὶ εἰσελθόντων εἰς τὴν πόλιν, ἀνῆλθε πρὸς τὸν ἐπίσκοπον συντάξασθαι αὐτῷ καὶ ἀποπλεῦσαι. Ὁ δὲ ὑπήντησεν αὐτῷ, καὶ περιεπτύξατο. Καθισάντων δὲ αὐτῶν, εἶπεν ὁ ὅσιος τῷ ἐπισκόπῳ · Εὐαγγελίζομαί σοι, κύριε ὁ μέγας, ὅτι οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας ἐκδημεῖς ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημεῖς πρὸς τὸν Κύριον. Ἰδοὺ γὰρ προσκέκληταί σε καὶ καλὸν διάδοχον καταλείπῃς, ὡς ἀπεκάλυψεν μοι ὁ Θεὸς, τὸν κύριν Ὑπατιανὸν τὸν ἀρχιδιάκονόν σου. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος ἔφη · Τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω · καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ ὥτως ἀπέπλευσεν ὁ ὅσιος ἀπὸ Ἡρακλείας καὶ κατέλαβε τὴν ἰδίαν πόλιν Λαμψάκων.

B ΙΔ'. Ἐγένετο δὲ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας, νόσῳ ληφθεὶς ὁ ἐπίσκοπος Ἡρακλείας ἀνεπαύσατο ἐν Χριστῷ, καὶ ἐγένετο ἀντ' αὐτοῦ ἐπίσκοπος ὁ κύριος Ὑπατιανὸς ὁ ἀρχιδιάκονος κατὰ τὸν λόγον τοῦ θεραπόντος τοῦ Θεοῦ Παρθενίου. Ἀκμάσαντος τοῦ θέρους, ἐξελθὼν ὁ ἐπίσκοπος Ὑπατιανὸς εἰς τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ συνάξαι τοὺς καρποὺς τῆς γῆς καὶ ἁλοῆσαι τὸ γέννημα τῆς χώρας τῆς ἐξηραμμένης, εὗρεν τοὺς χιλίους μοδίους τοῦ σίτου πλήρεις κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ Παρθενίου. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τρύγης ἐκ τῆς φυτείας τῶν ξηρανθέντων ἀμπέλων πολὺ πλῆθος οἴνου ὁ Θεὸς ἐχωρήσατο · ὃς τῇ πείρᾳ παρειληφὼς τῆς προῤῥήσεως τοῦ ὁσίου τὴν ἔκβασιν, ἀμφοτέρων τῶν καρπῶν τὰς δεκάτας τῆς τε ξηρᾶς καὶ ὑγρᾶς ἐμβαλὼν ἐν πλοίῳ, D ἀπήγαγεν ἐν Λαμψάκῳ προσφορᾶς χάριν τῷ ὁσίῳ. Ὁ δὲ οὐκ ἤλατο δέξασθαι εἰπὼν τῷ κυρῷ Ὑπατιανῷ ἐπισκόπῳ · Εὐχαριστῶν τῷ Κυρίῳ ἐν πᾶσι, διάδος αὐτὰ τοῖς ἀδελφοῖς · καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους, ὑπέστρεψεν ὁ ἐπίσκοπος ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ πόλει, καὶ διέδωκε τὸν σῖτον καὶ τὸν οἶνον τοῖς ἀδελφοῖς κατὰ τὴν κέλευσιν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ. Ὁ οὖν ἐπίσκοπος Ὑπατιανὸς οὐκ ἐπαύετο ἄχρι τῆς ζωῆς αὐτοῦ πᾶσι διηγούμενος τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ, ἃ ἐποίησεν μετ' αὐτοῦ Παρθενίου.

ΙΕ'. Ἐν ταύτῃ τῇ ἀγγελικῇ πολιτείᾳ διαλάμψας ἐφ' γῆς καὶ πολλοὺς ἐπιστρέψας ἐκ τῶν εἰδώλων ἐπὶ τὸν ἀληθινὸν Θεὸν τὸν ζῶντα καὶ ὥσπερ νόσῳ λη-φθεὶς, κληθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀνεπαύσατο ἐν εἰρήνῃ.



[illegible] Ὑπατιανὸς ἀκούσας A
[illegible] τὴν μετάστασιν, καταλιπὼν
[illegible] ἐκ τῆς πόλεως Ἡρακλείας,
[illegible] Θεοῦ κελεύσαντος, τῇ αὐτῇ
[illegible] τὴν Λάμψακον. Ὡσαύτως καὶ ὁ
[illegible] καὶ ὁ Μελίτου πόλεως ἐν ᾗ
[illegible] ὁ Παρίου Εὐστάθιος καὶ οἱ λοιποὶ
[illegible] καὶ οὕτως μετὰ ψαλμῶν καὶ
[illegible] αὐτὸν πλησίον τῆς ἐκκλησίας ἐν
[illegible] ὃ αὐτὸς ᾠκοδόμησεν. Ἐτελειώθη ὁ
[illegible] Θεοῦ Παρθένιος κατὰ Ῥωμαίους μηνὶ
[illegible] ϛ', κατὰ δὲ Ἀσιανοὺς πεντεκαιδεκάτῃ,
[illegible] οὐ μικρὰ καταλείψας ἡμῖν διὰ τῆς τελείας
[illegible] Θεὸν καὶ ἀκλινοῦς πίστεως αὐτοῦ, ὃς καὶ
[illegible] τέλος τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἱκεσίᾳ οὐκ ἠρεμεῖ
[illegible] ἐνεργῶν, δαίμονας ἀπελαύνων καὶ πᾶσαν B
[illegible] ἰώμενος, τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ
[illegible] μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, προσκύνησις καὶ
[illegible] παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶ-
νας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

vit in pace. Prædictus ergo Hypatianus episcopus cum audivisset inclytum et venerandum Patrem nostrum Parthenium ad Christum migrasse, relictis omnibus quæ habebat in manibus, solvens ex civitate Heraclea, secundo vento cum Deus jussisset, eadem nocte pervenit Lampsacum. Similiter etiam Cyzici episcopus, et episcopus Meliti, in qua fuerat natus, et Parii episcopus nomine Eustachius, et reliqui ex civitatibus quæ erant circumcirca. Sicque cum psalmis et hymnis et spiritalibus canticis deposuerunt eum prope ecclesiam in oratorio quod ipse ædificavit. Dormiit autem sanctus Christi servus Parthenius septimo mensis Februarii, non parva nobis relicta doctrina per perfectam et immobilem ejus in Deum fidem. Qui etiam post decessum sua ad Deum supplicatione non cessat facere miracula, dæmones expellens, leprosos mundans, et omnem morbum et ægritudinem curans virtute et gratia Domini et Dei et Servatoris nostri Jesu Christi : cui gloria et potentia, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

DE S. NICEPHORO MARTYRE ANTIOCHIÆ IN SYRIA.

(Circa an 258, Februarii die 9. — *Acta SS. Bolland.* ad hanc diem.)

—

1. Inter atroces persecutiones primis sæculis a Romanis imperatoribus illatas Christianis, octava censetur a Valeriano, cum filio Gallieno imperante, anno imperii quarto, Christi 257, mota, in qua illustriores martyres occubuerunt Romæ SS. Stephanus et Sixtus pontifices, Laurentius archidiaconus; Carthagine, S. Cyprianus ; in Oriente, S. Nicephorus, de quo hic agimus, alibi alii.

2. Acta hujus martyris nacti sumus duplicia ex Græco ms. codice regis Franciæ, perantiqua diuque ante tempora Metaphrastæ conscripta : priora incerto auctore sunt, quæ Metaphrastes nonnihil interpolata edidit, quæque a Gentiano Herveto Latine versa vulgarunt Lipomanus et Surius. Nos eadem damus, sed quæ desunt in ms. Græco, aut tanquam postea adjuncta, alio distinguimus charactere, ac fere in notationibus explicamus. Titulus horum Græce hic est : Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Νικηφόρου, καὶ κατὰ μνησικακίας. « Certamen sancti magnique martyris Nicephori, et contra injuriarum memoriam. »

3. Græci celebrant 9 Februar. officio ecclesiastico S. Nicephorum martyrem, ut eorum Menologia, Horologia, Anthologia, Menæa, indicant. In Menologio cardinalis Sirleti, a Canisio edito, hæc leguntur : « Sancti martyris Nicephori, qui Valeriano et Gallieno imperatoribus martyrium perpessus est. » Ex pluribus encomiis, quæ in Menæis exstant, unum hoc auctore Joanne monacho e Vesperis decerptum damus : « Manifeste omnibus ostendisti, o invicte Nicephore, eum, qui proximum non amat, neque Doominum posse diligere. Quapropter quia sincero amore complexus es Sapricium conservum tuum, ad divinum alacris assumptus est amorem, animamque tuam ob fidem confessionemque Christi dedisti. Infelix vero Sapricius, quia irreconciliabile adversus te odium detinuit, etiam Christum Deum negavit. »

ΑΘΛΗΣΙΣ

ΤΟΓ ΑΓΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ

ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΜΝΗΣΙΚΑΚΙΑΣ

CERTAMEN

SANCTI ET MAGNI MARTYRIS NICEPHORI

ET CONTRA INJURIARUM MEMORIAM.

(Græca ex cod. Reg. ms. Paris. n. 1453, sæc. X, nunc primum prodeunt. EDIT. PATR.)

CAPUT I.

S. Nicephori et Sapricii ex summa amicitia odium infestissimum.

I. In illo tempore erat quidam presbyter (1) *in* A *magna Antiochia Syriæ*, nomine Sapricius. Erat autem quidam quoque alius, qui appellabatur quidem Nicephorus: erat vero ordine laicus, et admodum germanus amicus ejusdem presbyteri. Seque ambo sic mutuo diligebant, ut existimarentur esse fratres germani, nati ex uno utero; adeo ut esset excellens amor eorum mutuus. Cum longo autem tempore vixissent in hac affectione, bono et honesto infestus et sceleratissimus humani generis inimicus, eis invidens, talem inter eos peperit dissensionem, ut nec in platea quidem vellent sibi invicem occurrere, ex dæmonico odio, quod inter se invicem conceperant.

Α'. Ἦν τις πρεσβύτερος ὀνόματι Σαπρίκιος οὕτω καλούμενος, καὶ ἦν ἄλλος Νικηφόρος λεγόμενος, τῇ τάξει λαϊκὸς, φίλος ὑπάρχων τοῦ αὐτοῦ πρεσβυτέρου γνήσιος· καὶ οὕτως ἀλλήλους ἠγάπων ἀμφότεροι, ὡς νομίζεσθαι ἀδελφοὺς γνησίους ὑπάρχειν ἐκ μιᾶς κοιλίας γεννηθέντας, ὡς ὑπερβαίνειν τὴν ἀγάπην ἣν εἶχον πρὸς ἀλλήλους κατὰ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν. Ἐν τῷ οὖν διάγειν αὐτοὺς οὕτως ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῇ τοιαύτῃ διαθέσει, ὁ μισόκαλος ἐχθρὸς τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἐπιφθονήσας αὐτοῖς, ἐποίησεν ἀνὰ μέσον αὐτῶν τοιαύτην διχόνοιαν, ὥστε μήτε ἐν πλατείᾳ θέλειν ἀλλήλοις ἀπαντᾷν ἐκ τοῦ δαιμονικοῦ μισους, ὁ ὑπῆρχεν αὐτοῖς.

II. Cum satis vero longo tempore ita fuissent affecti, ad se rediens Nicephorus, et cognoscens odium esse diabolicum, rogavit amicos quosdam, ut irent ad presbyterum Sapricium, et rogarent eum pro Nicephoro, ut ei culpam condonaret, et eum pœnitentia ductum acciperet *propter Dominum*. Ille autem noluit ei condonare. Is vero rursus misit alios amicos, ut ei reconciliaretur. Presbyter autem Sapricius ne eos quidem rogantes audire sustinuit. Rursus ergo Nicephorus rogavit alios quosdam amicos, et misit ad ipsum, ut ei dignaretur sui delicti veniam concedere: ut *convenienter divinoeloquio*[1], « in ore duorum vel trium testium staret omne verbum. » Ille autem cum esset duro corde, et implacabilis, et oblitus esset Domini nostri Jesu Christi, qui dicit: « Remittite, et remittetur vobis[2], » *et* (2) *rursus* : *Si offeras donum tuum ad altare, et recordatus fueris, quod habes aliquid adver-*

Β'. Καὶ ἐν τῷ οὕτως εἶναι αὐτοὺς ἐν τῇ πονηρίᾳ χρόνον ἱκανὸν, εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν ὁ Νικηφόρος καὶ γνοὺς, ὅτι διαβολικόν ἐστι τὸ μῖσος, παρεκάλεσε φίλους τινὰς, ἵνα ἀπέλθωσι πρὸς τὸν πρεσβύτερον Σαπρίκιον, καὶ παρακαλέσωσιν αὐτὸν ὑπὲρ Νικηφόρου, ὅπως αὐτῷ τὴν αἰτίαν συγχωρήσῃ καὶ δέξηται αὐτὸν μετανοοῦντα. Ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἠνέσχετο συγχωρῆσαι αὐτῷ. Καὶ πάλιν ἐκ δευτέρου πέμπει ἄλλους φίλους τοῦ διαλλαγῆναι αὐτῷ· ὁ δὲ Σαπρίκιος καὶ τούτων παρακαλούντων οὐκ ἠνέσχετο. Ὁ δὲ ἅγιος Νικηφόρος καὶ πάλιν παρεκάλεσεν ἄλλους φίλους ἀγαπητοὺς, ἵνα ἀξιωθῇ τοῦ σφάλματος συγχωρηθῆναι αὐτῷ, « ὅπως ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα. » Ἐκεῖνος δὲ σκληροκάρδιος ὢν καὶ ἀμείλικτος, ἐπιλαθόμενος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λέγοντος· « Ἄφετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· καὶ ἐὰν μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος

[1] Deut. XIX, 17; Matth. XVIII, 16; Luc. VI, 37. [2] Matth. V, 23, et c. VI, 15.

(1) Desunt in ms. Græco hæc verba de loco martyrii, uti etiam in sequenti Vita et Menæis.

(2) Desunt hæc quoque in ms. Græco; et recte, quia infra eadem leguntur.

ἀφήσει ὑμῖν τὰ παραπτώματα ὑμῶν · » πάντων αἰτούντων καὶ παρακαλούντων, οὐ συνεχώρησεν αὐτῷ.

A *sus fratrem tuum, dimitte id, et vadens, reconciliare fratri tuo*, et rursus: «Nisi remiseritis hominibus delicta eorum, nec Pater vester cœlestis remittet vobis delicta vestra: » omnibus eum rogantibus et petentibus, non condonavit (3) *fratri et amico suo. Non enim habebat in se charitatem et misericordiam : quamobrem jure fuit privatus regno cœlorum,*

Γ'. Ὁ δὲ εὐλαβέστατος τοῦ Θεοῦ καὶ πιστότατος Νικηφόρος, ὡς εἶδεν ὅτι κατεφρόνησεν ὁ Σαπρίκιος τῶν κοινῶν φίλων, οἵτινες ὑπὲρ αὐτοῦ συγγνώμην αἰτοῦντες οὐκ ἔλαβον, αὐτὸς δραμὼν εἰς τὸν οἶκον Σαπρικίου, ῥίπτει ἑαυτὸν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ λέγων · Συγχώρησόν μοι, Πάτερ, διὰ τὸν Κύριον· ὁ δὲ οὐδὲ οὕτως ἠθέλησεν διαλλαγῆναι αὐτῷ ὡς φίλος φίλῳ, καὶ μάλιστα παρακαλούμενος καὶ χρεωστῶν χωρὶς παρακλήσεως ἐκ πρώτης ἀπολογίας δέξασθαι αὐτὸν ὡς Χριστιανὸς καὶ πρεσβύτερος καὶ τῷ Κυρίῳ δουλεύειν ἐπαγγειλάμενος.

III. *Piissimus autem et fidelissimus Nicephorus.* Nicephorus, cum vidit Sapricium despexisse communes amicos, qui pro eo petentes, veniam non acceparunt, ipse currens ad ædes Sapricii, se projicit ad pedes ejus, dicens: Condona mihi, Pater, propter Dominum. Ille vero ei noluit reconciliari ut amico, et maxime cum rogaretur : *et maxime* cum deberet, etiamsi non fuisset rogatus, a prima excusatione eum accipere, ut Christianus et presbyter, et qui professus erat servire Domino.

CAPUT II.

Sapricius renuens odium deponere, martyrio excidit.

Δ'. Ὡς οὖν ταῦτα οὕτως διεπράττοντο, ἐξαίφνης γίνεταί διωγμὸς καὶ θλῖψις μεγάλη ἐν τῇ πόλει, ὅπου ἀμφότεροι κατῴκουν. Κρατεῖται δὲ ὁ Σαπρίκιος καὶ παραδίδοται τῷ ἡγεμόνι, καὶ ὡς ἔστη ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ὁ ἡγεμὼν εἶπεν · Τί τὸ ὄνομά σου ; Σαπρίκιος ἔφη · Σαπρίκιος καλοῦμαι. Ὁ ἡγεμὼν λέγει · Ποίου γένους εἶ ; Σαπρίκιος εἶπεν · Χριστιανός εἰμι. Ὁ ἡγεμὼν εἶπεν · Κληρικὸς ἢ λαϊκός ; Ὁ δὲ Σαπρίκιος ἔφη · Πρεσβυτέρου τάξιν ἔχω. Ὁ ἡγεμὼν λέγει · Οἱ Αὔγουστοι ἡμῶν καὶ κύριοι ταύτης τῆς χώρας καὶ τῶν ὁρίων Ῥωμαίων Οὐαλεριανὸς καὶ Γάλλος ἐκέλευσαν, ὅπως οἱ ἑαυτοὺς λέγοντες Χριστιανοὺς τοῖς ἀθανάτοις καὶ ἀϊδίοις θεοῖς θύσωσιν · εἰ δέ τις καταφρονῶν διαπτύει, γινωσκέτω ἑαυτῷ διαφόροις βασάνων τιμωρίαις καμφθῆναι, καὶ οὕτως χαλεπωτάτῳ θανάτῳ κατακριθῆναι. Ὁ δὲ Σαπρίκιος παρεστηκὼς εἶπεν πρὸς τὸν ἡγεμόνα · Ἡμεῖς οἱ Χριστιανοὶ Χριστὸν τὸν βασιλέα ἔχομεν, ὅτι ἀληθινὸς Θεός ἐστιν καὶ Ποιητὴς οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς · πάντες δὲ οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια εἰσιν. Ἀπολέσθωσαν τοίνυν ἀπὸ προσώπου πάσης τῆς γῆς οἱ μηδενὶ δυνάμενοι βοηθῆσαι ἢ τινα βλάψαι ἢ συμποδίσαι ἔργα χειρῶν ὄντες ἀνθρώπων.

IV. Cum hæc autem sic fierent, repente exsistit persecutio et magna afflictio in Antiochia (4) civitate, ubi ambo habitabant: et apprehenditur Sapricius *ut Christianus*, et traditur præsidi : et stetit ante ipsum, et dixit ei præses : Quod est nomen tuum? Ille autem dixit : Vocor Sapricius. Dicit præses : Cujusnam es generis? Dixit Sapricius : Sum Christianus. Præses dixit : Es clericus (5)? Dixit Sapricius : Locum teneo presbyteri. Dicit præses: Augusti nostri et domini hujus regionis et filium Romanorum, Valerianus et Gallus, jusserunt, ut, qui se dicunt esse Christianos, sacrificent diis immortalibus (6). Si quis vero despiciens, respuit hoc edictum, sciat se diversis tormentis et suppliciis plectendum, et sic gravissima morte esse condemnandum. Sapricius autem astans, dixit præsidi: Nos Christiani, *o præses*, Christum Deum habemus Regem, quoniam ipse est solus verus Deus, et Creator cœli et terræ et maris, et omnium quæ sunt in eis. Omnes vero dii gentium dæmonia, et pereant a facie universæ terræ, qui non possunt alicui opem ferre, aut aliquem lædere aut impedire, cum sint opera manuum hominum.

Ε'. Τότε ὀργισθεὶς ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν βληθῆναι αὐτὸν εἰς κοχλίαν, καὶ σφοδρῶς βασανίζεσθαι αὐτὸν οὕτως πικρῶς. Εἶπεν ὁ Σαπρίκιος τῷ ἡγεμόνι · Εἰς τὴν σάρκα μου ἐξουσίαν ἔχεις πράττειν τὴν ὠμότητά σου, ἐν δὲ τῇ ψυχῇ μου οὐδεμίαν ἐξουσίαν, εἰ μὴ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, ὁ κτίσας αὐτήν. Καὶ βασανισθεὶς ἐπὶ πολὺ, ὑπέμεινεν τὰς βασάνους. Ἰδὼν δὲ ὁ δικαστὴς, ὅτι οὐ πείθει αὐτὸν ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ἀπόφασιν εἰπών · Σαπρίκιον τὸν πρεσβύτερον, βασιλικῶν προσταγμάτων καταφρονοῦντα καὶ ἀνήκοον γεγονότα τοῖς τε ἀθανάτοις θεοῖς μὴ θελήσαντα

V. Tunc iratus præses, jussit eum projici in cochleam, jubens eam vehementer versari (7). Cum is ergo adeo acerbe et inhumane torqueretur, dixit Sapricius præsidi : Carnis meæ habes potestatem, animæ autem meæ potestatem non habes, sed Dominus Jesus Christus, qui eam creavit. Longo vero tempore tortus, sustinuit tormenta. Cum vidisset autem *improbus et mulitiosus* judex eum non persuaderi, tulit in eum sententiam, dicens : Sapricium presbyterum, qui edicta contemnit imperatorum, et non paruit, nec

(3) In ms. « Non condonavit ei; » reliquis ad finem omissis.

(4) Deest in ms. et in Joannis quoque Sardium archiepiscopi oratione, urbis nomen..

(5) Ms. Græcum : « Es clericus an laicus? »

(6) Addit ms. « et æternis. »

(7) Hæc minus perfecte in ms. leguntur : « Et vehementer versari adeo superbe. Dixit Sapricius. »

[illegible]

[illegible] τῆς ἐλπίδος τῶν Χριστιανῶν ἐκπεσεῖν μὴ [illegible], πεφαλικῇ τιμωρίᾳ παραδοθῆναι προσ[illegible].

[illegible] οὖν ἐξελθεῖν αὐτὸν λαβόντα τὴν [illegible] μαρτυρίου καὶ πρὸς τὸν οὐράνιον στέφα[illegible], ἀκούσας ὁ ἅγιος Νικηφόρος, καὶ [illegible] αὐτῷ, καὶ ῥίπτει ἑαυτὸν εἰς τοὺς [illegible] λέγων · Μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, συγχώ[illegible] ἥμαρτον εἰς σέ · ἐκεῖνος δὲ οὐκ [illegible]. Ὁ δὲ ἅγιος Νικηφόρος πάλιν [illegible] ἑαυτὸν δι' ἄλλης ὁδοῦ καὶ συναντᾷ αὐτῷ [illegible] καὶ ἐδέετο αὐτοῦ λέγων · [illegible] τοῦ Χριστοῦ, δός μοι συγγνώμην [illegible] εἰς σὲ ἥμαρτον ὡς ἄνθρωπος. [illegible] δίδοται παρὰ Κυρίου, [illegible], ἀλλ' [illegible] αὐτὸν ἐνώπιον [illegible]. [illegible] δὲ πεπωρωμένην τὴν [illegible] αὐτῷ δέδωκεν [illegible]

[illegible] ὁ ἅγιος Νικη[illegible] [illegible] τοῦ [illegible]

[illegible] ὁ ἅγιος Νικηφόρος [illegible], καὶ [illegible]

[illegible] ταῦτα [illegible] λέγω[illegible] [illegible] ἔλαμπε γὰρ [illegible] καὶ [illegible], [illegible] τοῦτο καὶ ὁ [illegible], οὐκ [illegible]

[illegible] verus est Dominus qui di[illegible] [illegible] *remittet vobis de*[illegible]

[illegible] εἶχεν ἔλεον, [illegible] αὐτοῦ, ἀλλὰ [illegible] αὐτὸν τῆς ἑαυτοῦ [illegible] ἀλλότριον ἑαυτὸν [illegible] διὰ τὴν πρὸς τὸν [illegible] καὶ ἐργάτην [illegible] καὶ [illegible] ἀδιάλλακτον προσ[illegible]. Τότε λέγουσιν [illegible] τὸν Σαπρίκιον · Κλάψον τὰ γόνατά σου [illegible]. Καὶ λέγει ὁ Σαπρίκιος · [illegible] αὐτῷ · Ὅτι οὐκ ἠθέλησας θῦσαι, ἀλλὰ [illegible] κατέφρόνησας δι' ἄνθρωπον λεγόμενον Χριστόν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἄθλιος Σαπρίκιος, ἀπεκρίθη πρὸς τοὺς δημίους λέγων · Μὴ θελήσετέ με ἀκοῦσαι · ποιῶ γὰρ τὰ κελευόμενα παρὰ τῶν βασιλέων ὑμῶν, καὶ θύω τοῖς θεοῖς

[illegible] [illegible]. [illegible] 5 Matth. VI, 15. 6 Matth. VII, 2.

[illegible] et [illegible]

(9) Addit ms. « sed implacabile odium servare. »
(10) Ms. « gratia cœlesti. »

Οὕτως ἐτύφλωσεν αὐτὸν ἡ μνησικακία, καὶ ἀπέστησε τὴν χάριν ἀπ' αὐτοῦ. Ὁ γὰρ διὰ τοσούτων βασάνων μὴ ἀρνησάμενος τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐλθὼν εἰς τὸ τέλος τοῦ θανάτου, μέλλων τὸ βραβεῖον καὶ τὸν τῆς δόξης στέφανον λαμβάνειν, ἠρνήσατο, καὶ γέγονεν ἀποστάτης.

A eum excæcavit odium, et ab eo abduxit Dei gratiam. Qui enim per ejusmodi tormenta non negavit Dominum nostrum Jesum Christum, cum venisset ad finem mortis, et esset accepturus præmium et coronam gloriæ et *spei*, negavit *vitam æternam*, et fuit apostata.

CAPUT III.

Martyrium S. Nicephori.

Θ'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἅγιος Νικηφόρος παρεκάλει τὸν Σαπρίκιον λέγων· Μὴ, ἀδελφὲ, μὴ ζητήσῃς παραδῆναι καὶ ἀρνήσασθαι τὸν Δεσπότην ἡμῶν Χριστόν· μὴ θέλῃς ὅλως, παρακαλῶ σε, ἀποστῆναι ἀπ' αὐτοῦ· μὴ ἀπολέσῃς στέφανον οὐράνιον, ὃν ἐκτήσω διὰ πολλῶν βασάνων. Ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἤκουσεν ὅλως, ἀλλ' ἐσπούδασεν εἰς ἀπώλειαν τοῦ ἐσχάτου θανάτου ἀπελθεῖν, ὃς τοσαύτην δόξαν ἐν ῥοπῇ μιᾶς ὥρας τῆς τομῆς τῆς σπάθης ἀπώλεσεν, οὕτως ἐκωφώθη καὶ ἐτυφλώθη ὁ ταλαίπωρος οὗτος ὑπὸ μνησικακίας.

IX. Hæc cum audisset S. Nicephorus, rogavit Sapricium *cum lacrymis*, dicens: Noli, o frater, noli transgredi et negare Dominum nostrum Jesum Christum. Noli omnino, rogo te, ab eo deficere, et perdere cœlestem coronam, quam per multa ac- B quisisti tormenta et afflictiones. Ille autem noluit eum omnino audire, sed contendit abire ad interitum *et tenebras* ultimæ mortis, *et ad ignem, qui non potest exstingui*. Qui tanti pretii gloriam in momento unius horæ ictus gladii perdidit, revera fuit miser, excæcatus ab odio.

Ι'. Οὐ γὰρ ἤκουσεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κράζοντος καὶ λέγοντος· « Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρον ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον καὶ ὑπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν προσφερε τὸ δῶρόν σου. » Καὶ πάλιν Πέτρῳ τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων ἐρωτήσαντι· « Ποσάκις, ἐὰν ἁμάρτῃ εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις; Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Κύριος· Οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. » Ἐκεῖνος δὲ ὁ ταλαίπωρος οὐδὲ ἅπαξ ἠθέλησεν συγχωρῆσαι τῷ C ἀδελφῷ αὐτου, καὶ μάλιστα συγγνώμην αἰτοῦντι καὶ πολλὰ παρακαλοῦντι· καὶ ὁ μὲν Κύριος ἐνετείλατο ἀπὸ καρδίας συγχωρεῖν ἑκάστῳ, καὶ ἐπὶ τὰς καταλλαγὰς τὸ θεῖον δῶρον ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἀφέντας προστρέχειν. Ἐκεῖνος δὲ οὐδὲ ἄκροις χείλεσι λόγον συγχωρήσεως τῷ μετανοοῦντι ἔδωκεν, οὐδὲ παρακαλοῦντι ἠνέσχετο δοῦναι ἄφεσιν· ἀλλ' ἔκλεισε τὰ σπλάγχνα ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο ἀπελείσθησαν αὐτῷ αἱ πύλαι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ τοῦ θείου καὶ ζωοποιοῦ Πνεύματος, καὶ ἀπώλεσε τοῦ μαρτυρίου τὸν ἔνδοξον στέφανον. Διὸ, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, καὶ ἡμεῖς ἀσφαλισώμεθα, καὶ λίαν φυλαξώμεθα ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς διαβολικῆς ταύτης ἐνεργείας, καὶ πάσι πάντα συγχωρήσωμεν, ἵνα καὶ ἡμῖν ἄφεσις γένηται παρὰ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, κατὰ τὸ, « Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν· » πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος.

X. Non enim audivit Dominum Jesum Christum, dicentem in sancto Evangelio[7]: «Si afferas munus tuum ad altare, et recorderis quod frater tuus habet aliquid adversus te, dimitte munus tuum ante altare: et vade primum, et reconciliare fratri tuo, et tunc veniens, offer munus tuum.» Et rursus Petro principi apostolorum, cum rogasset Dominum, «Quoties, si peccaverit in me frater meus, dimittam ei? septies? respondit Dominus: Non dico tibi, septies, sed septuagies septies[8].» Ille autem miser ne semel quidem voluit condonare fratri suo, et maxime petenti veniam et roganti. Et Dominus quidem noster et Deus jussit ex animo condonare unicuique, et dimisso munere, quod Deo est offerendum, currere ad reconciliationem. Ille vero ne summis quidem labris condonavit ei, quem pœnitebat: nec in animum induxit, ut ei roganti remitteret; sed clausit viscera sua a fratre suo, propterea clausæ sunt ei fores regni cœlorum, et recessit ab eo gratia divini et vivifici Spiritus, et perdidit *magnam, pretiosam*, et gloriosam coronam martyrii. Quamobrem o dilecti, nos quoque diligenter caveamus ab hac diabolica operatione, odii, inquam, et injuriæ acceptæ recordatione, ut nostrorum quoque peccatorum detur nobis remissio a D Domino Jesu Christo, convenienter ei quod dicitur: Dimitte nobis debita nostra, *sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*[9]. Fidelis est enim qui promisit.

ΙΑ'. Ὁ δὲ μακάριος Νικηφόρος, ὡς εἶδεν Σαπρίκιον παραδάντα, λέγει πρὸς τοὺς δημίους· Ἐγὼ Χριστιανός εἰμι, καὶ πιστεύομαι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃν οὗτος ἠρνήσατο. Ἐμὲ οὖν κρούσατε. Ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἐτόλμησαν κροῦσαι αὐτὸν ἄνευ κελεύσεως τοῦ ἡγεμόνος. Ἐθαύμαζον δὲ ὅμως πάντες, ὅτι οὕτως παρέδωκεν ἑαυτὸν εἰς τὸ ἀποθανεῖν. Ἔλεγε γὰρ, ὅτι Χριστιανός εἰμι καὶ οὐ

XI. Beatus autem Nicephorus postquam vidit transgressum esse Sapricium, *magna voce* dicit lictoribus: Ego sum Christianus, et credo in nomen Domini nostri Jesu Christi, quem iste negavit. Me ergo jam pro ipso ferite. Lictores vero non ausi sunt eum ferire absque jussu præsidis: mirati sunt autem omnes, quod se ita ad mortem tradiderit. Libere enim dicebat: Sum Christianus, et

7 Matth. v, 25. 8 Matth. xviii, 22. 9 Matth. vi, 13.

diis vestris non sacrifico. Unus autem ex lictoribus currens, renuntiavit præsidi, dicens : Sapricius quidem pollicetur se diis sacrificaturum: est vero illic quidam alius qui vult mori propter eum, qui dicitur Christus, clamans et dicens libere : Christianus sum, et diis vestris non sacrifico, nec obedio edictis imperatorum.

XII. Postquam hæc autem audiit præses, in eum tulit sententiam, dicens: Si non sacrificat diis immortalibus, prout jusserunt imperatores, jubeo eum mori gladio : *Sapricium vero sinite abire.* Tunc accipientes S. Nicephorum, eum capite truncarunt, ut præses jusserat, *nono mensis Februarii* (11): et sic consummatus fuit *in Christo* sanctus martyr Christi Nicephorus : et ascendit in cœlos coronatus, per fidem in Christum, charitatemque et humilitatem. Quoniam enim propensus fuit ad charitatem et humilitatem, ideo fuit redimitus corona martyrii, et dignatus est referri in numerum martyrum, ad laudem et gloriam magni Dei et Servatoris nostri Jesu Christi (12), cui gloria et potentia (13) nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A θύω τοῖς θεοῖς ὑμῶν. Εἷς δέ τις τῶν δημίων ἀραμὼν, ἀπήγγειλε τῷ ἡγεμόνι λέγων · Ὅτι ὁ μὲν Σαπρίκιος ὑπέσχετο θύειν τοῖς θεοῖς, ἄλλος δέ ἐστιν ἐκεῖ θέλων ἀποθανεῖν δι' ἐκεῖνον τὸν λεγόμενον Χριστὸν, κράζων καὶ λέγων παῤῥησίᾳ · Χριστιανός εἰμι, καὶ οὐ θύω τοῖς θεοῖς ὑμῶν, οὐδὲ τοῖς προστάγμασι τῶν βασιλέων ὑμῶν ὑπακούω.

IB'. Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσεν ὁ ἡγεμὼν, ἀπεφήνατο κατ' αὐτοῦ λέγων · Ἐὰν τοῖς θεοῖς οὐ θύῃ κατὰ τὰ προστάγματα τῶν βασιλέων, διὰ ξίφους ἀποθάνῃ · καὶ ἀπελθόντες ἀπεκεφάλισαν τὸν ἅγιον Νικηφόρον κατὰ τὴν κέλευσιν τοῦ ἡγεμόνος. Καὶ οὕτως ἐτελειώθη ὁ ἅγιος Νικηφόρος, καὶ στεφανίτης ἀνῆλθεν εἰς οὐρανοὺς, διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν καὶ ὁμονοίας καὶ ταπεινοφροσύνης. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τὴν ἀγάπην ὑπολλινὴς γέγονε, διὰ τοῦτο τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο καὶ τοῖς ἁγίοις μάρτυσι συναριθμηθῆναι κατηξιώθη, εἰς ἔπαινον δόξης τῆς μεγαλωσύνης καὶ χάριτος τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(11) Deest in utroque ms. dies obitus.
(12) Ms. « ad laudem gloriæ, magnificentiæ et gratiæ Domini et Dei. »
(13) Ms. « gloria, potentia et honor.

DE S. AUXENTIO PRESBYTERO,

ARCHIMANDRITA IN BITHYNIA.

(Circa annum 470, Februarii die 14. — *Acta SS. Bolland.* ad hanc diem.)

1. Auxentium Orientalis plaga natum suscepit educavitque, aula Junioris Theodosii Constantinopolitana inter milites virum suspexit, virtute ornatum, atque ad miraculum dæmonibus terribilem; denique archimandritam habuit Bithynia thaumaturgum, ac post plures variis in locis exantlatos labores cœlo transmisit, ubi deinceps experiretur patronum. Quæ de eo narrantur apud Sozomenum lib. *Hist. eccl.* cap. 21, indicant progeniem ejus ac militiam. Relata namque inventione ac translatione capitis S. Joannis Baptistæ, facta sub Theodosio Magno, dicitur « Vincentius presbyter natione Persa, cum tempore Constanti imperatoris persecutio in Perside Christianos affligeret, fugiens una cum Adda consobrino suo ad Romanos venisse : atque ipse quidem in clerum assumptus est, et ad presbyterii dignitatem pervenit. Addas autem uxore ducta plurimum profuit Ecclesiæ, et filium reliquit Auxentium, virum erga Deum fide, erga amicos promptitudine insignem, vita integrum, literarum amatorem, et omnigena tum gentilium, tum ecclesiasticorum scriptorum eruditione præditum, moribus commodis, licet imperatori et aulicis familiaris esset, et in bellicis expeditionibus splendide se gessisset : verum illius quidem crebra mentio est tum apud probatissimos quosque monachos, tum apud homines studiosos, qui ejus virtutem experti sunt. » Hæc Sozomenus, qui Theodosio Juniori suam historiam inscripsit, quam sub calcem dedicationis asserit se ad XXII ejus consulatum, id est annum 439, perduxisse : ac necessario ante ejus obitum, sive annum 450 absolvit, quando jam Constantinopoli S. Auxentius secesserat Bithyniam. De ejus familiaritate cum S. Marciano aliisque viris studiosis agitur infra in hujus Vita num. 2, ubi auctor eodem quo Sozomenus loquendi genere usus, ejus familiares etiam ἄνδρας σπουδαίους appellat.

2. Acta S. Auxentii magno judicis scripta ab auctore coævo, qui suam indicat ætatem, dum a Serpione discipulo ejus, quem illi et in genere vitæ et in antro successisse diximus, num. 58 se aliqua accepisse testatur. Οὗτος γὰρ, inquit, οὗτος ὁ περὶ τούτου ἡμᾶς στοιχειώσας, τῇ γλώττῃ μὲν βάρβαρος ὑπῆρχεν, ἐκ τῆς Μυσίας ὁρμώμενος, τῇ γνώμῃ δὲ πάνσεμνος, ὡς προσκαρτερίῳ τῷ μακαρίῳ Αὐξεντίῳ.... καὶ μετὰ τὴν τοῦ

καρίου κοίμησιν σὺν τῷ τρόπῳ καὶ τὴν διαδεξάμενος. « Ille enim, qui nos de hoc instruxit, erat quidem gua barbarus, ut qui ortus esset ex Mysia, mente autem honestissimus, qui perseveravit apud B. xentium.... et postquam beatus obdormivit, cum moribus in loco quoque successit. » Hanc Vitam nus ex antiquo codice MS. bibliothecæ regis Christianissimi, collatam cum interpretatione Genni Herveti, quam edidere Aloysius Lipomanus et Laurentius Surius, ex collectione Metaphrastæ, i Vitam hanc, utpote accurate scriptam, fere inctactam reliquit, pauculis hinc inde aut additis aut mutatis, nisi hæc variis amanuensibus sint attribuenda.

3. Meminit ejusdem sancti Nicephorus Callistus, lib. XIV, *Hist. eccl.* cap. 52 : « Eodem etiam npore *inquit*, virtutis incrementis longe processit celeberrimus ille monachus Auxentius in nte Bithyniæ eo, qui ex adverso Constantinopolis situs, omnes circa colles altitudine superat. » c Nicephorus, qui cum Sozomeno ad tempora Theodosii Junioris ea refert, post cujus obitum erfuit sub imperio Marciani et Leonis imperatorum ad annum circiter 470. In Actis apud taphrasten traditur obiisse sub Imperio Zenonis, sed ejus loco Leonem habent Acta Græca, quibus i sumus.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΚΑΙ ΑΣΚΗΣΙΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΜΑΚΑΡΙΣΤΑΤΟΥ ΑΥΞΕΝΤΙΟΥ.

—

VITA ET CONVERSATIO

ET EXERCITATIO

SANCTISSIMI ET BEATISSIMI AUXENTII.

(Græca nunc primum typis mandantur ex cod. ms. Reg. Paris. n. 1452. sæc. x. EDIT. PATR.)

—

CAPUT PRIMUM

Vita S. Auxentii Constantinopoli acta. Virtutes inter opera militaria.

A ὡς τόξον βολίδι, ἐσπάραξε τὰ ἔγκατά μου • οὐ δυνήσῃ με ἀπομερίσαι τῆς πλάσεως ταύτης, ὅτι πάνυ ἠράσθην τῶν πλοκάμων καὶ τῆς ἡλικίας αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐξέρχομαι ἀπ' αὐτῆς. Συνεσχέθη δὲ αὖθις ὁ ἀὴρ καὶ γεγόνασι βρονταὶ, καὶ ἀστραπαὶ, καὶ βροχὴ μεγάλη λίαν. Σπαράξας δὲ τὴν γυναῖκα ὁ δράκων, καὶ φιμώσας αὐτὴν ἔῤῥιψεν ἐπὶ τὸ ἔδαφος, ἐξελθὼν ἀπ' αὐτῆς. Ἀνοίξας δὲ τὸ θυρίδιον μετὰ τρεῖς ἡμέρας ὁ μακάριος, ἴδεν αὐτὴν ἐῤῥιμμένην ὡς νεκρὰν, καὶ κελεύει τοῖς παρεστῶσιν ἐπᾶραι αὐτὴν καὶ παρὰ μίαν ἀνακλίναι προτρεψάμενος πάντας εἰς εὐχὴν καὶ ἐπάρας τὰς ὁσίας αὐτοῦ χεῖρας ἐπὶ ὥρας πολλὰς μετὴ πάντων ἐβόα • Δόξα σοι, Κύριε, δόξα σοι, Κύριε, δόξα σοι, Κύριε. Ἡ δὲ γυνὴ κατέκειτο ἄφωνος, μὴ διδοῦσα ἀνθρώπῳ ἀπόκρισιν. B Μετὰ δὲ τὴν εὐχὴν ἐκέλευσεν αὐτὴν ἐνεχθῆναι • καὶ δεδωκὼς αὐτῇ ἐκ τοῦ ἐλαίου τῶν ἁγίων πιεῖν, παραχρῆμα ἐλάλησεν, καὶ ἀναστᾶσα περιεπάτει, ἕως γήρους αὐτῆς μὴ χωρισθεῖσα τοῦ ὄρους, ἀλλὰ προσεδρεύουσα ταῖς εὐχαῖς καὶ τῷ μακαρίῳ, καὶ εὐχαριστοῦσα τῷ ἰασαμένῳ αὐτὴν Θεῷ.

CAPUT IV.

Evocatur S. Auxentius ad concilium Chalcedonense. Miracula in via.

XXII. Post decem aut circiter annos, cum jam decessisset fidelissimus et orthodoxus imperator Theodosius minor, imperassetque venerandus et Christi amans Marcianus, fuit magna confusio et perturbatio circa dogma veræ nostræ fidei, sicut etiam cœpimus dicere superius, cum esset beatus Auxentius recessurus a rebus hujus vitæ. Quidam C enim Eutyches presbyter et archimandrita unius ex monasteriis urbis regiæ,conabatur renovare deliramenta et verba quæ fuerant refutata et abolita a sanctæ et beatæ memoriæ episcopis, a Basilio, inquam,magno beatoque et luminari orbis terræ, et Gregorio inclyto theologo,et Joanne Chrysostomo, et iis similibus. Cum ergo alii quidem ejus dogma sequerentur, alii vero eadem sentirent quæ Nestorius,adeo ut venirent in periculum dogmata fidei catholicæ, videns magnus et orthodoxus imperator Marcianus Ecclesiam in magna confusione et perturbatione, decernit ut episcopi totius fere orbis terræ venirent Chalcedonem, civitatem Bithyniæ.

ΚΒ'. Τοῦτο δὴ πρὸς τοῖς δέκα μετὰ καὶ ἕτερα ἔτη τοῦ πιστοτάτου βασιλέως τετελευτηκότος, καὶ τοῦ φιλοχριστοῦ Μαρκιανοῦ βεβασιλευκότος, πολλὴ ταραχὴ περὶ τὸ δόγμα τῆς ἀληθοῦς πίστεως ἐγένετο, ὡς καὶ ἀνωτέρω ἀνηράμεθα λέγειν ἐν τῷ μέλλειν τὸν μακάριον Αὐξέντιον ὑπαναχωρεῖν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων. Εὐτυχὴς γήρ τις πρεσβύτερος καὶ ἀρχιμανδρίτης ἑνὸς τῶν μοναστηρίων τῆς βασιλευούσης τὰ Ἀπολιναρίου παραφρονήματα τὰ πάλαι κατηργημένα ὑπὸ τῶν τὴν ὁσίαν μνήμην θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, Βασιλείου τε καὶ Γρηγορίου, καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς ἀνακαινίζειν ἐπιχειρεῖ. Τῶν μὲν οὖν τὰ τούτου ἑπομένων, τῶν δὲ τὴ Νεστορίου φρονούντων, ὡς κινδυνεύειν ἐπὶ τὰ τῆς καθολικῆς πίστεως δόγματα καὶ ἐν σῠγχύσει πολλῇ τὴν Ἐκκλησίαν ὁρᾷν, ὁ δὲ βασιλεὺς θεσπίζει τοὺς τῆς οἰκουμένης σχεδὸν ἁπάσης θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀπαντῆσαι ἐν Καλκηδόνι, πολίχνῃ τῆς Βιθυνίας.

XXIII. Cum omnes ergo convenissent episcopi, D adeo ut essent numero sexcenti triginta,jusserunt etiam convenire beatum Auxentium imperator et episcopi. Cum autem magnus et divinus Pater noster Auxentius resisteret,et nollet descendere,dicens non esse monachorum docere,sed potius doceri,hoc vero iis solis convenire,qui sunt honorati pontificatu : misit imperator Marcianus quosdam ex monachis et clericis,qui erant circumcirca,simul cum militibus,res ejus cognoscentes:et jussit, ut nisi vellet sua sponte venire cum eis, invitum adducerent. Illi autem cum accessissent, eum maxime urgentes, nequaquam persuasere, adeo ut conversi sint ad eum incessendum maledictis,

ΚΓ'. Πάντων τοίνυν συνελθόντων, καὶ τὸν μακάριον Αὐξέντιον παρεκελεύοντο συνέρχεσθαι, ὅ τε βασιλεὺς καὶ οἱ ἐπιχώριοι τῶν ἐπισκόπων. Ὡς δὲ ἀντεῖχεν καὶ οὐκ ἠβούλετο κατίεναι, φάσκων μὴ εἶναι μοναχῶν τὸ διδάσκειν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ διδάσκεσθαι, μόνοις δὲ τοῖς ἀρχιερατείᾳ τετιμημένοις τοῦτο πρέπειν, ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς Μαρκιανὸς τινας τῶν περὶς μοναχῶν τε καὶ κληρικῶν μετὰ καὶ στρατιωτῶν ἐκέλευσεν γνόντας τὰ κατ' αὐτὸν, εἰ μὴ βούλοιτο ἑκουσίως συνελθεῖν αὐτοῖς, ἄκοντα παραστῆναι. Οἱ δὲ παρόντες πλεῖστα καταναγκάσαντες αὐτὸν οὐκ ἔπειθον, ὡς καὶ λοιδορίαις αὐτοὺς τραπῆναι καὶ λέγειν μὴ φρονεῖν αὐτὸν ὀρθῶς διαβεβαιοῦσθαι • ὃν ἐπεχείρουν καὶ κατὰ βίας αὐτὸν ἐξωθοῦν. Ὁ δὲ ἐντεῦ-

δου μὲν αὐτοῖς, ἀλλ' οὔπω τελείᾳ γνώμῃ ἄνευ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς. Ἀγαγόντες γὰρ τεχνίτας πρὸς τὸ λύσαι τὸν κλουβὸν, ἐν ᾧ ἦν, ὅλην τὴν ἡμέραν παραμείναντες, οὐδὲν ἴσχυσαν, καὶ τῇ ἕωθεν λέγει αὐτοῖς· Εἴπατέ μοι, ἐν τίνι κακῶς πιστεύω, καὶ εἶθ' οὕτως προνοίᾳ Θεοῦ καὶ ὁ κλουβὸς ἀνοιχθήσεται. Οἱ δὲ ἔφησαν· Ὅτε τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως τοὺς ἀπανταχόθεν θεοφιλεῖς ἐπισκόπους ἐπὶ διασκέψει τῶν τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας δογμάτων συναγαγόντος, αὐτὸς οὐ βούλει συνελθεῖν· οἴσθα γὰρ τὴν κρατοῦσαν σύγχυσιν, τῶν μὲν τοῦ Νεστορίου φρονούντων καὶ σχίσμα ἐπινοούντων διὰ τὸ ἀναιρεῖν τὴν Θεοτόκος φωνὴν ἀπὸ τῆς ἁγνῆς καὶ σεμνῆς Παρθένου καὶ Μητρὸς τοῦ Κυρίου· τῶν δὲ τὰ Εὐτυχοῦς, μᾶλλον δὲ τὰ Ἀπολιναρίου δογματιζόντων καὶ μὴ τελείως σεσαρκῶσθαι τὸν Κύριον ὁμολογούντων ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, ἀλλὰ δοκήσει αὐτὸν ἐνηνθρωπικέναι τερατευομένων.

ΚΔ'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ μακάριος ἔφη· Ἐγὼ τελείως σαρκωθέντα ἐκ τῆς ἀπειρογάμου τὸν Λόγον ὁμολογῶ καὶ Υἱὸν μονογενῆ τοῦτον ὄντα προσκυνῶ, σὺν ἀνάρχῳ μὲν ὑπάρχοντα τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ ὀφθέντα ἐξ αὐτῆς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ψιλὸν γὰρ ἄνθρωπον, ὡς τινες ληρῳδοῦσι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὁμολογεῖν, ἀσεβές· ταῦτά τε εἰρηκὼς καὶ τὴν ἔνστασιν αὐτῶν ἐωρακὼς, τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνας καὶ εὐχὴν ἐκτενῆ γενέσθαι παρασκευάσας ἐπεδίδου ἑαυτόν· τῶν δὲ θρασυνομένων καὶ πάλιν τὸν κλουβὸν καταλύειν ἐπιχειρούντων καὶ μηδὲ ὅλως ἰσχυόντων, ὁ μακάριος σφραγίσας τὸν κλουβόν καὶ τρίτον τὸ, Εὐλογητὸς Κύριος, εἰπὼν πρᾳείᾳ τῇ φωνῇ τοῖς τεχνίταις ἐπέταττεν, καὶ οὕτως κατὰ γνώμην αὐτοῦ τὰς περὶ τὸ θυρίδιον αὐτοῦ ἀφηλώσαντες σανίδας, ἐξέωσαν αὐτόν.

ΚΕ'. Κτήνη δὲ παρέστησαν καὶ ἅμαξαν δ' ἂν βούληται ἐπιβάντα κατιέναι· καὶ δὴ ἐπὶ κτῆνος παραιτησαμένου ἐν τῇ ἁμάξῃ σταυρώσαντες ἀνέκλιναν τὸν μακάριον. Ἦν γὰρ ἄτονος ὅλος τῷ σώματι καὶ τεταπεινωμένος ἐκ τῆς ἀσκήσεως· καὶ μάλιστα ἐκ τῶν πόνων, ὡς καὶ ἰχῶρας ἐξιέναι σὺν σκώληξιν· ἐν οἷς Θεόφιλος τις ὀνόματι, θερμότητι πίστεως προσδραμὼν, ὡς εἶδεν ἐκρυέντα τὸν αὐτοῦ ὄνυχα τοῦ μεγάλου δακτύλου τοῦ δεξιοῦ ποδὸς αὐτοῦ ἀφείλατο. Ὁ δὲ ἅγιος ἀλγήσας ἔφη αὐτῷ· Κἀγὼ ὁμοιοπαθὴς ἄνθρωπός εἰμι, καὶ μή μοι κόπους παρείχετε. Ὡς δὲ μετὰ πλείονος θορύβου τοῖς βουσὶν ἐπέταττον τοῦ ἀποκινῆσαι τὴν ἅμαξαν, οἱ ἀπεσταλμένοι οὐδὲν ἤνυον· ἀκινήτων ἐπὶ πολὺ μενόντων τῶν κτηνῶν, ἀπεινῶς τύπτειν ἐπεχείρουν καὶ τοῖς κέντροις τὴν δορὰν αὐτῶν τιτρώσκειν. Ἀνιαθεὶς τοίνυν ὁ μακάριος καὶ παύσασθαι παρεγγυήσας, τῷ σταυρῷ τῷ συνήθως ἐν χερσὶν αὐτοῦ τὰ κτήνη σφραγίσας καὶ ῥέμα αὐτοῖς ἐπιτάξας, τὴν πορείαν ἐποιεῖτο.

ΚΣ'. Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν ὑπαντῶσι γεωργοῖς ὀδυρομένοις καὶ κλαίουσιν διὰ τὰ ἄλογα αὐτῶν, ὅτι

A et affirmarent eum non sapere. Conabantur itaque eum vi exturbare. Sanctus autem eis cedebat, sed nondum perfecta mente, absque superna voluntate. Nam cum duxissent artifices ad seram cellæ in qua erat solvendam, et totum diem permansissent, nihil potuerunt facere. Mane vero dicit eis: Dicite mihi, fratres et patres, in quanam re male credo: et deinde sic providentia Dei sera aperietur. Illi autem dixerunt: Quod cum pius imperator Marcianus pios, qui ubique sunt, episcopos congregaverit ad utilem considerationem dogmatum sanctissimæ Ecclesiæ, tu non vis venire. Scis enim eam, quæ nunc est, confusionem: cum alii quidem sentiant eum Nestorio et schisma moliantur, propterea quod vocem *Dei Parentis* auferant a casta et veneranda B Virgine et Matre Domini: alii vero Eutychis et Apollinaris potius tuentur dogmata, et confitentur Dominum Jesum Christum non perfecte carnem suscepisse ex semine David, sed visione eum fuisse hominem, prodigiose asserunt.

XXIV. Hæc cum beatus audiisset Auxentius, dixit: Ego confiteor Verbum perfecte carnem suscepisse ex Virgine, non experta opus nuptiarum: et ipsum adoro, ut qui sit Filius unigenitus, qui cum Patre quidem est expers principii, quod attinet ad divinitatem; in ultimis autem diebus ex ea visus est, quod spectat ad humanitatem. Solum enim hominem, ut nonnulli nugantur, Filium Dei confiteri, est impium. Hæc cum dixisset, et eos vidisset instare, et manibus in cœlum sublatis jussisset intensam fieri precationem, non tradidit seipsum. Illis C autem insultantibus, et cellam dissolvere rursus aggredientibus, et nihil omnino valentibus efficere, beatus cum signasset seram, et ter dixisset, Benedictus Dominus, miti voce imperavit artificibus, et sic ejus voluntate sublatis tabulis, quæ erant clavis affixæ ejus fenestræ, eum ejecerunt.

XXV. Astiterunt vero jumenta et currus, ut eum collocarent, ubi vellet ascendere. Cum autem recusasset locari super jumentum, strato curru, sanctum in eo reclinarunt (erat enim imbecillus et dejectus toto corpore, ex nimia exercitatione, et maxime ex laboribus, adeo ut exiret sanies cum vermibus). Inter quos quidam, nomine Theophilus, acri fide accurrens, cum vidisset effluxisse unguem magni digiti dexteri ejus pedis, eum abstulit. Sanctus vero dolens dixit: Frater, ego quoque sum homo, obnoxius iisdem quibus vos affectionibus, ne mihi exhibeatis molestiam. Cum autem cum magno tumultu imperarent bobus ii qui missi fuerant, ut emoverent currum, et nihil efficerent, diu animalibus manentibus immobilibus, cœperunt eos crudeliter verberare, et stimulis pellem eorum sauciare. Ægre ferens ergo beatus, cum jussisset eos cessare, et cruce, quam, ut solebat, habebat in manibus, signasset animalia, et eis statim imperasset, ea fecit iter ingredi.

XXVI. In via autem occurrit agricolis deflentibus et lamentantibus propter suas bestias, quo

scilicet paterentur sicut homines, vexatæ ab immundis spiritibus. Misertus itaque beatus, cum omnes jussisset intentos esse orationi, et ex imo corde suspirasset, et Deo supplicasset, eas curavit.

XXVII. Quædam autem mulier passis capillis ei mox occurrit in via, quæ etiam ad eum attulit infantem circiter trium annorum, qui possidebatur a dæmone. Justus vero cum eum vidisset, cœpit manus extendere, et lacrymas effundere, et dicere iis qui aderant: Ne existimetis, o viri, qui corde estis submersi, hunc puerum peccasse, et vexari ab immundo spiritu : sed hoc propter nos contigit et propter nostram conversionem ; erat enim vultus infantis pene conversus. Cum ergo precatus esset beatus Auxentius, et increpasset immundum spiritum, inspirans in faciem infantis, eum curavit. Egresso enim maligno et exsecrando dæmone, fuit ejus vultus sicut prius restitutus. Cumque eum sanum recepisset mulier, domum rediit læta et Deo agens gratias.

XXVIII. Rursus autem in via puella quædam, neptis Dorothei comitis, ex peregrinatione in lectica venit vexata a sævo dæmone. Quam etiam a modico spatio allisit humi immundus spiritus ex lectica. Cum autem surrexisset, scissa veste concurrit ad currum, in quo erat beatus, latrans et clamans : Quid tibi rei mecum est, Auxenti? quid me uris? quid me persequeris? Utinam abortum fecisset uterus, qui te peperit ad nostrum exitium. Ecce enim cum quatuordecim annos latuerim in hac creatura, studes me ab ea separare. Cum autem vidisset Christi servus, athleta Auxentius ejus nuditatem, cum vexaretur a dæmone, magna ira percitus, non sivit eam loqui : sed cum increpasset immundum spiritum, clamans magna voce, dixit : Egredere, immunde spiritus, ex hac creatura, in nomine Domini nostri Jesu Christi, qui incarnatus fuit ex Spiritu sancto et Maria Virgine. Stridens itaque et ejulans dæmon, exiit protinus ex puella, cum nec ei quidem fuisset omnino permissum nugari per creaturam.

XXIX. Milites autem cum clericis et monachis, qui consequebantur ex monte, cum viderent signa quæ per ipsum faciebat Servator, admirabantur, et magis dubitabant quam crederent, dicentes ei: Hæc facis, ut oculis appareant, o illusor Christi Sanctus autem subridens, dicit eis : Ego non sum Christi illusor, sed servus Dei, credens in sanctam ejusdemque essentiæ et individuam Trinitatem, confitensque Deiparentem, sanctam et incorruptam Virginem.

XXX. Cum vero pervenisset ad prædium quod dicitur Sycides, juvenis quidam, nomine Gregorius, ex pago Lyddorum (6), habens spiritum immundum, accessit ad sanctum in eamdem possessionem, ad

(6) Videtur Lydia Asiæ Minoris regio intelligi, inter quam et Bithyniam interjacet Phrygia. Est etiam Lydda urbs Palæstinæ episcopalis, de qua ad Vitam S. Georgii 28 Aprilis agemus.

A ἔπασχον, καθάπερ ἄνθρωποι, ὑπὸ πνευμάτων ὀχλουμένοι ἀκαθάρτων. Σπλαγχνισθεὶς οὖν ὁ μακάριος καὶ τοὺς πάντας στῆναι εἰς προσευχὴν ἐπιτρέψας, ἐκ βάθους τῆς καρδίας αὐτοῦ στενάξας, καὶ τὸν θεὸν ἱκετεύσας, ἐθεράπευσεν αὐτά.

KZ'. Γυνὴ δέ τις λυσίκομος μετ' ὀλίγον ἐκπτὴ αὐτῷ ἐν τῇ ὁδῷ, ἣ καὶ προσήγαγεν αὐτῷ παιδίον ὡς ἐνιαυτῶν τριῶν κατακυριεθὲν ὑπὸ δαίμονος. Ὁ δὲ δίκαιος θεασάμενος αὐτὸ, ἤρξατο τὰς χεῖρας ἐκτείνειν καὶ τὰ δάκρυα προφέρειν καὶ πρὸς τοὺς παρόντας λέγειν· Μὴ, νομίσατε, ὦ ἄφρονες, βεβλυσμένοι ταῖς καρδίαις, ὅτι τὸ βρέφος τοῦτο ἥμαρτεν καὶ ὀχλεῖται ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου, ἀλλὰ τοῦτο δι' ἡμᾶς συνέβη, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν ἐπιστροφήν· ἦν γὰρ καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ παιδίου εἰς τὰ ὀπίσω στραφέν. B Εὐξάμενος οὖν ὁ μακάριος, καὶ ἐπιτιμήσας τῷ ἀκαθάρτῳ πνεύματι ἐμφυσήσας εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ παιδίου, ἴασατο αὐτό. Ἐξελήλυθότος γὰρ τοῦ μιαροῦ δαίμονος, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπεκατέστη, καὶ ὑγιῆ αὐτὸ ἀπολαβοῦσα ἡ μήτηρ, ἀπῆει εὐχαριστοῦσα τῷ Θεῷ.

KH'. Πάλιν δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν κόρη τις ἔκγονος Δωροθέου τοῦ κόμητος ἀπὸ ἐκδημίας ἦρχετο ἐν βαστερνίῳ ἐνεργουμένη ὑπὸ δαίμονος, ἣν καὶ ἀπ' ὀλίγου διαστήματος ἔῤῥηξε το ἀκάθαρτον πνεῦμα ἀπὸ βαστερνίου εἰς τὴν γῆν. Ὡς δὲ παρέστη, παρασχισαμένη τὴν ἐσθῆτα, ἔτρεχεν ἐπὶ τὸν ἅμαξαν, ἐν ᾗ ἦν ὁ μακάριος, ὑλακτοῦσα καὶ κράζουσα· Τί ἔχεις μετ' ἐμοῦ, Αὐξέντιε, τί με κατακαίεις ; τί με διώκεις ; εἴτε ἐψόφησεν ἡ μήτρα ἡ γεννήσασά σε εἰς C ὄλεθρον ἡμῶν. Ἰδοὺ γὰρ δεκατέσσαρα ἔτη παραμένου μου ἐν τῇ πλάσει ταύτῃ, σπεύδεις τοῦ χωρίσαι με ἀπ' αὐτῆς. Ἰδὼν δὲ ὁ ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ ἐκείμαζετο ὑπὸ τοῦ δαίμονος τὴν γύμνωσιν αὐτῆς, ὀργισθεὶς θυμῷ μεγάλῳ οὐκ εἴασεν αὐτὴν λαλῆσαι, ἀλλ' ἐπιτιμήσας τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, κράξας φωνῇ μεγάλῃ εἶπεν· Ἔξελθε, πνεῦμα πονηρὸν, ἐκ τοῦ πλάσματος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σαρκωθέντος ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου. Στενάξας οὖν καὶ βλολύξας ὁ δαίμων, ἐξῆλθε παραχρῆμα ἐκ τῆς κόρης, μηδὲ ὅλως συγχωρηθεὶς πλυαρῆσαι διὰ τοῦ πλάσματος.

KΘ'. Οἱ δὲ στρατιῶται σὺν τοῖς κληρικοῖς καὶ μοναχοῖς τοῖς συνεπομένοις αὐτῷ ἐκ τοῦ ὄρους, θεωροῦντες τὰ σημεῖα, ἃ ἐποίει δι' αὐτοῦ ὁ Σωτὴρ, ἐξεπλήσσοντο καὶ μᾶλλον ἐδίσταζον ἢ ἐπίστευον λέγοντες αὐτῷ· Πρὸς ὀφθαλμοπλανίαν ἡμῶν ταῦτα ποιεῖς, χριστεμπαίκτα. Ὁ δὲ μειδιάσας λέγει πρὸς αὐτούς· Ἐγὼ χριστεμπαίκτης οὐκ εἰμὶ, ἀλλὰ δοῦλος τοῦ Θεοῦ, πιστεύων εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ἀδιαίρετον Τριάδα καὶ ὁμολογῶν Θεοτόκον τὴν ἁγίαν ἄφθορον Παρθένον.

Λ'. Ὡς δὲ ἔφθασεν λοιπὸν ἐν χωρίῳ ἐπιλεγομένῳ Στιγίδες, νεώτερός τις ὀνόματι Γρεγόριος ἀπὸ χωρίου Λύδδων, ἔχων πνεῦμα ἀκάθαρτον προσῆλθε τῷ μακαρίῳ ἐν τῷ αὐτῷ κτήματι, προσπίπτων αὐτῷ καὶ

λέγων · Ἐλέησόν με, δοῦλε τοῦ ὑψίστου Θεοῦ, ὅτι ὀχλοῦμαι ὑπὸ δαίμονος πονηροῦ. Ὁ δὲ μακάριος ἐπιθεὶς τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ προσευξάμενος, τῷ μὲν πνεύματι φθέγξασθαι οὐ συνεχώρησεν, ἐξελθεῖν δὲ αὐτὸ διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ ἐπρίσβευσεν. Ἡ οὖν δαίμων ἐξελθών, ὑπὸ ἀκάνθας πλησίον τῆς ὁδοῦ ὑπεκρύπτετο, ὥστε ἐπανιόντος τοῦ νεανίσκου, πάλιν εἰς αὐτὸν ὑποστρέψαι. Μετὰ οὖν τὸ ἀπαλλαγῆναι τοὺς βόας καὶ μέλλειν αὐτοὺς κινεῖν τὴν ἅμαξαν, γνοὺς ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ὁ μακάριος, ἔφη τῷ νεανίσκῳ · Σοὶ λέγω, νεώτερε, ὅρα μὴ ἀπέλθῃς κατὰ τὴν ἀριστερὰν ὁδόν, δι' ἧς ἦλθες · ἐκεῖ γὰρ κέκρυπται ὑπὸ ἀκανθῶν περιμένων σε ὁ πονηρός · ἀλλὰ κατὰ τὴν δεξιὰν ἄπελθε, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ καὶ λέγων · Δόξα τῷ Πατρὶ, δόξα τῷ Υἱῷ, δόξα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, τῷ λαλήσαντι διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ.

A ejus pedes procidens, et dicens : Miserere mei, serve Dei altissimi, quoniam vexor a maligno dæmone. Beatus autem Auxentius, imposita manu ejus capiti cum esset precatus, spiritum quidem non sinit loqui, ut ipse autem exiret, per Christi gratiam procuravit. Malus vero dæmon egressus, latebat sub spina propter viam, ut revertente adolescente, ad eum rursus rediret. Postquam autem percussi sunt boves, et ipsi currum erant moturi, cognoscens beatus in sancto Spiritu, dixit adolescenti : Adolescens, cave ne cas per viam sinistram, per quam ivisti; illic enim a spinis est absconsus, qui te exspectat, malignus: sed vade ad dexteram, Deo agens gratias, et dicens : Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui sancto, qui locutus est per suos prophetas.

B

CAPUT V.

Quæ S. Auxentius egerit tuleritque in monasteriis ad Ruffinianas et in Phelio.

ΛΑ'. Ἤδη δὲ ἐπιστάντων ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου Θαλελαίου, οἱ ἑπόμενοι αὐτῷ πτωχοὶ ἀπὸ τοῦ ὄρους τῆς Ὀξίας, ὠδυρόμενοι καὶ θρηνοῦντες συνετάττοντο, κατασπαζόμενοι τὰ ὄσια ἴχνη αὐτοῦ. Θεωρῶν δὲ ὁ μαθητὴς τοῦ Χριστοῦ τὸ ἀφόρητον πένθος τῆς καρδίας αὐτῶν, ἔφη πρὸς αὐτούς · Ἀπέλθετε, τέκνα, καθέζεσθε τέως ἐν τῷ ὄρει · ἐγὼ γὰρ μεθ' ὑμῶν εἰμι. Εἰ γὰρ τὸ σῶμά μου ἀπάγουσιν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμά μου ἐν ὑμῖν ἔξεστιν, καὶ οὐ μὴ ἐγκαταλείψω ὑμᾶς. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ἐπὶ τούτοις ἠγανάκτουν · οἱ δὲ ὑπέστρεψαν, ὡς ἀπηγγείλατο αὐτοῖς ὁ θεράπων τοῦ Χριστοῦ.

XXXI. Cum autem jam accessissent in martyrium sancti Thalelæi, eum sequentes pauperes ex monte Oxeæ, simul deflebant et lamentabantur, et amplectebantur sancta ejus vestigia. Videns vero Christi discipulus Auxentius intolerabilem luctum cordis eorum, dixit eis : Abite, filii, et sedete in monte in pace; ego enim sum vobiscum. Nam etsi corpus meum abducunt, at meus spiritus est inter vos, nec vos unquam relinquam. Atque milites quidem hæc ægre ferebant: pauperes autem reversi sunt in montem, sicut eis dixit Christi C servus.

ΑΒ'. Φθάσας οὖν ἐν τῳ ζεύγει εἰς τὸ ἐν τῇ Φιλίῳ μοναστήριον, ἄφνω νεώτερός τις ὀνόματι Ἰσίδωρος ἤρξατο δαιμονίζεσθαι καὶ βοᾷν · Ὢ ἀπὸ σοῦ, Αὐξέντιε, τοῦ μὴ δεδωκότος μοι ἐξουσίαν ἀμύνασθαι τοὺς περιφρονοῦντάς σε θεομάχους εἰς ἐξολόθρευσιν ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμῶν · ἡ γὰρ πάροδός σου τὰ πάντα ἡγίασεν καὶ ἐφυγάδευσε πλείστους τῶν καθ' ἡμᾶς. Ὁ δὲ μακάριος πρὸς αὐτὸν ἔφη · Σιώπα, καὶ πεφίμωσο, χαίρεσίκακε δαίμων, ἐν τῳ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. Κατήγαγον οὖν ἐκ τῆς ἁμάξης τὸν ἅγιον ἄνδρα καὶ εἰσήγαγον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου. Ἑστὼς οὖν προσηύξατο ἐπὶ ὥρας ἱκανὰς, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι γόνυ κλῖναι ἐκ τῶν ἐν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ μωλώπων. Ὡς δὲ ἐπλήρωσε τὴν εὐχὴν, εἰσήγαγον αὐτὸν ἐν χαμαιτρικλίνῳ πανταχόθεν ἀποκλείσαντες · τοῦ δὲ προσευχομένου ἔνδον, ἔξω Ἰσίδωρος ἰάθη ὁ δαιμονιῶν.

XXXII. Cum in curru autem venisset ad monasterium, quod erat in Phelio, repente juvenis quidam, nomine Isidorus, cœpit vexari a dæmone et clamare: Væ tibi, Auxenti, quid non dedisti mihi potestatem ulciscendi impios deorum hostes, qui te suscipiunt, ad meam et meorum perniciem; tuus enim transitus omnia sanctificavit, et fugavit ex nobis plurimos. Dixit autem ei beatus : Tace et obmutesce, qui malis gaudes, dæmon, in Christi nomine. Deduxerunt ergo e curru virum justum, et eum introduxerunt in ecclesiam sancti Joannis. Stans ergo oravit horas aliquot, propterea quod non posset genu flectere ob vibices, qui erant in suis pedibus. Postquam autem implevit suas preces, eum introD duxerunt in inferius triclinium, undique clausis januis. Eo vero intus precante, foris fuit curatus Isidorus, qui vexabatur a dæmone.

ΑΓ'. Ἀλλὰ γυνή τις Μαξιμιανοῦ ἡνιόχου, οἰομένη ἐν τῳ ὄρει τῆς Ὀξίας εἶναι τὸν μακάριον, ἦλθε φέρουσα ἐπὶ ζώοις πεφορτωμένοις ἔλαιον, οἶνον, ἄρτους, τυρὸν, ὄσπρια, στούπαν, κηρούς. Καὶ σφόδρα μὲν ἐλυπήθη μὴ εὑροῦσα ἐκεῖ τὸν ὅσιον ἄνδρα · διέδωκεν δὲ τὰ πάντα τοῖς κατὰ τὸν τόπον προσκαρτεροῦσι πτωχοῖς. Κοράσιον γὰρ αὐτῆς ὀχλούμενον ὑπὸ δαίμονος ἠξιώθη ἰάσεως, καὶ πάνυ προσέκειτο τῳ μακαρίῳ · θαυμάσασα οὖν, ὅτι βίᾳ σχεδὸν κατ-

XXXIII. Quædam autem mulier, uxor Maximiani aurigæ, putans beatum Auxentium esse in monte Oxeæ, venit, ferens oneratis animalibus oleum, vinum, panem, caseum, legumina, stupam et ceram. Et magno quidem dolore est affecta, cum sanctum virum illic non invenisset. Distribuit vero omnia pauperibus qui eo in loco perseverabant. Ejus enim puella, quæ vexabatur ab immundo dæmone, ab ipso assecuta fuerat curationem, et beato viro valde

erat dedita. Mirata ergo quod vi propemodum deductus fuerat a monte, et degeret inclusus in monasterio quod est in Phelio, venit illuc meditans eloquium Scripturæ, quod dictum est in pulcherrima Sapientia Salomonis, et impletum in vita sanctissimi Patris nostri Auxentii: «Examinemus justum, quoniam inutilis est nobis, et adversatur operibus nostris [13]. » Nam cum condemnassent eum tanquam maleficum, incluserunt, non concedentes ut quisquam eum conveniret. Cum fidelissimæ ergo huic feminæ beatum videre non licuisset, aut eum convenire, abiit flens domum, et marito suo omnia renuntians.

XXXIV. Constantinus (7) autem dux exercitus et Artabius comes, qui soliti erant venire ad sanctum virum, venerunt ubi erat, ut fruerentur solita utilitate. Qui cum eum convenissent, et ab eo consecuti essent benedictionem, rogarunt ne daret occasionem iis qui male sentiebant, sed spe in Deum omnia quidem probaret, quod bonum autem est, teneret [14], ad unionem et concordiam sanctissimæ et catholicæ Dei Ecclesiæ. Sanctus autem dicit eis: Fiat voluntas Dei sicut in cœlo et in terra. Rogarunt vero beatum, ut aurecs aliquot acciperet, qui dedita opera ab eis afferebantur. Ille autem id non sustinuit, dicens eis: Pauperibus qui sunt in monte Oxeæ, et fratribus meis in Domino, eos date. Ego enim habeo omnia, et abundo per gratiam Dei. Valde vero magna sunt ex hac re affecti molestia, qui erant in loco monachi. Sed illi quidem Christi amantes impleverunt quod eis fuerat mandatum. Plurimi autem cum de cætero audivissent, beatum de monte esse deductum et illic degere, eo venerunt.

XXXV. Cum vero ad eum accessissent monachi monasterii, rogabant tentantes quare non comederet. Ille autem dixit eis: « Quoniam experimentum quæritis Christi, qui in me loquitur, qui non est infirmus, sed potens in nobis [15], » scriptum est [16]: «Non in solo pane vivet homo, sed in omni verbo quod egreditur per os Dei.» Quodam itaque die aperuerunt domum in qua erat, et posuerunt in ea sportam betarum, et sportam dactylorum, et sportam diversorum bellariorum, omnia autem certa mensura, et eum rogabant ut ex eis sumeret. Cum itaque candelam fecissent, et puerum apud eum manere jussissent, incluserunt eum una hebdomada. Et candelam quidem in venerunt non consumptam et ardentem, puerum vero rogarunt quidnam faceret et undenam aleretur. Is autem dixit eis: Cum eo quidem vidi glorificantium multitudinem: quinetiam ingredientem columbam et eum pascentem : vermes autem, qui cadebant e suis pedibus recolligens, eos rursus imponebat ulceribus. Quo-

ηνέχθη ἐκ τοῦ ὄρους ἐν τῷ μοναστηρίῳ τῷ ἐν τῇ Φιλίῳ διάγει κατακεκλεισμένος, ἦλθεν ἐκεῖσε τὸ γραφικὸν μελετῶσα λόγιον, τὸ ῥηθὲν ἐν τῇ παροιμίᾳ Σοφίᾳ Σολομῶντος, καὶ πληρωθὲν εἰς τὸν βίον τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Αὐξεντίου · « Ἐτάσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχριστος (*sic* : *fort.* δύσχρηστος) ἡμῖν ἐστιν καὶ ἐναντιοῦται τοῖς ἔργοις ἡμῶν. » Ἵ ; γὰρ κακοποιὸν κατακρίναντες αὐτὸν κατέκλεισαν μὴ συγχωροῦντές τινι συντυγχάνειν αὐτῷ · ὅθεν μὴ τυχοῦσα ἡ πιστοτάτη αὕτη γυνὴ τῆς θείας τοῦ μακαρίου ἢ τῆς συντυχίας αὐτοῦ, ἀπῆλθεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς κλαίουσα, καὶ πάντα τῷ ἀνδρὶ ἀπαγγέλλουσα.

ΛΔ'. Κωνσταντῖνος δὲ στρατηλατῶν καὶ Ἀρτάβιος κόμης, συνήθως ἐρχόμενοι πρὸς τὸν ὅσιον ἄνδρα ἐληλύθασιν, ἔνθα ἦν, ὀψόμενοι αὐτὸν, ἐπὶ τὸ ἀπολαῦσαι τῆς ἐξ ἔθους ὠφελείας αὐτοῦ. Οἳ καὶ συντετυχηκότες αὐτῷ καὶ εὐλογηθέντες ὑπ αὐτοῦ, ἠξίουν μὴ διδόναι πρόφασιν τοῖς κακοδόξοις, ἀλλὰ τῇ ἐπὶ θεὸν ἐλπίδι πάντα μὲν δοκιμάσαι, τὸ δὲ καλὸν κρατῆσαι εἰς ἕνωσιν καὶ ὁμόνοιαν τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας· ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη · Γενηθήτω τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Ἠξίουν δὲ τὸν μακάριον χρύσινα φανερὰ ἐκ προθέσεως προσφερόμενα παρ' αὐτῶν κομίσασθαι. Ὁ δὲ οὐκ ἠνέσχετο, εἰρηκὼς, Τοῖς ἐν τῷ ὄρει τῆς Ὀξίας πτωχοῖς καὶ ἀδελφοῖς μου ἐν Κυρίῳ ταῦτα δέδοται. Ἐγὼ γὰρ ἀπέχω πάντα, καὶ περισσεύω διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ · πάνυ δὲ ἐκ τούτου ἠνιάσθησαν οἱ κατὰ τὸν τόπον μόναχοι· ἀλλ' ἐκεῖνοι τὸ διαταχθὲν ἐπλήρωσαν. Πλεῖστοι δὲ λοιπὸν ἀκηκοότες ἐκ τοῦ ὄρους κατενεχθέντα τὸν μακάριον καὶ ἔκεῖσε διατρίβειν, ἀπῆεισαν ἐπὶ τὸ αὐτό.

ΛΕ'. Προσελθόντες δὲ αὐτῷ οἱ τοῦ μοναστηρίου πειράζοντες, διότι οὐκ ἐσθίει, ἐπηρώτων. Ὁ δὲ πρὸς αὐτούς · Ἐπεὶ δὴ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ, ὃς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δύναται ἐν ὑμῖν, πλὴν γέγραπται · « Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ. » Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν ἀνοίξαντες ἔθηκαν ἐν τῷ οἴκῳ, ἐν ᾧ ἦν, σπυρίδα βεττανων (*sic*) καὶ σπυρίδα φοινίκων καὶ σπυρίδα διαφόρων τρυγημάτων τὰ πάντα μέτρῳ · καὶ δῆθεν παρεκάλουν αὐτὸν μεταλαβεῖν · τὴν κανδήλαν οὖν ποιήσαντες καὶ παιδίῳ προσκαρτερεῖν αὐτῷ ἐπιτρέψαντες, ἐπὶ ἑβδομάδα μίαν ἀπέκλεισαν · μετὰ δὲ τοῦτο ἀνοίξαντες, τὴν μὲν κανδήλαν ἀδαπάνητον καὶ καιομένην εὗρον · παρὰ δὲ τοῦ παιδίου ἐπύθοντο, τί ἂν διαπράττοιτο καὶ πόθεν διατρέφοιτο · τὸ δὲ πρὸς αὐτοὺς φάσκειν · Πλῆθος μὲν σὺν αὐτῷ δοξολογούντων ἑώρων ὕπνῳ κατεφερόμενος · καὶ περιστερὰν δὲ εἰσιοῦσαν καὶ ἐμβρωματίζουσαν αὐτόν · τοὺς δὲ σκώληκας τοὺς ἐκπίπτοντας ἐκ τῶν ποδῶν αὐτοῦ

[13] Sap. II, 12. [14] I Thess. v. [15] II Cor. XIII, 3. [16] Matth, IV, 4.

(7) « Constantino et Rufo coss.» obiit Marcianus imp. An idem Constantinus, qui hic dux exercitus appellatur, nondum nobis constat. Inter appositos concilio Chalcedonensi ex amplissimo senatu sub initium actionis primæ, est « magnificentissimus et gloriosissimus exprælectus prætoriorum Constantinus. » Græce, ὁ μεγαλοπρεπέστατος καὶ ἐνδοξότατος ἀπὸ ἐπάρχων πραιτωρίων Κωνσταντῖνος.

ἀναλεγόμενος, πάλιν ἐπὶ τὰ ἕλκη ἐπετίθει. Ἐπειδὴ δὲ παραγγελθὲν τὸ παιδίον, μηδενὶ φράσαι ἃ ἑώρακεν, καταναγκαζόμενον ἐξεῖπεν, αὖθις πυρετῷ ληφθεὶς, μετὰ τὴν μίαν ἐτελεύτησεν.

ΛΣ'. Τούτων δὲ γενομένων, κατήχθη ὁ μακάριος ὑπό τε τῶν κληρικῶν καὶ λαϊκῶν καί τινων ἑτέρων λαμπρῶν ἀνδρῶν ἐν Ῥουφινιανᾶς πλησίον τῶν Ἀποστόλων ἐν τῷ μοναστηρίῳ τοῦ μακαρίου Ὑπατίου ἐπιτραπεὶς ἡσυχάσαι. Ὑπεδέξαντο δὲ αὐτὸν μετὰ πλείονος χαρᾶς οἱ αὐτόθι μοναχοὶ σὺν τῷ ἡγουμένῳ, ἀνδρὶ τὰ πάντα ἐναρέτῳ καὶ χάριτος Θεοῦ ἠξιωμένῳ, ὡς ὄντι μαθητῇ τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης οὐκ ἔκλεισαν τὴν θύραν τοῦ μοναστηρίου διὰ τὸ πλῆθος τῶν εἰσρεόντων, τοῦτο μὲν τῶν ἐπιχωρίων, τοῦτο δὲ καὶ τῆς πανευδαίμονος Κωνσταντινουπόλεως. Φιλοφρόνως οὖν πάντας ὑπεδέχοντο προθύμως, πλείστας μὲν καρποφορίας κομιζόμενοι· πολλὴν δὲ ἐπὶ τῇ διαίτῃ τὴν παρασκευὴν ποιούμενοι, ὥστε γενέσθαι τὸ μοναστήριον ἐκεῖνο ὡς τὴν σκηνὴν τοῦ Ἀβραάμ· ἅπαντας γὰρ σχεδὸν εἴτε ἀξίους, εἴτε ἀναξίους, ὡς ἀγγέλους ἐδεξιοῦντο. Τὸν δὲ μακάριον ἐν τρικλίνῳ ὑψηλῷ περικλείσαντες, ἠξίουν προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου καὶ αὐτῶν σωτηρίας, πᾶσάν τε αὐτῷ διακονίαν καὶ τοῖς συντρέχουσιν ἀόκνως πρόσφέροντες, διὰ τὴν ὑπὲρ πάσης ἀγαθοεργίας ἐπηγγελμένην παρὰ Θεῷ μισθαποδοσίαν.

ΛΖ'. Πολλοὶ γὰρ πνεύματα ἀκάθαρτα ἔχοντες, καὶ σεληνιαζόμενοι, καὶ ἀσθενεῖς καὶ παραλυτικοὶ προσήδρευον, κἀκεῖσε τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἴασιν διὰ τοῦ δούλου αὐτοῦ Αὐξεντίου ἐξαιτούμενοι ἐθεραπεύοντο. Κομήτισσα δέ τις ἀκούσασα τὰ περὶ τοῦ μακαρίου, ἔσπευδεν ἀπελθεῖν καὶ προσκυνῆσαι αὐτῷ. Ἦλθεν οὖν ἀπὸ Καλχηδόνος ἐν βαστερνίῳ, καὶ δὴ πλησιάσασα τοῖς Ἁγίοις Ἀποστόλοις κατῆλθεν ἐκ τοῦ βαστερνίου, καὶ ἤρχετο ἐν τῷ μοναστηρίῳ. Ὡς δὲ ἤμελλεν ἀνιέναι, ἔνθα ἦν ὁ μακάριος, διαῤῥήξασα τὴν ἐσθῆτα καὶ ἀπολαβοῦσα τὰ κόσμια αὐτῆς, ἤρξατο βοᾷ· Τί ἐμοὶ καὶ σὺ (*leg.* σοὶ), Αὐξέντιε, σκωληκόπους; καλῶς ἐνεκρυπτόμην ἐν τοῖς ἐγκάτοις αὐτῆς, καὶ ἰδοὺ, ἀνήγαγές με δι' ἐνιαυτῶν εἴκοσι. Δωδεκαετοῦς αὐτῆς οὔσης εἰσῆλθον, καὶ χωρίζεις με ἄκοντα ἀπ' αὐτῆς. Ἐπιτιμήσας οὖν τῷ ἀκαθάρτῳ πνεύματι, καὶ παρεγγυήσας φιμωθῆναι καὶ μὴ ἐνεργῆναι τῇ πλάσει, ἱκέτευε τὸν Θεὸν, ποιῆσαι τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς. Δοὺς οὖν αὐτοῦ τοῦ ἐλαίου τῶν ἁγίων καὶ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας νηστεῦσαι προστάξας, ὑγιῆ ἀπέλυσεν ὁ Χριστὸς, διὰ τῆς αὐτοῦ προσευχῆς ἰασάμενος αὐτήν. Πολλὰ δὲ παρέσχεν τοῖς πτωχοῖς καὶ τῷ μοναστηρίῳ τεῦ ἁγίου Ὑπατίου.

niam autem puer a sancto jussus nemini dicere quæ viderat rursus coactus fuerat effari, febre arreptus, uno post die decessit.

XXXVI. Cum hæc autem facta essent, deductus fuit a monachis et clericis, et quibusdam aliis viris præclaris ad Ruffinianas, prope Sanctos Apostolos, in monasterio beati Hypatii, illic jussus agere silentium. Cum magno vero gaudio eum exceperunt, qui illic erant monachi cum eorum præfecto, viro undiquaque optimo et gratia Dei dignato, ut qui esset Christi discipulus. Ab illo autem tempore non clauserunt fores monasterii, propter multitudinem eorum qui affluebant, partim ex hac regione, partim autem ex longe beatissima Constantinopoli: sed omnes benigne excipiebant promptoque et alacri animo, plurimas accipientes oblationes: magnum vero propter victum facientes apparatum, adeo ut fieret illud monasterium tanquam Abrahæ tabernaculum. Omnes enim fere, seu dignos seu indignos, tanquam angelos Dei accipiebant. Beatum autem Auxentium cum in alto triclinio cancello inclusissent, rogabant ut oraret pro mundi et ipsorum salute, omne ei ministerium et iis qui ad ipsum concurrebant impigre offerentes, propter cujusvis boni operis a Deo promissam remunerationem.

XXXVII. Multi enim qui immundos habebant spiritus, et lunatici, infirmique et paralytici illic assidebant, et illic curationem petentes, per servum Dei Auxentium omnes curabantur. Unde etiam quædam comitissa, cum de hoc beato audivisset Auxentio, contendit venire et eum adorare. Chalcedone ergo venit, equo vecta. Et cum fuisset prope Sanctos Apostolos, descendit ex equo, et pedes venit in monasterium. Cum autem esset ascensura ubi erat beatus, rupta veste et abjectis ornamentis suis, cœpit clamare: Quid mihi rei tecum est, Auxenti vermipes? pulchre abscondebar in ejus intestinis: et ecce me eduxisti post viginti annos. Eam enim ingressus sum, eum esset duodecim annos nata, nec me cognovit quispiam ad hoc usque tempus, et me invitum ab ea separas. Signifer vero et magnus Pater noster Auxentius, cum increpasset malignum et immundum spiritum, et jussisset eum obmutescere, et e creatura non erumpere, a Deo supplex petiit ut faceret suam cum ea misericordiam. Cum autem dedisset ei de oleo sanctorum, et eam jejunare jussisset quadraginta dies, sanam eam dimisit Christus, eam curans per ejus orationem. Multa vero præbuit pauperibus et monasterio S. Hypatii.

CAPUT VI.

Colloquium S. Auxentii cum Marciano Imp. Professio fidei orthodoxæ.

ΛΗ'. Μετὰ οὖν τοῦτο ἀποστείλας ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς δρόμωνα ἀπὸ τοῦ Ἑβδόμου διὰ τὸ ἐκεῖσε πρόκενσον εἶναι, μετεστείλατο τὸν μακάριον παρ'

XXXVIII. Post hoc autem pius imperator, misso dromone ex Hebdomo, quod illic esset procensus (8), ad se accersiit beatum Auxentium: et cum

(8) Ita Cedrenus ad an. 22 regni Justiniani meminit προκένσου γενομένου ἐν τῷ Ἑβδόμῳ. Est autem procensus, processus regius, sive ad pietatem sive ad solam pompam. Legatur Goar in cap. 15 Curopalatæ, n. 6.

eum vidisset toto corpore afflictum ex exercitatione, magnam in eum ostendens reverentiam, dicit ei : Scio te esse Dei servum, domine Auxenti, et debes consentire sanctæ et œcumenicæ synodo ad hoc, ne tu fias auctor offensionis iis qui eam volunt admittere. Sanctus autem respondens, dicit imperatori : Quis sum ego canis mortuus, quod ut cum sanctis pastoribus connumerer, jubet tua potentia, qui non recuso pasci, et doctrina egeo? Imperator vero postquam plurima cum eo esset locutus, dixit : Considera quid expediat, et ne nos afficias molestia. Nam nec nos quidem quidquam præter id quod oportet, sed ut decet, ad sanctissimæ Ecclesiæ unionem, et non destructionem, concilium congregavimus. Hæc cum dixisset imperator, et preces ab eo petiisset, eum dimisit.

XXXIX. Cum vero venisset beatus Auxentius in monasterium Sancti Hypatii in Ruffinianis (8*), et vidisset illuc magnam affluxisse multitudinem, cœpit omnibus præcipere ut abstinerent a theatris, ut quæ essent causa impudicitiæ, adulteriorum et falsi testimonii, perjuriique et blasphemiæ, et omnium denique quæ sunt prohibita et Deo minime placent: hortabatur autem sincere credere in sanctam et quæ est ejusdem essentiæ Trinitatem, et confiteri Dominum nostrum Jesum Christum suscepisse carnem ex sancto Spiritu et Maria semper Virgine et Deipara-rente, et assidere sanctissimis ecclesiis, in psalmis et hymnis et canticis spiritalibus. Quidam vero ex multitudine, qui accesserant, febricitantes et horrentes, dignati contactu ejus manus, sani sunt reddi-ti. Ei autem significatum est adesse puellam quamdam recens nuptam quæ in thalamo correpta fuit ab immundo dæmone, et se divellit et comedit. Sanctus vero cum eam jussisset ascendere, dixit lacrymans : O malam vestram phalangem, quæ generi hominum semper insidiatur! Obmutesce, maligne spiritus, et egredere e Dei creatura, sine perturbatione et ulla injuria. Perinde ergo ac si in soporem esset resoluta puella, ab ea recessit dæmon. Cum autem surrexisset, abiit rursus sana in domum suam, lætans et Deo gloriam tribuens.

XL. Cum vero rursus mittens imperator eum accersiisset, rogavit an assentiretur sanctæ synodo et cum sancta communicaret Ecclesia. Dixit autem beatus : Quomodo possum communicare, si non confiteatur esse Deiparentem semper Virginem? Dixit ei imperator: Si videris quæ sunt recte confirmata et stabilita a synodo ad destructionem reliquarum hæresum, tune quoque assentieris? Respondit sanctus : Si nihil aggressa est hæc sancta synodus quod tendat ad evertendum concilium trecentorum decem et octo Patrum, qui erant Nicææ, sed perfectam enuntiavit carnis susceptæ œconomiam Servatoris nostri Jesu Christi, et quæ con-

A ἑαυτῷ. Θεασάμενος δὲ αὐτὸν παντὶ τῷ σώματι κατα-
πεπονημένον ἐκ τῆς ἀσκήσεως, σφόδρα κατευλαβη-
θεὶς λέγει αὐτῷ · Δοῦλον τοῦ Θεοῦ ὑπάρχειν σε ἐπί-
σταμαι, κύριε Αὐξέντιε, καὶ ὀφείλεις συναινέσαι τῇ
ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, πρὸς τὸ μὴ πραίτιον
γενέσθαι σκανδάλου τοῖς αὐτὴν ἀποδέχεσθαι μὴ
βουλομένοις. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς φησι πρὸς αὐτόν· Τίς
εἰμι ἐγὼ ὁ κύων ὁ τεθνηκώς, ὅτι ποιμέσι με συν-
αριθμεῖσθαι προστάττει τὸ κράτος σου, τὸν ποιμαί-
νεσθαι μὴ παραιτούμενον καὶ διδασκαλίας ἐπιδεόμε-
νον ; Ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ τὸ πλεῖστα πρὸς τὸ διαλε-
χθῆναι αὐτῷ ἔφη · Σκέψαι τὸ συμφέρον, καὶ μὴ λυπή-
σῃς ἡμᾶς · διότι καὶ ἡμεῖς οὐδὲν παρὰ τὸ δέον, ἀλλὰ
κατὰ τὸ πρέπον ἐν τῇ ἑνώσει, καὶ οὐ καθαιρέσει τῆς
ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας τὴν σύνοδον πεποιήμεθα.
B Ταῦτα εἰπὼν καὶ εὐχὴν αἰτήσας παρ' αὐτοῦ ἀπέλυσεν
αὐτόν.

ΛΘ'. Ἐλθὼν οὖν ὁ μακάριος ἐν τῷ μοναστηρίῳ τοῦ
ἁγίου Ὑπατίου ἐν Ῥουφινιαναῖς, καὶ θεασάμενος
πλῆθος πολὺ συνδραμόντας αὐτῷ ἐκέτευε, ἤρξατο
πᾶσι παρεγγυᾶν τῷ ἀπέχεσθαι τῶν θεάτρων ὡς ἀνο-
λασίας αἰτίων μοιχειῶν τε καὶ ψευδομαρτυριῶν, καὶ
πάντων τῶν ἀπηγορευμένων καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόν-
των, πιστεύειν δὲ εἰλικρινῶς εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοού-
σιον Τριάδα καὶ ὁμολογεῖν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν
Χριστὸν ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρ-
θένου καὶ Θεοτόκου σαρκωθέντα, καὶ προσιδρύειν
ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις
καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς. Τινὲς δὲ ἐκ τοῦ πλήθους
προσελθόντες, πυρέττοντες καὶ ῥιγιῶντες, ἀξιωθέν-
τες τῆς ἁφῆς τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ὑγιεῖς κατέστησαν.
C Ἐμηνύθη δὲ αὐτῷ, ὅτι κόρη τις νεόγαμος ἐν τῷ
παστῷ ληφθεῖσα ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου πάντα
κατατίλλουσα ἑαυτὴν καὶ κατεσθίουσα. Ὁ δὲ κελεύ-
σας αὐτὴν ἀνελθεῖν, σύνδακρυς γεγονὼς ἔφη · Ὦ τῆς
πονηρᾶς ὑμῶν φάλαγγος τῆς ἀεὶ ἐπιβουλευούσης τῷ
γένει τῶν ἀνθρώπων ! Φιμώθητι, πνεῦμα πονηρόν,
καὶ ἔξελθε ἐκ τοῦ πλάσματος τοῦ Θεοῦ ἀταράχως καὶ
ἀνεπηρεάστως. Ὡς ἐπὶ ὕμνῳ οὖν κατελυθείσης
τῆς κόρης, ἀπελάθη ὁ ὄλιμων · ἀναστᾶσα δὲ αὖθις
ἀπῆλθεν ὑγιὴς εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.

M'. Ὡς δὲ πάλιν ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς μετεστεί-
λατο αὐτὸν, ἐπύθετο παρ' αὐτοῦ, εἰ συναινεῖ τῇ ἁγίᾳ
D συνόδῳ καὶ κοινωνεῖ τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ὁ δὲ μακάριος
ἔφη · Πῶς ἔχω κοινωνῆσαι, μὴ ὁμολογουμένης Θεο-
τόκου τῆς ἀεὶ Παρθένου ; Καὶ ὁ βασιλεὺς εἶπε πρὸς
αὐτόν · Ἐὰν οὖν ἐπισκέψῃ εἰς τὰ καλῶς κυρωθέντα
ὑπὸ τῆς συνόδου καὶ βεβαιωθέντα εἰς καθαίρεσιν τῶν
λοιπῶν αἱρέσεων, συντίθεσαι καὶ αὐτός ; Ἀπεκρίθη
ὁ μακάριος · Εἴγε μὴ πρὸς ἀνατροπὴν τοῦ συμβόλου
τῶν ἐν Νικαίᾳ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ Πατέρων
παρενεχείρισε τῇ ἁγίᾳ αὐτῆς συνόδῳ, ἀλλὰ τελείαν
τὴν οἰκονομίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ ἐξηγό-
ρευσεν, καὶ τὴν ἐπὶ τῆς Παρθένου Θεοτόκου φωνὴν

(8*) Erat locus ille sic dictus a Raffino consule, qui ecclesiam ibi Apostolorum cum monasterio ædificavit, ut notat Baronius.

οὐκ ἀφείλατο· αὖθις κοινωνῶ καὶ συναινῶ, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ καὶ τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ. Ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, κατησπάζετο αὐτοῦ τὴν ἔντιμον κεφαλὴν, καὶ ἐκέλευσεν μετὰ πλείονος τιμῆς παραγενέσθαι αὐτὸν ἐν τῇ μεγάλῃ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ. Πλῆθος δὲ πολὺ τοῦ λαοῦ συνείπετο αὐτῷ. Μηνύσας δὲ ὁ βασιλεὺς τῷ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως τὰ λεχθέντα παρ' αὐτοῦ, πάντα τὰ ὁρισθέντα ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου παραναγνωσθῆναι αὐτῷ ἐκέλευσεν.

ΜΑ'. Καὶ δὴ ἐντετυχηκὼς τοῖς πεπραγμένοις μετὰ ἀκριβοῦς σκέψεως, καὶ πεισθεὶς ὅτι κατ' εὐδοκίαν Θεοῦ τὰ παρὰ τῆς Νεστορίου φλυαρίας καὶ τὰ παρὰ τῆς Εὐτυχοῦς προδήλου μανίας εἰς λύμην τῶν πολλῶν δογματισθέντα ἡ ἁγία σύνοδος ἐβεβαίωσεν βλάσφημα εἶναι, καθότι ἐκείνη μὲν πρὸς τοὺς ἀρνουμένους τὴν οὐσίαν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ παρετάττετο, αὕτη δὲ πρὸς τοὺς τὴν οἰκονομίαν αὐτοῦ ἀθετοῦντας, ὅτι Θεὸς ὢν ἐκ Θεοῦ ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς συναΐδιος καὶ ὁμοούσιος καὶ συνάναρχος τῷ Πατρὶ ἐπ' ἐσχάτων τῇ ἡμετέρᾳ φύσει ἑνωθεὶς ἐσαρκώθη, ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως. Τινῶν γὰρ φρενοβλαβῶς αὐτὸν παραφθεῖραι τολμησάντων τὴν δι' ἡμᾶς τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίαν, φαντασίαν τὴν ἐνανθρώπησιν οἰομένων, τινῶν δὲ οὐράνιον σῶμα τὸν Κύριον κατενηνοχέναι τερατευομένων· ἑτέρων δὲ κρᾶσιν καὶ σύγχυσιν τῶν δύο φύσεων ὁριζομένων καὶ ἄλλων τροπὴν τὸ θεῖον πεπονθέναι ληρωδούντων, τῶν δὲ λοιπῶν Θεοτόκον τὴν Παρθένον ὀνομάζειν παραιτουμένων· οἱ ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ ἅγιοι Πατέρες τὰς τῶν προγεγραμμένων ἁπάντων ἀνατρέποντες αἱρεσιαρχίας, οὐκ ἐξ οἰκείων συλλογισμῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν θείων Γραφῶν καὶ τῶν κατὰ γενεὰν θεσπεσίων διδασκάλων, μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον ἐπισφραγισάμενοι, ἐβεβαίωσαν τὸν ἕνα καὶ μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὴν τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων πίστιν, ἀπαρεγχείρητον εἶναι κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν. Τοῦτο γὰρ Ἀρειανοὶ παρασαλεύουσιν, καθὼς καὶ ἡ σύνοδος ἐκείνη ἐν Νικαίᾳ γεγένηται, καὶ τὴν ὑστέραν ἐπὶ τῆς βασιλευούσης κατὰ τῶν Μακεδονιανῶν σύνοδον τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα, ὡς τῷ ἁγίῳ Πνεύματι διαμαχομένων γραφικαῖς μαρτυρίαις ἐπασφαλισαμένην ἐκύρωσαν, λοιπὸν κατὰ τῶν ἀθετούντων τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οἰκονομίαν, ὡς δοκήσει καὶ οὐκ ἀληθείᾳ σαρκωθέντος αὐτοῦ καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας τεχθέντα ληρωδούντων· κατ' αὐτῶν ἐσχόλασαν ἔκ τε τῆς μαρτυρίας τῶν θείων Γραφῶν καὶ ἐκ τῶν συνοδικῶν τοῦ μακαριωτάτου Κυρίλλου τῆς Ἀλεξανδρέων, καὶ Λέοντος τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥωμης, καὶ πάντων τῶν κατ' αὐτοὺς, ὅσα τε δὴ τῇ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ὁμολογίᾳ συμβαινούσας, κατὰ τὸ, « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, » ὑψηλήν τινα στήλην κατὰ τῶν κακοδοξούντων εἰκότως ἀνεγείραντες, πρὸς τὴν τῶν ὀρθοδογμάτων βεβαίωσιν.

venit Virgini, *Deiparentis* vocem non rursus abstulit, communico et assentior, Deo agens gratias et vestræ pietati. Hæc cum audiisset imperator, osculatus est venerandum et sanctum ejus caput : et sic deinde jussit eum cum maximo honore venire in magnam et sanctissimam Dei ecclesiam. Quamobrem magna eum populi consequebatur multitudo. Significans autem imperator archiepiscopo Constantinopolitano quæ ab eo dicta fuerant, jubet ei legi omnia quæ a sancta synodo fuerant definita.

XLI. Qui cum diligenter et accurate acta legisset, et persuasum habuisset, quod Dei voluntate, quæ adversus Nestorii impias nugas et Eutychii manifestum furorem decreta fuerant, sancta confirmavit synodus: quandoquidem illa quidem direxit aciem adversus eos qui negabant essentiam unigeniti Dei Filii, hæc autem adversus eos qui infirmant et convellunt Dei œconomiam, dicendo quod cum Deus esset ex Deo Dei Filius, coæternus et ejusdem essentiæ, et similiter atque Pater carens principio, in ultimis diebus nostræ unitus naturæ, carnem suscepit immutabiliter, inconfuse, individue. Nam cum quidam plane emotæ mentis, quæ propter nos facta est, Servatoris dispensationem ausi essent corrumpere, humanæ naturæ susceptionem putantes esse phantasiam ; quidam autem cœleste corpus Dominum detulisse prodigiose assererent; alii vero duarum quæ definiuntur naturarum commistionem et confusionem, et alii mutationem Deum passum esse nugarentur; reliqui autem Virginem Deiparentem nominare recusarent: qui in hac magna et œcumenica synodo erant sancti Patres, omnium, quos ante scripsimus, evertentes hæreses, non ex suis syllogismis, sed ex divinis Scripturis, et præclaris, qui antea fuerunt, doctoribus, magnum pietatis mysterium obsignantes, confirmaverunt unicum et unigenitum Dei Filium, convenienter fidei trecentorum decem et octo sanctorum Patrum, propria sua natura esse inaccessum: hoc enim labefactant Ariani, adversus quos fuit illa synodus Nicæna: et quæ postea fuit in urbe regia, synodum centum et quinquaginta Patrum adversus Macedonianos, ut qui cum Spiritu sancto pugnarent, Scripturæ testimoniis munitam comprobarunt: et de cætero adversus eos qui abolebant Servatoris nostri Jesu Christi œconomiam, ut qui visione, et non veritate esset incarnatus, et nudum esse hominem, qui natus erat ex sancta Virgine et Deiparente Maria, nugati fuerant: adversus eos, inquam, operam dederunt, et ex divinarum Scripturarum testimonio, et ex synodalibus beatissimi Cyrilli Alexandrini, et Leonis sanctissimi archiepiscopi Romani, et omnium qui fuerunt eis similes, ut quæ beatissimi Petri convenirent confessioni, congruenter ei quod est «Tu es Christus Filius Dei vivi [17]: »excelsam quamdam columnam contra eos qui mala imbuti erant opinione, merito erexerunt, ad confirmanda recta et vera dogmata.

[17] Matth. xvi, 16.

XLII. Nam et adversus eos dirigunt aciem, qui œconomiæ mysterium conantur distrahere in duos filios, et eos qui patibilem unigeniti Filii Dei audent dicere divinitatem, expellunt a sacro cœtu : et iis resistunt qui duarum naturarum in Christo inducunt confusionem : et eos, qui cœleste corpus aut alicujus alterius essentiæ dicunt esse ex nobis ab eo acceptam servi formam tanquam delirantes ejiciunt: et eos qui duas quidem Domini naturas fabulantur ante unionem, post unionem vero unam, feriunt anathemate: unum et eumdem Filium concorditer confitentes, Dominum nostrum Jesum Christum, perfectum in divinitate, et perfectum in humanitate, Deum vere, unum et eumdem: et hominem vere, ex anima rationis corpore compote et, qui est ejusdem essentiæ, cujus Pater, quod attinet ad divinitatem: et ejusdem essentiæ cujus nos, præter peccatum, eumdem quod ad humanitatem: ante sæcula quidem natum ex Patre, in ultimis autem diebus, propter nos homines et propter nostram salutem, ex Maria Virgine et Deiparente, quod attinet ad humanitatem: unum et eumdem Filium unigenitum, et Dominum Jesum Christum in duabus naturis, inconfuse, immutabiliter, individue, qui pie cognoscitur et adoratur ab omnibus fidelibus: quoniam sanctus quidem Joannes conscribens principium Evangelii, dixit: « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [18]. » Sanctus vero Matthæus : « Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham [19] : » et iis convenienter, qui postea secuti sunt sancti Patres, divinitatem et humanitatem unius Filii Dei docentes, tradiderunt omnibus : quomodo etiam dicit divinus Paulus [20] : « Paulus servus Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus ad Evangelium Dei, quod prius annuntiatum fuit per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus fuit ex semine David secundum carnem: definitus Filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri [21]. » Qui etiam rursus dicit reverentius [21] : « Quoniam enim per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum; » et hæc interpretans, subjungit: « Quomodo enim in Adam omnes moriuntur, ita etiam in Jesu Christo omnes vivificabuntur [22]. » Hæc ergo cum legisset et admisisset beatus, in divina satisfactione et spiritali intelligentia assensus, abiit Ruffinianas. Non oportet (8**) autem nos ex ignorantia maledictis insectari aut calumniari hanc sanctam synodum ; sed potius, quod manifestum est et verum agnoscentes, admittere.

XLIII. Itaque cum sancti quidem Patres hæc concorditer in synodo declarassent et definiissent, et unusquisque ad suos reverteretur, noluit beatus Auxentius redire ad priorem montem, sed in alium asperiorem et altiorem, propiorem autem Ruffinia-

